CVRSVS THEOLOGICVS
methodo
ALTINGIANA
expositus
a
IOH. HENRICO HOTINGERO.

DUISBURGI AD RHENVM
Apud Adrianum wyngaerden.

M.DC.LX.

J. Schweizer f.

VIRI NOBILISSIMI,

AMPLISSIMI;

QUod *Magnus Gentium Apostolus, Corinthiis suis, de unico, eoq́ in complexo, ut* Scholæ *loqui amant salutis fundamento*, CHRISTO, *commendatum esse voluit axioma*: Fundamentum aliud nemo potest statuere præter id, quod positum est, quod est Jesus Christus; *1.Cor.3. 11. id ipsum ad fundamentum* complexum, *Sc. Sacram, indeque exstructam Theologiam Systematicam commodè referri potest & debet. Nam neque illa admittit*, Ita & non; *id est, dissona, totóque cœlo diversa principia aut axiomata. Ut una est via, ita etiam una est veritas; tum* ὁσιώδης, quàm προσφορική. *Una ergo etiam sit oportet Theologia*, ὑποτύπωσις ὑγιαινόντων λόγων, *ut vocat Apostolus*, 2. Tim. 1. 13. *Quemadmodum autem*

tem de Fundamento salutis Christo unico, non eadem ubique obtingit superstructio; alii siquidem super hoc fundamentum aurum ædificant; alii argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam; *1. Cor. 3. v. 12 ita & fundamentum complexum, Theologia Systematica, in se, Naturáque sua unica, Architectorum tamen, &* ἐποικοδομῆς *varietatem admittit. Non fert animus, hoc loco, excurrere in nævos, qui, in Theologica institutione observati, ad tres ferè classes revocari solent*, res, verba, & Methodum. *Non tangam notoria vitia, quibus superiorum seculorum Methodus Theologica laboravit. Non enarrabo encomia Theologiæ Reformatæ, quibus non proximè tantùm præter lapsis; sed antiquioribus etiam seculis palmam præripere jure videtur; sive partium spectemus perfectionem; sive graduum* κορυφήν. *Ut enim hæc prolixioris sunt operæ, (quanquam de plerisque compendiosè actum à nobis fuerit in nuperis* Centuriis *Quæstionum Theologico-Philologicarum,* Idea

etiam

etiam Theologi Theoretici quædam subinde enarret) ita & liberalioris otii. Illud impræsentiarum notâsse sufficiat, omnia Systemata Theologica, sive Didactica illa sint, sive Polemica, sive Historica, sive mixta; vel subjectivè *considerari, vel* objectivè. Illa *perfectione se sua, subtilitate, materiarum non necessariarum tantùm, sed & vel utilium, vel jucundarum saltem, varietate commendant;* hæc *verò perspicuitate, rerum necessariarum tractatione,* εὐκαταληψίᾳ *se potissimùm insinuant.* Illorum *usus ut maximus est; si Lectores habeant exercitatos; ita* horum *Methodus tyronum captui est accommodatißima: In illis utile & jucundum; in his necessarium maximè prævalet. Illa præcedunt necessariò; hæc liberè sequuntur. Nam si felicem sibi itineris maritimi successum nauta polliceri, absque pyxide, non poßit; quem Studiosus in latißimo Theologiæ Oceano præstabit eventum, si tumultuario tantùm, nullisq; Methodi legibus adstricto fatigetur cursu? Et quemadmodum nautæ artis suæ tyroci-*

nia non in procelloso, tempestatibusq; ja-ctato ponunt Oceano; scalmum primum regunt in lacu, antequam Euxini frago-res sulcare contendant; Ita nec Studiosus omnes statim promiscuè tractabit Theolo-gos, sed ab illis cursus sui faciet initium, qui Methodi, memoria & ætati cujusq; ac-commodata, facem aliis præferunt. Ut enim aliis studiis, ita Theologicis cumpri-mis incrementis nihil infensius est, aut ini-micum magis, quàm confusa & præpostera discendi ratio. Videas, qui de rebus Theologicis interrogati, non elingues qui-dem planè sunt, aut muti, expectationi ta-men vel propterea non facilè satisfa-ciunt, quòd turbata, & ita comparata illo-rum sit scientia, ut respondere illis pro-clivius sit, quàm accuratè respondere. Vi-deas, qui Locorum Communium suprema fortè capita in promtu habeant, eademq; proletaria repetitione reddere utcumq; pos-sunt; Naturam tamen eorum per causa-rum genera explicare jussi, Harpocratem agunt. Videas, qui offensiva arripiunt arma, antequam defensiva cum fructu & successu tractare didicerint; Destruunt, ante-

antequam astruxerint. Quæ quidem ἀμεθοδία *ut placere mihi nunquam potuit, ita Studiosis nostris Author semper fui, ut non minus suo; quàm aliorum bono, dictum existimarent,*

Ordine fac discas, & bene doctus eris;

Ut ad animum revocarent, non Jurisconsultorum tantùm, Medicorum, Philosophorum; sed & Theologorum studia distinctis gradibus esse tractanda; de authore proinde ante omnia soliciti essent, cujus beneficio sobriam & solidam rei Theologicæ acquirere possent notitiam, eam saltem, quâ instructi prolixiora postmodum & subtiliora legere possent Theologorum Systemata. Et quemadmodum ab Antecessoribus meis atq; Præceptoribus didici, Præceptorum revereri vestigia (quâ enim curâ magni Viri, D. Pareus *&* Altingus, URSINI *Præceptoris, aliis semper de Methodo studii Theologici anxiè quærentibus, Catechesin commendârint, non modò ex limine tum Catecheseos, tum Mellificii Catechetici Clariss. D. Diestii, sed etiam ex consiliis eorundem de studiis Theologicis*

 feliciter

feliciter tractandis manifestum satis est) ita, pro virili, easdem ἀποδοῦναι ἀμοιβὰς inter primas officii partes collocavi. Hinc adeò factum, ut Methodus Altingiana privatis destinata Collegiis, ita se captui Studiosorum paulatim probârit, ut natæ mihi de ea ex reliquis gravissimi Theologi scriptis illustranda cogitationes, præsentem tandem dederint Cursum Theologicum; qui intra privatos diu delituit parietes, diutius etiam locum obscurum occupaturus, nisi monitis tandem aliorum, aliorum precibus expugnatus (consensu tamen prius eorum, quorum interest impetrato) describendi labore sublevare eos opera pretium duxissem, qui non ingratum hunc conatum sibi nostrum fore, prolixè testati sint. Etsi verò in hoc opere, præter dispositionis laborem nihil mihi tribuam, imò id potissimùm spectem, ut ipsa Authoris scripta, compendio hîc proposita, (σκελετὸν enim vasti corporis, per omnia magni Theologi opera diffusi, hic tantùm damus) Studiosorum curæ diligentius commendentur; id tamen consecutos nos esse speramus, ut

ex hac Methodo ſtudiis Theologicis conſecrata juventus haud obſcura ſibi polliceri poſſit compendia. Spem certè facit, 1. Inſtitutionis facilitas, *brevibus & perſpicuis definitionum & diviſionum præceptis propoſita.* 2. Tractationis perſpicuitas. *Sive enim præcepta ſpectentur definitiva, ſive teſtimonia probantia, ſive Canones illuſtrantes, nihil occurrit, quod etiam mediocrem, vel prorſus repellat diſcipulum, vel curſum ejus feliciter captum ſufflaminare poſſit.* 3. Materiæ ubertas. *Non exiſtimo, vel una ſeculum hoc noſtrum vexari graviori Controverſia, cujus ſi non, ſolutionem, fontem ſaltem ſolutionis, Curſus hic noſter, & quidem abſque bile, aut vehementia, non ſuggerat.* 4. Diſcipulorum conditio. *Ad Cathedram plerique, qui operam dant ſtudiis Theologicis, adſpirant Eccleſiaſticam. Eorum ergò, monente Apoſtolo, officium eſt* ἐπιστομίζειν τοὺς ἀντιλέγοντας. *At cujus vel ingenii, vel corporis, vel fortunæ etiam vires ferunt adeò accuratum Controverſiarum Examen, ut ad exceptiones ſingu-*

las

las parati esse poßint, illarum etiam Controversiarum, quæ quò rarius Ecclesiam turbant; eò etiam pauciores occupant. Eorum hæc potius opera est, qui Academica pulpita conscendunt, & in hòc, officii ratione, incumbunt, nequa contagio vel Ecclesiam invadat, vel Ecclesiasticos. In assertione tamen veri neque illi frigescere debent; quibus cura præconii Verbi DEI in Cathedra Ecclesiastica est commissa: quam illis operam Cursus hic Theologicus non segniter præstabit; quo argumenta sententiæ Orthodoxæ ita proponuntur, ut ex aperta & probata veritate falsitas sponte cadat. Inprimis ubi ad loci communis evolutionem Tractatorem invitârit textus, argumenta, etsi compendii gratiâ mediis tantum terminis expressa, ea Methodus hæc subministrat, quibus & Auditoribus satisfacere abundè poterit, & Contradicentium succidere poplites. In tantò verò felicis successus spem erigor majorem, quantò periculi jam facti eventus plura promittit.

rit. Quotidianis certè, iisque geminatis in Collegio hoc Sapientiæ pensis evi-[illegible] augurari didici, non malè inposterum etiam [illegible] Methodum. Vestro verò, Viri Nobilissimi, & Amplissimi, *hoc affectus in Præceptorem meritissimum nomini inscribere volui monumentum, non modò, ut contra maligni seculi livorem patrocinio me vestro munirem; sed & cumprimis, ut observantiæ in Vos, meritaq; Vestra, mea, apud seros nepotes extaret documentum. Nolo (quid enim Soli lucem mutuem?) virtutum, rerúmque domi forisq; cum laude, imò admiratione gestarum, recensere vel numerum, vel encomium: satis sit, Orbi propemodum constare; Vos & apud Magnos Principes gratia valere, & apud Vestros authoritate; Majoribus Vos esse delicium, paribus vel præsidium vel solatium; furentibus frænum.*

Ea Vestra in consulendo hactenus fuit felicitas, in explicando dexteritas, in exequendo prudentia, regendo denique

modera-

moderatio, ut non ab amicis minùs laudem, quàm inimicis admirationem deportaveritis. Sed finem facio prælo[illegible] *DEO Vos*, Viri Nobilissimi, Amplissimi, *regimen Vestrum, spes Vestras, fortunas Vestras supplex commendo, eundemq́, ut operam Vestram, bono publico consecratam, utilem porrò esse jubeat, devotè veneror. In quo quidem desinit voto,*

Heidelbergæ in Collegio Sapientiæ
die 6. April. 1660.

N. N. N. N. N. N.
&
A. A. A. A. A. A.

Nominis Vestri

Observantissimus

Joh. Henricus Hottingerus.

ADMONITIO

AD SS. TH. STUDIOSOS.

De

Usu hujus Libri.

QVanquam ex triplici Indice, quo Tractatum hunc claudere voluimus, manifestum satis sit, cui potissimùm bono scriptum hoc sit adornatum, breviter tamen, Theologiæ Studiosus, de sequentibus, monendus nobis videtur.

I. *Vt in ipso Theologici studii tyrocinio initium faciat à solis definitionibus, earúmque per causarum genera illustrationibus; testimoniis tamen Scripturæ confirmatis.* Retinui, *quia sic usus in Scholis invaluit, testimonia Linguâ Latinâ expressa; liberum tamen Studioso fuerit, vel vernaculâ ea reddere Linguâ, vel utraque originali, quod ætati Studiosi ejusq; professioni maximè competit.*

II. *Vbi definitionum Syllabum in succum converterit & sanguinem, ita eum subinde repetet (repetitionis autem subsidio inserviet Sciagraphia, primo Indice exhibita) ut ad Canones se diligenter accingat, eosdemq; fideliter memoriæ imprimat. Attendat insuper ad literas majusculas, quibus singuli ferè notantur Canones, ut quibus illi oppositi sint, maturè observare assuescat.*

III. *Operam det, ut interea Collegio privato applicare se possit, in quo, Methodo hac Altingiana*

Contro-

PROLEGOMENA.

I. THEOLOGIÆ, *in limine, considerabimus Etymologiam, Homonymiam, & Synonymiam.*

II. Etymologiæ *respectu vox Græca est.* Composita ex θεὸς & λόγος; quæ duo ejus principia, alterum *essentiæ*, alterum *cognitionis* vulgò dicuntur. Ea in Codicis sacri contextu nuspiam legitur usurpata. *Theologi*, à qua derivatur, appellatio, in Inscriptione Apocalypsis reperitur. Prima ejus origo ab Ethnicis est, qui teste *Lactantio*, ut *Theologos* dixerunt, qui de Diis agebant, ita illorum scientiam *Theologiam* appellârunt, eamque ex vario usu in μυθικὴν, φυσικὴν & πολιτικὴν distinxerunt. Ab his Sancti Patres postmodum eam mutuati, scientiæ verè divinæ, non minùs quàm alteram θεοσοφίας, designandæ adhibuerunt.

III. *Homonymiæ ratione Theologia varias suscipit significationes. Generalissimè* in Scholis

Theologorum dividi ſolet in *ἀρχέτυπον* & *ἔκτυπον*. *Illa* ipſius Dei de ſe cognitio eſt, *hæc* creaturarum de Deo & rebus divinis notitia; quam iterum ſubdividunt in *Vnionis*, quæ Chriſti eſt, *Viſionis* Angelorum & Beatorum, & *Revelationis*, quæ etiam *Viæ* ſeu *Viatorum* & *Inſpirata* appellari ſolet. *Revelationis*, ſive revelata viatorum, Theologia vel eſt *Naturalis*, vel *Supernaturalis*. *Naturalis* iterum vel *ἐνδιάθετος* ſive *ingenita* eſt, vel *ἐπίκτητος*, ſeu ex operibus Dei *acquiſita*: *Supernaturalis* verò vel *habitualis*, vel *Syſtematica*, quæ etiam hoc loco à nobis traditur.

Canones de Naturali Theologia.

A. *Verè datur Theologia aliqua Naturalis ſive notitia de Deo, naturæ impreſſa.* Ratio 1. Theologia hæc, eſt ipſa Lex Naturæ, *Rom.* 2. 14, 15. 2. Conſcientia, quæ in malè factis accuſans, excuſans in bene factis, Theoriam aliquam ſive cognitionem de Deo præſupponit, naturalis eſt *Rom.* 2. 15. 3. Lumine Naturæ notum eſt, eſſe Deum, *Rom.* 1. 19, 20. Manifeſtatur ejus potentia & ſapientia creatione & providentia. 4. Homo, poſt lapſum, aliquas habet imaginis divinæ reliquias. 5. Illa notitia, quæ, nulla prævia inſtitutione, ultrò ſe in adultis ſana ratione præditis, exerit, Naturæ eſt. 6. Accedit omnium, barbararum etiam, Gentium conſenſus, quod *tum* graviſſimorum

morum scriptorum authoritate probatur, *Aristot.* lib. 1. Top. c. 9. Ciceron. lib. 1. 2. de Natur. Deorum. *Iamblich.* de Myst. Ægypt. p. 3. *Lactant.* lib. 3. c. 10. *tum* universali experientia, eorum etiam, qui, rebus secundis, Numina riserunt. S.

B. *Datur etiam notitia Dei acquisita ex operibus ipsius.* Ratio 1. quia hoc Scriptura sacra disertis docet verbis, *Psal.* 19. *v.* 1, 2. & seq. *Cœli enarrant gloriam Dei & opus manuum ejus indicat expansum.* Rom. 1. 20. *Invisibilia Dei, jam inde à condito Mundo, ex rebus factis perviden-tur, æterna videlicet ejus tum potentia, tum divinitas.* Emphasin horum verborum & indicat, & à portentosis Socinianorum glossis vindicat *Author.* Elenct. Nov. L. I. p. 9. 2. Res creatæ, sive opera Dei, Deo, tanquam causæ effectus testimonium perhibent. His enim Deus se non reliquit ἀμάρτυρον, *Act.* 14. 17. 3. Finis operum est, ut Deus per ea cognoscatur & celebretur, *Psalm.* 19. 1, 2. *Psalm.* 104. 12. *Act.* 17. 16. 17. 4. Accedit exemplum Dei, *Iob.* 38. 39, 40, 41. capp. & sanctorum hominum, locis cit. qui ab operibus Dei, ad existentiam ejus, sapientiam & potentiam nos deduxerunt. 5. Deus ad contemplationem operum suorum nos exhortatur, ut inde notitiam ejus hauriamus, *Esai.* 40. 26. *Matth.* 6. 26. *Actor.* 17. 28. 6. quia hunc effectum nihil impedit; *non opera,*

quæ ſunt & αἰσθητὰ & νοούμενα, ſenſibilia & intelligibilia; *non homo*, quia habet facultatem ratiocinandi ab Effectis ad cauſas; *vult* etiam, quia inſita quadam cupiditate ſemper ſcire deſiderat. S.

C. *Nulla tamen datur Theologia ſive Religio communis, per quam promiſcuè omnes homines ſalvari poſſint.* Rationes I. Authoritate divina ei derogatur ſalus, *Rom.* 1. 20, 21. 1.*Cor.* 1. 20. II. Eſt, vel eſſe poteſt, abſque Chriſto, in quo ſolo eſt ſalus. III. Neſcit fidem in Chriſtum. IV. Theologia communis non eſt Eccleſiæ. V. Sic non opus fuiſſet prædicatione Evangelii. S.

IV. *Synonyma Theologiæ multa ſunt.* Dicitur ſiquidem ὑποτύπωσις ſanorum ſermonum, 2.*Tim.* 1. 13. τύπος διδαχῆς, *Rom.* 6. 17. λόγια τοῦ Θεοῦ *Rom.* 3. 2. *Hebr.* 5. 12. παρακαταθήκη ſive depoſitum, ſolidus cibus adultorum, qui à lacte infantum diſtinguitur.

LOCUS I.
DE
Theologia.

I. THeologia Didactica *eſt Syſtema locorum communium Religionis Chriſtianæ, inſtinctu Spiritus S. ab Eccleſiæ Doctoribus collectum ex verbo*

verbo Dei, & juxta veritatis ac Methodi leges dispositum: ut doctrina Christiana in Ecclesia pura sinceráque retineatur & propagetur.

2. *Tim.* 1. 13. Teneto ὑποτύπωσιν, hoc est, *expressam formam* sanorum sermonum, quos à me audivisti cum fide & charitate, quæ est in Jesu Christo. *Hebr.* 5. *v.* 14. Adultorum est solidus cibus, qui propter habitum sensus habent exercitatos ad discretionem boni & mali. *Cap.* 6. *v.* 1. Quapropter omisso qui in Christo rudes inchoat sermone, ad perfectionem feramur.

II. Causa efficiens *Theologiæ Didacticæ principalis, est* [a] *Spiritus S. summus ille veritatis Magister* : *Administra sunt* [b] *Doctores Ecclesiæ, qui Theologi usitatè appellantur.*

a. *Ioh.* 16. *v.* 13. Spiritus ille veritatis ducet vos in omnem veritatem. 1. Cor. 12. v. 8. Alii datur sermo cognitionis per eundem Spiritum.

b. 1. *Cor.* 12. *v.* 28. Alios constituit Deus in Ecclesia Doctores; *sive ut est* Eph. 4. 11. Alios dedit Doctores.

Canones.

A. De Doctoribus Ecclesiæ primitivæ, quos Patres vocant.

Patrum dicta scriptáve non sunt mensura veritatis in dogmatis fidei & Scripturæ Interpretatione. Ratio I. Testimonium eorum est hu-

 manum,

manum, cui nulla essentialis sed contingens est veritas. 2. Variè Patres errârunt tum in dogmatis fidei, tum etiam in explicatione Scripturæ, ut probat Author *Elenct.* Nov. p. 79. 3. Variè scripta Patrum sunt adulterata. E. regula esse non possunt, quæ integra, certa, regulato suo adæquata esse debet. 4. Nec Patribus fuerunt, nec Pontificiis sunt authentica & infallibilia. *Id.* p. 80. 5. Non sunt prima & absoluta veritas. 6. Normam esse, est solius proprium Scripturæ. 7. Prophetæ & Apostoli Scripturam commendârunt, non Patres, Moses *Deut.* 27. 26. *Ios.* 23. 6. Esajas revocat populum ad legem c. 8. 20. P.

B. De Doctoribus Scholasticis & Theologia Scholastica.

Theologia Scholastica non est vera Theologia sed falsa, ex Scholis Theologicis eliminanda. Ratio I. quia eam damnat Scriptura *Col.* 2. 8. & 18. 1. *Tim.* 1, 3. 6. 7. *c.* 4. 1. 2. 3. 7. *c.* 6. *vers.* 3. 4. 5. 20. 21. 2. *Tim.* 2. 14. 16. 17. 23. *Tit.* 3. 9. II. Non habet Scripturam unicum principium. III. Nec res nec verba Scripturæ retinet. IV. Nec veritati doctrinæ, nec τρόπῳ παιδείας Scripturæ analoga est. V. Non habet eundem cum vera Theologia finem. P. Vide *Theol. Problem.* P. I. p. 17.

III. Materia *duplex est, proxima vel remota.*

a *Proxi-*

[a] *Proxima sunt communes quidam loci Religionis Christianæ, quibus ea summatim & per partes comprehenditur.* [b] *Remota est verbum Dei, sive Sacra Scriptura:* [c] *unde veluti ex thesauro divino Loci Theologici depromuntur.*

a. *Luc.* 24. *vers.*47. Oportet prædicari in ejus nomine resipiscentiam & remissionem peccatorum. *Hebr.* 6.1.2. Resipiscentia à mortuis operibus, Fides in Deum, Baptismatum doctrina, Manuum impositio, Resurrectio mortuorum, & judicium æternum.

b. 2. *Tim.* 3. *vers.*16. Tota Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad disciplinam in justitia.

c. *Matth.*13. *v.*52. Omnis Scriba edoctus in regno cœlorum, similis est cuidam Patri familiâs, qui profert ex thesauro suo nova & vetera.

CANON.

Loci Theologici de Trinitate, æterna Deitate Filii, & Hypostasi Spiritus Sancti, de peccato originali, & perfectione legis, de Persona Christi & satisfactione ipsius &c. necessarii sunt & fundamentales doctrinæ Christianæ. Rationes. I. Tanquam creditu factuque necessarii in Scriptura proponuntur. a. de *Trinitate,* Ioh.17.3.Matth. 28.19. b. *Æterna Filii Deitate,* Ioh. 5.20. c. *Hypostasi Spiritus S.* Matth. 28. v. 19. d. *Peccato*

Originali, Ioh. 3. v. 5. 6. Rom. 5. 12. & seqq. e. *Perfectione Legis*, Matth. 22. 37. 38. f. *Persona Christi* θεανθρώπου Rom. 1. 1, 2. g. *Satisfactione ipsius*, Matth. 20. 28 II. Si hi non, certè prorsus nulli fundamentales & proprii erunt Religionis Christianæ articuli. III. Continent necessarias causas & conditiones salutis; *El. N. p.* 27. IV. Eorum ignoratio vel negatio, omissio vel violatio damnabilis est. *Ib.* 28. S.

IV. Forma *alia est interna*, *alia externa*. [a] *Illa est analogia sive conformitas locorum cum veritate divina, Dei verbo nobis patefacta.* [b] *Ista est eorundem dispositio juxta leges methodi Logicæ, tum universalis in toto Systemate, tum particularis in singulis ejus locis:* [c] *utrobique tamen eorum naturæ sive ipsis rebus accommodata.*

a. *Rom.* 12. *v.* 6. Prophetemus juxta analogiam fidei 1. *Cor.* 3. *v.* 10. Alius superædificat, *sc. fundamento.* Porrò quisque videat, quomodo superædificet.

b. *Rom.* 6. *v.* 17. τύπῳ διδαχῆς, h. e. forma doctrinæ. 2. *Tim.* 1. *v.* 13. ὑποτύπωσις h. e. expressâ forma sanorum sermonum.

c. 1. *Cor.* 2. 13. Spiritualibus spiritualia adaptamus. 1. *Pet.* 4. 11. qui loquitur, loquatur ut eloquia Dei.

CANON.

Theologia Methodum, sive regulas Logicas non respuit. Etsi enim Theologia regulas Logicas

eas ratione *rerum consideratarum* transcendat, quarum plurimæ captum rationis humanæ excedunt; non transcendunt tamen, quoad *considerandi modum*, qui vel propriè, vel analogicè rebus Theologicis convenit.

V. Finis *est sanæ doctrinæ de Religione in Ecclesia* [a] *conservatio ac* [b] *propagatio, ad* [c] *Dei gloriam, &* [d] *Ecclesiæ ipsius salutem.*

a. *Eph.* 4. 12. Dedit alios Doctores ad compactionem Sanctorum, ad opus ministerii, ad ædificationem corporis Christi. v. 14. Ut ne simus ampliùs pueri, qui fluctuemus & circumferamur quovis vento doctrinæ.

b. 2. *Tim.* 2. *v.* 2. Quæ audîsti à me inter multos testes, hæc committe fidis hominibus; qui sint idonei ad alios quoque docendos.

c. 1. *Petr.* 4. *v.* 11. Qui loquitur loquatur ut eloquia Dei: ut in omnibus glorificetur Deus per Jesum Christum.

d. 1. *Tim.* 4. *v.* 16. Intentus esto tibi ipsi & doctrinæ, & permane in istis; id enim si feceris, & te ipsum servabis, & eos qui te audierint.

VI. Effectum *est* [a] *habitus scientiæ Theologicæ* [b] *gradibus variè distinctus, qui ex Systemate acquiritur, vel etiam augetur ac confirmatur.*

a. 1. *Cor.* 12. *v.* 8. Alii datur sermo cognitionis. Hebr. 5. v. 14. propter habitum sensus habent exercitatos ad discretionem boni & mali.

b. *Rom.* 12. *v.* 3. prout cuique Deus partitus est mensuram fidei.

CANONES.

A. *Ex Genere; Theologia habitualis, nec habitus merè Theoricus est, nec merè Practicus.* Genus Theologiæ alii ex habitibus Theoricis, alii ex Practicis arcessunt, prout eam vel Theoricam vel Practicam disciplinam faciunt. Sed altioris est ordinis. Nam I. cùm infinita sit & supernaturalis disciplina, negari non potest, infinitatis suæ ratione, eminenter, unitè tamen, continere quicquid in Theoricis & Practicis, seorsim & inferiori modo habetur. II. Scriptura utrumque ei officium adscribit, dum utrumque, *cognitionem* veri & *actionem* boni nobis præscribit, & à nobis ad salutem exigit *Ioh.* 17. *v.* 3. *Es.* 53. 11. *Matth.* 7. 21. 1. *Tim.* 1. 5. III. Theologia *intellectum* hominis cœcitate, *voluntatem* atque affectus ejus pravitate liberat, *Act.* 26. 18. 1. *Cor.* 1. 30. & *sapientiæ* & *prudentiæ*, id est, habitus simul Theorici & Practici effectus ostendit; sicut etiam utroque nomine distinctè notatur, *Deut.* 4. 6.

B. *Communius ergò definiri illa potest per Doctrinam.* Ratio 1. Hoc ei nomen tribuit Scriptura Testamenti tam Veteris, quàm Novi. In *Veteri Testamento* vox תורה quæ universam salutis doctrinam, tam Evangelium *Psalm.* 19. 8. *Es.* 2. 3. *Ier.* 31. 33. quàm Legem complectitur, hoc

hoc ipsum designat. In *Novo Testamento* frequentissima est, διδαχῆς & διδασκαλίας, doctrinæ, eo significatu appellatio. *Ioh.* 7. 16, 17. 1. *Tim.* 4. 6. *C.* 6. 3. *Rom.* 6. 17. II. Ipsam naturam Theologiæ, hoc ejus Genus, commodè declarat. Si enim cæteræ artes sive scientiæ omnes, quia docent, hoc nomine communiter censentur, huic certò tantò majori cum ὑπεροχῇ id conveniet, quantò ea nobilius objectum docendum, & quidem sola, sortitur. III. Synecdochicè tamen Scriptura eam aliis exprimit nominibus. *Scientiam* esse dicit, *Es.* 11. 9. *Malach.* 2. 7. 2. *Pet.* 1. 5. *Sapientiam*, 1. *Cor.* 2. 6. 7. *Eph.* 3. 10. *Prudentiam*, *Deut.* 4. 6. *Eph.* 1. *v.* 8. quæ *tria*, aliaque, ut Synonyma, *Prov.* 1. *à v.* 2. *ad* 7. *cap.* 2. *vers.* 5. *seqq. c.* 3. *v.* 13. conjungit.

VII. Subjectum *recipiens* a *immediatum est juventus, studiis sacris dicata* : b *Mediatum autem Ecclesia Dei* ; *cujus usibus omnis institutio Theologica subservit.*

a. 2. *Tim.* 3. 14. 15. Tu maneto in iis, quæ didicisti, sciens à quo didiceris : teq; à puero sacras literas novisse. *Psal.* 119. *v.* 9. Quomodo purificabit adolescens semitam suam ? observando eam secundum verbum tuum.

b. 1. *Cor.* 14. *v.* 5. Linguis loquantur, interpretentur linguas, prophetent, ut Ecclesia ædificationem accipiat: & v. 26. omnia ad ædificationem (sc. Ecclesiæ v. 12.) fiant.

VIII.

VIII. Adjuncta *Theologiæ Didacticæ sunt tria* : *Est* [a] *sacra ratione efficientis principalis & materiæ* : [b] *varia item & multiplex ,quod formam externam attinet* : *denique ob erroris periculum* [c] *examini perpetuo subjecta , pro causæ efficientis administræ conditione & natura.*

a. *Rom.* 7. *v.* 12. Lex ipsa sancta , & præceptum illud sanctum , ac justum , & bonum. 1.*Cor.* 2. *v.* 6.7. Loquimur sapientiam non hujus seculi , neque Principum seculi hujus; sed sapientiam Dei , latentem in mysterio.

b. *Hebr.* 1. 1. Multis vicibus , multisque nominibus Deus olim locutus est. *Act.* 2. 11. & 4. Locuti sunt magnalia Dei, prout Spiritus dabat ejus effari.

c. 1. *Thess.* 5. *v.* 21. Omnia explorate, quod bonum fuerit retinete. 1. *Ioh.* 4. 1. Probate Spiritus, an ex Deo sint.

IX. *Sedes* Loci hujus Generalis in V. T. dici potest Psalterium Davidis : in N. T. Epistola Pauli ad Romanos : *Specialis* illic est *Ier.* 31. *v.* 31. 32, 33, 34. coll. cum *Eccles.* 12. *v.* 12, 13, 15. hîc verò est 2. *Tim.* 1. 13, 14. *Hebr.* 5. *v.* 12, 13, 14. & *cap.* 6. *v.* 1. 2.

LOCUS

LOCUS II.

DE

Principio Theologiæ, Sacr. Scriptura.

I. PRincipium *sive fundamentum Theologiæ unicum statuimus*, *SACRAM SCRIPTVRAM V. & N. T.*

Eph. 2. 20. Superstructi super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum. *Act.* 20. *v.* 27. *coll. cum cap.* 26. *v.* 22. Annunciavi vobis omne Dei consilium : nec quicquam dixi extra Mosen & Prophetas. *Gal.* 1. *v.* 8. Si nos, aut Angelus è cœlo evangelizet vobis, præter id, quod vobis evangelizavimus, anathema esto.

CANONES.

A. *Scriptura sacra unicum est principium Dogmatum Theologicorum.* Ratio I. quia res Theologicæ inde incipiunt, nihil enim dicendum est extra Mosen & Prophetas, *Act.* 26. 22. *Eph.* 2. 20. & illic terminantur, 1. *Thess.* 5. 21. 1. *Ioh.* 4. 1. *Es.* 8. *v.* 20. *Luc.* 16. *v.* 29. II. Sola Scriptura habet requisita principii. Est enim a. *immutabiliter vera*, ceu verbum Dei, *Tit.* 1. 2. est ipsa veritas *Ioh.* 17. 17. b. est *immediata*, quia dogmata Theologica non per aliud, sed per ipsum immediatè demonstrantur, *Act.* 18. 28. *c.* 26. 22.

c. est

c. est *necessaria*, immotæ quippe veritatis, 1. *Petr.* 1. 23. d. est *causa omnium conclusionum*, 2. *Tim.* 1. 16, 17. & ne Apostolus quidem aliquid dicere sustinuit extra Mosen & Prophetas. P. S.

B. *Ratio ergo humana fidei sive Religionis Christianæ principium non est.* Ratio 1. quia *cæca* est, nihil intelligens eorum, quæ sunt Spiritus Dei, 1. *Cor.* 2. 14, 15. *Obscura*, non percipiens clarè aut evidenter etiam ea quæ revelantur, *Ioh.* 1. 5. est *lubrica* & *fallibilis*, quæ pro vanitate sua suis ratiociniis fallit & fallitur, *Rom.* 1. 20. denique *imperfecta*, quæ aliquas saltem de Deo notitias habet, *Rom.* 1. 19. 2. Ad rationem Deus nusquam nos rejecit, in examine mysteriorum regni cœlorum. 3. Homines, juxta Socinianos, nihil de Deo noverunt per naturam. 4. Religionem Christianam illi potissimùm amplecterentur, qui ingenio & judicio excellunt, cui tamen Scriptura & experientia repugnat. 5. In mysteriis fidei ratio potius captivanda, quàm consulenda, 2. *Cor.* 10. 4. 5. 6. Ex ratione fidei dogmata nec extruuntur, nec in eandem tandem resolvuntur. 7. Sequeretur rationem priorem esse, notiorem & certiorem religione, quod falsum est. 8. tota etiam religio esset naturalis, cùm constet majori sui parte esse supernaturalem. S.

C. *Usus tamen rationis per sobriam Philosophiam exercitus & exertus non est contemnendus.*

Est

Eſt enim uſus Philoſophiæ in Theologia tum generalis, tum ſpecialis varius. *Generalis* eſt I. Medium convincendorum, *Act.* 14. 16, 17. *c.* 17. 23, 24. *Rom.* 1. 18. *ſeqq.* & convertendorum (quod ex Patrum ſcriptis patet) Gentilium. II. Eſt προπαιδεία juventutis Chriſtianæ ad ſtudium Theologicum. III. Eſt teſtimonium conſenſus in rebus naturâ notis. IV. Eſt organon judicandi de vero & falſo, certo & incerto, conſequente & inconſequente, ordinato & confuſo: Unde diſtinctio uſus rationis Generalis in *Illuſtrativum*, *Collativum*, *Illativum* & *Probativum*. *Speciali* uſu, *Grammatica* prodeſt in intelligendis & explicandis terminis & phraſibus Scripturæ. *Rhetorica* a. in evolvendis Tropis & Figuris. b. in acquirenda oratoria Eccleſiaſtica. *Dialectica* uſus eſt infinitus ferè. In terminis ſimplicibus, ſive Topicis Theologicis: in diſcernendo vero à falſo, certo ab incerto, ſive conſequente ab inconſequente, in enunciationibus; in ſyllogiſmo; in componendo ſyſtemate Theologico, in reſolvendis Textibus ſacris; in confutandis adverſariis ſanæ doctrinæ. *Ethicæ*, 1. in cognoſcendis principiis actionum humanarum. 2. Virtutem & felicitatem civilem ſive externam mediocriter declarat: ad quos uſus etiam Ariſtoteles eam propriè direxit. *Phyſicæ*, 1. in illuſtrandis iis, quæ de rebus naturalibus in Jobo, Pſalmis & paſſim

per

per totam Scripturam differuntur. 2. in cognoscendis Dei invisibilibus, quæ per visibilia quasi depicta sunt. *Mathematica* 1. in supputationibus annorum & temporum. 2. In situ & distantiis locorum cognoscendis, quorum fit mentio in S. Scriptura.

D. *Neque etiam principium esse potest Ecclesiæ testimonium, id est, vel Decreta Conciliorum, vel placita Pontificum, vel Authoritates Patrum.* A. Non *generaliter* Ecclesiæ testimonium, quia a. Non est *immutabiliter verum*, utpote humanum, *Rom.* 3.4. Non b. *immediatum*, quia aliud prius, ad quod examinandum est, 1.*Thess.* 5. 21. 1.*Ioh.*4.1. Nec c. *causa* omnium dogmatum, quia dogmata de Deo, Christo, Redemptione, non sunt vera, quia Ecclesia dicit, sed quia Deus ita in verbo suo testatur. B. Neque *specialiter decreta conciliorum.* 1. Libri Conciliorum negligenter conservati, multis scatent vitiis, teste *Bellarm.* l. 1. de Concil. c. 2. 2. Concilia possunt errare & errârunt, ut *Ephesinum* II. quod Eutychianam hæresin, *Nicenum* II. quod Iconolatriam confirmavit, *Constantiense* &c. 3. Eatenus tantùm valent, quatenus sc. Scripturæ sunt consentanea. C. *Nec placita Pontificum.* I. Plurimi fuerunt impii, hæretici; *Anastasius II. Liberius*, *Felix II.* Ariani fuerunt. Sergius & Honorius Monotheletæ &c. II. Pontifices in plerisque Controversiis sunt

pars

pars litigans. D. Nec *Patres*; ceu superiori Cap. vidimus. P.

II. *Est autem* sacra Scriptura *Verbum Dei authore Spiritu S. in V. T. per Mosen & Prophetas, in* N. *verò per Evangelistas & Apostolos descriptum, atque in libros Canonicos relatum, ut de Deo rebúsque divinis Ecclesiam plenè & perspicuè erudiat, sitq́; fidei & vitæ norma unica ad salutem.*

2. *Tim.* 3. *v.* 15, 16, 17. Sacræ literæ te possunt sapientem reddere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Jesu. Tota Scriptura divinitus est inspirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad disciplinam in justitia: ut perfectus sit homo Dei: ad omne opus bonum perfectè instructus. 2. *Pet.* 1. 19, 20, 21. Habemus firmissimum sermonem Propheticum; quem bene facitis quod attenditis, velut lucernam splendentem in obscuro loco, usque dum dies illuxerit, & lucifer exoriatur in cordibus vestris. Si illud primùm noveritis, nullam prophetiam Scripturæ esse propriæ explicationis. Non enim libitu hominis allata est olim prophetia; sed acti à Spiritu S. locuti sunt sancti Dei homines.

Canon.

Verbum Dei & sacra Scriptura, vel planè non differunt, vel modo tantùm, non verò realiter. Inde *post excessum* Apostolorum & conditum utriúsque Testamenti Canonem, *idem* planè sunt.

Nimirum quia non est aliud Verbum Dei quàm scriptum. *Antè* verò & *quandiu* vox viva, sive Prophetica, sive Apostolica, sonuit in Ecclesia, præter Scripturam sacram, omnino differebant inter se; non tamen *realiter*, sive *re*, *Gal.* 1. *vers.* 7. 8. sed *ratione*, sive modo tantùm, *Hebr.* 1. *v.* 1. Planè sicut distingui solent Verbum ἄγραφον & ἔγγραφον, scriptum & non scriptum, univocè sic dictum. P.

III. Efficiens *sacræ Scripturæ principalis* a *est verus ac æternus Deus, qui se certo verbo patefecit, Pater, Filius, & Spiritus S.* b *Administra sunt sancti Dei homines, ceu Amanuenses ipsius,* c *Moses & Prophetæ in Veteri, &* d *Evangelistæ ac Apostoli in* N. T.

a. 2. *Tim.* 3. 16. Tota Scriptura divinitus est inspirata. 2. *Petr.* 1. 21. Non libitu hominis allata est olim prophetia, sed acti à Spiritu sancto locuti sunt sancti Dei homines.

b. 2. *Pet.* 1. 21. Sancti Dei homines.

c. *Luc.* 16. 29. Habent Mosen & Prophetas, h. e. scripta eorum *Ioh.* 5. *vers.* 47.

d. *Eph.* 2. *v.* 20. Superstructi super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum. 2. *Petr.* 3. *v.* 2. Memores sitis verborum, quæ prædicta sunt à sanctis Prophetis: & præcepti illius nostri, qui sumus Apostoli Domini & Servatoris.

CANONES.

A. *Scriptura non est fortuitis occasionibus exarata.*

arata. Ratio 1. Scriptores sunt servi Dei fideles. 2. Munus divinum scriptionem imposuit, *Matth*. 28.19. *Marc*. 16.15. 3. Scripserunt mandato Dei, *Exod*. 17.14. *c*. 34.27. *Ier*. 30. 2. C. 36. 28. *Apoc*. 1. 11. γράψον, quod undecies postea repetitur: & ejus inspiratione, 2. *Pet*. 1. 21. 2. *Tim*. 3. 16. 4. Necessariò Apostolis fuit scribendum, *Matth*. 28. *v*. 18, 19, 20. *Iud*. *v*. 3. P.

B. *Scripturæ authoritas quoad nos ab Ecclesia non dependet*. Ratio 1. quia dependet ab ejus authore, 2. *Tim*. 3. 16. 2. quia à Deo dependet authoritas verbi voce prolati. E. & scripti, 3. A Spiritu S. nobis persuadetur & obsignatur Scripturæ veritas, 2. *Pet*. 1. 20. *Ioh*. 16. 13. 2. *Cor*. 1. 22. 4. Scriptura ex se habet authoritatem sufficientem, *Hebr*. 4. 12. 1. *Cor*. 2. 4. 1. *Thess*. 2. 13. id quod etiam styli majestas probat, & doctrinæ genus. 5. Scriptura ipsa authoritatem omnem Ecclesiæ conciliat. Est enim ejus principium Essendi, ex qua gignitur, *Luc*. 8. 11. *Iac*. 1. 18. Cognoscendi per quam natura ejus & proprietates demonstrantur, *Matth*. 18. 17. *Ioh*. 16. 13. 6. Ecclesiæ testimonium est fallibile, humanum, & Scripturâ inferius. 7. Fides nostra non resolvitur in testimonium Ecclesiæ. 8. Ecclesiæ testimonium est tantùm ministeriale, 1. *Cor*. 3. 5. 2. *Cor*. 5. 18, 19, 20. Nam custodit tantùm, *Rom*. 3. 2. discernit, *Hebr*. 5. 14. promulgat Scripturam, *Matth*. 28. 19. P.

IV. Materia *sunt partim* [a] *doctrina genus divinum, Lege & Evangelio expositum; partim* [b] *verba divina Hebræa vel Græca; ab ipso Spiritu S.* [c] *dictata & in libros sacros relata : qui Canonici usitatè appellantur.*

a. 2. *Tim.* 1. 13. Teneto hypotyposin sanorum sermonum, cum fide & charitate.

b. 1. *Cor.* 2. 13. Loquimur non sermonibus, quos docet humana sapientia; sed sermonibus, quos docet Spiritus S.

c. *Ef.* 8. *v.* 1. Edixit mihi Jehova : sume tibi volumen & scribe. *Apoc.* 1. 11. Quod cernis scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis.

CANONES.

A. *Religio Christiana non minùs* V. *quàm* N. T. *libris continetur , & ex iis demonstrari potest. Illa proinde non minùs fidei vitæque regula esse debet, quàm hæc.* Ratio 1. Scriptura V. T. consilium Dei de nostra salute exponit, *Act.* 20. 27. *coll. cum c.* 26. 22. *Rom.* 16. 26. 2. Vetus Testamentum est fidei Christianæ objectum, *Ioh.* 5. 39, 46, 47. *Luc.* 16. 29. & exemplo suo docet Paulus, *Act.* 24. 14. credens omnibus, quæ in lege & Prophetis scripta sunt. *Eph.* 2. 20. 3. V. T. est Christianis fidei vitæque regula, 2. *Tim.* 3. 16. 17. 4. ad eam à Christo & ab Apostolis remittimur, *Ioh.* 5. 39. *Luc.* 16. 29. Vide plura *Elenct. Nov.* p. 45. S. A.

B. *Nullæ dantur extra Scripturam Christi & Apo-*

Apostolorum traditiones, quæ & ipsæ sint Verbum Dei, paremque cum Verbo scripto habeant authoritatem. Ratio 1. quia, quæ hoc nomine veniunt, sunt traditiones hominum, *Matth.* 15.9. 2. Scriptura ad salutem perfecta, 2. *Tim.* 3.16. *Act.* 20. 27. *cum Act.* 26. 22. Ergo non opus traditionibus. 3. Nullæ sunt traditiones Apostolicæ ἄγραφοι. E. nec Verbum Dei. 4. Traditiones illæ aut subordinantur Verbo Dei, aut cum eo pugnant. Si prius, non contradistinguuntur: si posterius, Verbum Dei esse nequeunt. 5. Traditiones sunt incertæ. 6. Variæ & mutabiles. 7. ad eas nusquam rejicimur. P.

V. *Libri illi alii sunt* Veteris, *alii* Novi *Testamenti.*

2. *Cor.* 3. *v.* 14. In lectione V. T. manet non retectum velamen, cui v. 6. novum opponitur.

V I. *Libri* V. T. *sunt, quos Deus per Mosen & Prophetas populo Iudaico Hebraicè scriptos tradidit.*

Luc. 16. *v.* 29. Habent Mosen & Prophetas. *Rom.* 3. *v.* 2. Primarium illud est, quod ei (Iudæis) concredita sunt eloquia Dei.

V I I. *Distinguunturque in Classes tres: In Mosen, Prophetas priores & posteriores, Psalmos sive Hagiographa.*

Luc. 24. *v.* 44. Oportuit impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosis, & Prophetis, & Psalmis de me.

VIII. *Ab his meritò excluduntur libri* Apocryphi *sive Ecclesiastici* ; *utpote nec scripti a Prophetis, nec titulo Scripturæ Propheticæ olim Ecclesiæ Iudaicæ divinitùs commendati.*

2. Pet. 1. 16. Non arte compositas fabulas secuti sumus. & v. 19. Habemus firmissimum sermonem Propheticum.

CANON.

Libri Apocryphi ad Canonem Scripturæ non pertinent. Ratio 1. Non sunt scripti à Prophetis. 2. Ecclesiæ Judaicæ hoc nomine non commendati. 3. Ab hodierna etiam Synagoga rejecti. 4. Multa habent impia, falsa, superstitiosa, de quibus Author *Elenct. Vet.* pag. 182. 5. In N. T. nunquam recepti. 6. Ab Ecclesia Christiana in ipso etiam Papatu damnati. P. A.

IX. *Libri* N. T. *sunt, qui ab Evangelistis & Apostolis Græcè scripti sunt, erudiendo populo Christiano* N. T.

Matth. 28. 19. 20. Docete omnes gentes; & ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. *Iud. v. 3.* Necesse habui vobis scribere.

X. *Et denominatione facta à potiore, in Historicos, Dogmaticos, & Propheticum unum distingui solent.*

Inductione & argumento ipsorum librorum.

XI, For-

XI. Forma *est verus ac genuinus sensus sacræ Scripturæ, ex mente authoris sui Spiritus S.*

Nehem. 8. *v.* 9. Legebant librum illum legem Dei explanatè, & exponendo sensum, dabant intelligentiam per Scripturam ipsam. 2. *Pet.* 1. *v.* 20. 21. Si illud primum noveritis nullam prophetiam Scripturæ esse propriæ explicationis. Non enim libitu hominis allata est olim prophetia; sed acti à Spiritu S. locuti sunt sancti Dei homines.

CANONES.

A. *Mens Spiritus S. ex ea felicissimè eruitur lingua, quâ libri sacri originaliter sunt scripti.* Ratio 1. Talis lingua est primigenia, adeoque authentica. 2. Est θεόπνευστος & eum in finem adhibita. 3. Authoris menti adæquata. Si enim alia lingua uti voluisset, potuisset. 4. Ut se habent rivuli ad fontes ita originalis lingua ad Versiones. A.

B. *Textus ergo Hebraicus (exceptis quibusdam paucis fragmentis Chaldaicis) Veteris, & Græcus* Novi T. *est authenticus.* Ratio 1. Uterque non minùs verbis, quàm rebus est θεόπνευστος, 2. *Tim.* 3. 16. 2. Uterque olim fuit authenticus. E. & nunc, quia non est corruptus. 3. Aliâs nulla exstaret editio authentica. 4. Propriæ & supremæ est authoritatis, quia ex alia editione non dependet. 5. Ad hos textus omnes Versiones sunt examinandæ; quod ad quatuor

tantùm casus restringit *Bellarminus* lib. 2. de Verb. Dei c. 11. P.

XII. *Isque unicus est*, *nempe* literalis *seu Grammaticus, ex verbis propriis aut figuratis dependens*; *& scopo cujusque loci, nec non subjecta materia circumstantiis, ubique consentaneus.*

Neh. 8. *v.* 9. Legebant librum illum, &c. *Act.* 9. *v.* 22. Saulus collatis testimoniis ostendebat, eum esse Christum illum.

CANONES.

A. *Quadruplex Scripturæ sensus, Literalis, Allegoricus, Anagogicus & Tropologicus meritò rejicitur.* 1. Scriptura est vera & firma. Ergo non habet varios sensus. 2. Solus sensus literalis est Spiritus S. in Scriptura loquentis, qui etiam ex verbis ejus immediatè colligitur. 3. Sensus literalis solus ubique reperitur, & ex eo solo firmæ dogmatum probationes peti possunt. 4. Scripturæ non quadruplex sed unica tantùm est forma. E. unicus sensus. 5. *Allegoria, Anagoge* & *Tropologia* sunt sensus literalis applicationes. Ergo non distinctæ species. Ita *Allegoria* & *Anagoge*, quæ tamen species oppositæ non sunt, habent applicationem sensus literalis ad didascaliam, *Gal.* 4. *Hebr.* 3. *&* 5. *Luc.* 5. *Tropologia* ad epanorthosin, 1. *Cor.* 10. ad παιδείαν 1. *Cor.* 9. *Ioh.* 13. *P.*

B. *Allegoria tamen ipsa, prout vel divina est, vel humana, ita etiam vim probationis vel admittit, vel*

vel recusat. *Divina Allegoria* est, quam ipse Spiritus S. ostendit in Scriptura sacra, ut Ioh. 3. 14. in æneo serpente: 1. Cor. 10. 1. & seq. in transitu Israëlitarum per mare rubrum, nube, petrâ deserti, mannâ, quæ figuram aliquam habuerunt nostrorum Sacramentorum: Gal. 4. 24. In duabus uxoribus & duobus filiis Abrahami, qui duplex fœdus & duplicem Ecclesiam præfigurârunt: Eph. 5. 32. in conjugio, quod typus est Ecclesiæ: 1. Pet. 3. 21. in aquis diluvii, quæ typus baptismi. Sed Scriptura parcè admodum ἀλληγορεῖ, nec multa Allegoriarum exempla occurrunt. *Tales Allegoriæ habent vim probationis*, Ratio 1. quia habent authorem Spiritum S. & inde de mente Dei certi sumus. 2. quia exemplis Christi & Apostolorum nituntur, qui usi iis sunt probationum loco. *Cautio*: Ne extendantur ultra scopum Spiritus S, alioquin non sunt de mente ipsius. *Humana* est, quæ ab Interpretibus in explicandis Scripturis sacris adhibetur: Cujusmodi frequenter usi sunt Origenes, Ambrosius, Hilarius, & Augustinus: alicubi etiam Hieronymus, maximè de virginitate & viduitate: Nam alioquin hoc genus interpretationis improbat, & alii plures. Pontificii etiam, Patres secuti, hoc genus explicationis crebrò usurpant. *Vim probationis talis non habet*, Ratio 1. sunt interpretamenta humana,

quæ non cogunt, ſed probabiliter ſuadent. Nam Scriptura non eſt propriæ interpretationis 2. *Pet.* 1. *v.* 20. 2. Ab authoritate & conſenſu Auguſtini, qui Epiſtolâ ad Vincentium id prolixè oſtendit: item Thomæ, cujus dictum: *Theologia Symbolica non eſt argumentativa. Cautio*: Interim allegoriæ humanæ uſum habent inſignem ad mores, & delectationem.

C. *Senſus Scripturæ fluit, vel ex verbis expreſſis, vel per conſequentiam elicitus.* Legitimus conſequentiarum uſus probatur 1. exemplo Chriſti, *Matth.* 22. 29. & Apoſtolorum, *Act.* 15. Petrus & Jacobus per conſequentias probant circumciſionem non eſſe neceſſariam, nec Gentibus jugum legis ceremonialis imponendum. *Paulus* Rom. 3. 1. Cor. 15. 2. ſine demonſtratione per conſequentias perfectio hominis Dei, & ædificatio Eccleſiæ nequit obtineri, de qua 2. *Tim.* 3. 16. Id quod praxis Conciliorum probat. 3. Ex operibus creationis & Providentiæ cognoſcendus eſt Deus. E. etiam in aliis myſteriis locum habent conſequentiæ. 4. Νοῦς χῶς homini verſandum circa verbum Dei. 5. Quæ ratio legis in Politia, ea verbi Dei in Eccleſia. 6. Accedunt ſuffragia Patrum, & Pontificiorum. *Auth.* in Problem. p. 32. P.

D. *Senſus Scripturæ neque à Pontifice, neque Conciliis, tanquam ſupremis & infallibilibus judicibus exſpectari debet.* Ratio 1. Eccleſia, Concilium,

lium, Pontifex, sunt homines. E. ab iis sensus Scripturæ non dependet. 2. Ecclesiæ judicium varium est, erroneum & ad aliud examinandum. Nam cuivis Spiritui non credendum 1. *Ioh*.4.1. 1.*Thess*.5.21. 3. Solus Spiritus S. in Scriptura loquens nunquam in judicando errat, nullo partium studio ducitur, nullúmque provocationi locum relinquit. 4. Solus Deus est author Scripturæ, summus Legislator, & Doctor Ecclesiæ. 5. Deus in V. & N. Testam. ad Scripturam nos absolutè remittit, *Deut*. 17. *à* 10. *ad* 18. *Ios*. 1. 8. *Es*. 8. *v*.20. *Mal*. 3. 22. *Luc*. 16.29. *Ioh*.5.39. 2. *Petr*. 1. 19.

XIII. *Illustratur verò*, [a] *recta* interpretatione *tum* [b] *Verborum in Versionibus*; *tum* [c] *rerum in Exegesibus & Commentariis, humanâ operâ adornatis*.

a. *Luc*. 24. *v*. 27. Exorsus à Mose & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de se scripta erant.

b. *Matth*. 1. *v*. 23. Vocabis nomen ejus Emmanuel, quod est, si interpreteris, Nobiscum Deus. *Cap*. 27. *v*. 46. Eli, Eli, lama sabachtani; h. e. Deus mi, Deus mi, quare deseruisti me?

c. *Rom*. 12. *v*. 6. Prophetemus juxta analogiam fidei.

CANONES.

A. *Interpretatio Scripturæ S. in Versionibus verna-*

vernaculis necessaria est & utilis. Ratio 1. Scripturæ lectio & cognitio omnium linguarum hominibus est necessaria, *Deut.* 31. 11. 12. *Ier.* 36. 6. *Ioh.* 5. 39. *Col.* 3. 16. 2. *Tim.* 3. 15. 16. 2. Apostoli etiam prædicârunt Scripturam in omnibus linguis. 3. Sine versionibus Scripturæ, finis ministerii nequit obtineri. 4. Accedit praxis omnium Ecclesiarum. P.

B. *Nulla tamen versio authentica est, adeoq; nec LXX. Viralis Græca, nec Latina Vulgata.* Nam utraque 1. Humanâ operâ est elaborata. 2. Nec verbis nec rebus convenit cum textu authentico. 3. Non est sui ipsius norma. 4. Variè utraque corrupta. P.

XIV. Finis *respectu nostri est* [a] *intermedius vel ultimus. Intermedius dicitur, quòd est* [b] *fidei vitæque nostræ Canon sive regula. Vltimus* [c] *est salus animarum, seu vita æterna.*

a. *Ioh.* 20. *v.* 31. Hæc scripta sunt ut credatis, & ut credentes vitam habeatis.

b. 2. *Tim.* 3. *v.* 16. 17. Tota Scriptura, &c. *Rom.* 15. *v.* 4. Quæ antè scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus. *Gal.* 6 16. Quicunque juxta hanc regulam incedunt, pax esto super eos.

c. 2. *Tim.* 3. *v.* 15. Sacræ literæ te possunt sapientem reddere ad salutem. *Ioh.* 5. *v.* 39. Scrutamini Scripturas, in quibus videmini vobis vitam æternam habere. CANO-

Canones.

A. *Scriptura non tantùm est fidei vitæq; aliquod commonitorium, sed & perfectus utriusque Canon.* Ratio 1. Scriptura hoc fine inspirata est, ad eam Ecclesia remittitur & sub pœna anathematis astringitur, *Ioh.* 20.31. *Rom.* 15. 4. 2. *Tim* 3. 16. 17. *Luc.* 16. 29. *Gal.* 1. 8. 2. Scriptura habet Canonis nomen, *Gal.* 6. 16. 3. Partes etiam & officium ejus, ut ab ea recedere non liceat, *Ezech.* 20. 19. *Matth.* 22. 29. 1. *Ioh.* 3. 4. *Gal.* 1. 8. 9. P.

B. *Scriptura ex ordinatione Dei sine traditionibus est summè necessaria.* Ratio I. necessaria est secundum omnia causarum genera. Ratione enim *Efficientis*, *Iud.* v. 3. necesse habui vos scribere: *Materiæ*, quia doctrinam necessariam continet legis & Evangelii; *Formæ*, quia necessaria est ejus intelligentia, utpote sine qua erramus, nescientes Scripturas, *Matth.* 22. 29. *Finis*, qui est informatio ad salutem, *Ioh.* 20. 31. II. Eò nos tanquam ad fidei vitæque regulam Deus remittit, *Es.* 8. 20. *Ezech.* 20. 19. *Luc.* 16. 29. III. Scriptura dat Ecclesiæ Esse, tum quoad substantiam, ut *Iac.* 1. 18. 1. *Petr.* 1. v. 23. tum quoad revelationis modum, 2. *Tim.* 3. 16. 17. P.

XV. Effecta *sunt* [a] *partim* [b] *beneficia Dei in electos*, *partim* [c] *judicia in reprobos*; *quatenus per verbum* [d] *ceu instrumentum ordinarium ea dispensat aut exercet.*

a. 2. Cor.

a. 2. *Cor.* 2. 15. 16. Christi bona fragrantia sumus Deo, in iis, qui servantur, & in iis, qui pereunt. His quidem odor mortis ad mortem: illis verò odor vitæ ad vitam.

b. *Ps.* 19. *v.* 8. 9. Doctrina Jehovæ integra est, restituens animam: testimonium Jehovæ verax, sapientiam afferens imperito: Mandata Jehovæ sunt recta; lætificantia animum, præceptum Jehovæ purum, illustrans oculos.

c. 1. *Pet.* 2. *v.* 7. 8. Petra offendiculi iis, qui impingunt ad sermonem, ad quod etiam constituti fuerunt.

d. 2. *Cor.* 3. *v.* 8. 9. Ministerium mortis, & ministerium Spiritus, & justitiæ.

XVI. Subjectum *est* [a] *Ecclesia, sive populus Dei, olim* [b] *Iudaicus in V. nunc* [c] *Christianus in N. T. cui lectio ac meditatio Scripturæ* [d] *promiscuè, citra ætatis, sexus, aut ordinis discrimen, imperatur.*

a. 1. *Tim.* 3. *v.* 15. Ecclesia est columna & stabilimentum veritatis.

b. *Ps.* 147. *v.* 19. Indicat verba sua Jacobo, statuta sua & jura sua Israëli. *Rom.* 3. *v.* 2. Eis (nempe Judæis) concredita sunt eloquia Dei.

c. *Rom.* 16. *v.* 26. Per Scripturas Propheticas notificatum est omnibus Gentibus. *Eph.* 2. *v.* 20. Superstructi super fundamentum Apostolorum & Prophetarum.

d. *Deut.* 31, *v.* 11. 12. 13. Legito legem hanc coram

coram toto Israële, ipsis audientibus; Congregando populum, viros, fœminasque, & parvulos, & peregrinum tuum qui erit in portis tuis; ut audiant, & ut discant, timeantque Jehovam Deum vestrum: & observantes faciant omnia verba legis hujus. Filii quoque ipsorum, qui experti non fuerint, audientes discant timere Jehovam Deum vestrum, quibuscunq; diebus vivetis in terra. *Psalm.* 1. *v.* 1. 2. Beatus, cujus oblectatio est in lege Iehovæ, & qui de lege illius meditatur interdiu ac noctu. *Col.* 3. *v.* 16. Sermo Christi inhabitet in vobis copiosè.

Canon.

Lectio Scripturæ omnibus promiscuè, id est, tam Laicis, quàm Clericis est permittenda. Ratio 1. quia ad omnium utilitatem est prodita, 2. *Tim.* 3. 16. *Rom.* 15. 4. *Ioh.* 20. *v.* 31. 2. *Pet.* 1. 19. 2. quia omnibus arma ministrat contra hostes spirituales. Vocatur armatura Dei, *Eph.* 6. 13. gladius v. 17. 3. Lectio omnibus promiscuè imperata est, *Deut.* 6. *v.* 6, 7, 8. *Deut.* 31. *v.* 11, 12. 1. *Thess.* 5. 27. *Col.* 3. 16. P.

XVII. *Adjuncta tria sunt.*

XVIII. Authoritas *Sacræ Scripturæ ab efficiente & fine*, [a] *quâ omnia scripta humana antecellit: eaq; tum* [b] *divina, quâ est & habetur verbum Dei, tum* [c] *Canonica, quâ est & agnoscitur*

scitur regula fidei ac vitæ, eoq; etiam d *Iudex controversiarum Religionis.*

a. 2. *Pet.*1. *v.*16.19. Non arte compositas fabulas secuti sumus. Habemus firmissimum sermonem propheticum. 1.*Ioh.* 5.9. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est. Nam hoc est testimonium Dei, quod testificatus est de filio suo, sc. in verbo.

b. 1. *Thess.* 2. *v.* 13. Acceptum de Deo sermonem, quem audîstis ex nobis, accepistis, non ut sermonem hominum, sed (sicut verè est) ut Dei sermonem; qui etiam agit in vobis, qui creditis.

c. *Gal.* 6. 16. Quicunque incedunt juxta hanc regulam, esto super eos pax & misericordia. 2. *Tim.* 3. *v.* 16. 17. Tota Scriptura, &c.

d. *Es.* 8. *v.* 20. Ad legem & testimonium. *Luc.* 16. *v.* 29. Habent Mosen & Prophetas, audiant eos. *Ioh.* 12. *v.* 48. Sermo quem locutus sum damnabit eum.

CANON.

Scriptura Iudex Controversiarum dici potest non propriè, sed Metonymicè. Propriè non potest. Est enim lex judicis, secundum quam fertur sententia, *Deut.* 17. *v.* 10. 11. Iudex est persona causas cognoscens & decidens ex lege, 2. *Chron.* 19. *v.* 6. 7. *Impropriè* tamen per metonymiam adjuncti, sic dici solet: quia 1. est fons juris & justitiæ. 2. norma judicii de contro-

versiis

versiis fidei, & 3. actus cum judice communes habet & exercet, *Luc. 16. v. 29. 31. Ioh. 7. v. 38. Cap. 12. v. 48. Rom. 9. v. 27.* P.

XIX. Perfectio *ejus ex conditione materiæ,* a *quod omnia dogmata ad fidem, vitam ac salutem necessaria plenè complectitur, ut verbo* b ἀγράφῳ *nullo jam sit opus.*

a. *Deut. 4. v. 2.* Non addetis ad verbum hoc, quod vobis loquor, nec detrahetis ex eo. *Psalm. 19. v. 8.* Doctrina Iehovæ integra est, sive perfecta.

b. *Gal. 1. v. 8.* Si nos aut Angelus è cœlo evangelizet vobis præter id, quod vobis evangelizavimus, anathema esto.

CANONES.

A. *Scriptura S. ita perfecta est, ut extra eam nihil ad dogmata, ad fidem, vitamq; quærendum sit necessarium.* Ratio 1. Scripturæ nihil addendum, nihil detrahendum, *Deut. 4. v. 2. Gal. 1. 8.* 2. Scriptura omne Dei consilium de nostra salute exponit *Act. 20. 27. Act. 26. 22.* 3. Nos reddit perfectos, *2. Tim. 3. 16. 16.* 4. Ei & definitum & definitio perfecti convenit. Definitum *Psalm. 19. 8.* Definitio, habet enim omnes partes, tam essentiales, quàm integrales. P.

B. *Hæc Scriptura nullos libros Canonicos amisit.* Ratio 1. petita est ex *Matth. 5. v. 18. Luc. 16. 17.* 2. A providentia Dei circa Scripturam. 3. A fine scriptionis, qui est ut esset

 Canon

Canon perpetuus. 4. Ab officio Ecclesiæ, cui concredita sunt eloquia Dei, *Rom.* 3. 2. P.

C. *Neque proinde libri omnes V. T. ab Esra sunt restituti.* Ratio 1. quia Daniel in captivitate legem Mosis & inprimis Ieremiam legit, *Cap.* 9. 2. 2. Ezechiel, Sacerdotes & pii Israëlitæ absque dubio secum tulerant volumen Mosis & Prophetarum, nisi extremè impios fuisse dicamus. 3. *Esr.* 7. *v.* 14. de ipso reduce affirmatur, quòd legem Dei sui ad manus habuerit. 4. *Neh.* 8. 2. in conventu populi jussus est Esras afferre Librum Legis, quem sciebant extare non autem de novo componere, & v. 3. dicitur, *attulisse*. P.

D. *Nullis etiam, præter Verbum Dei, opus est revelationibus extraordinariis.* Ratio 1. Repugnant Scripturæ, *Luc.* 16. 29. 31. *Gal.* 1. *v.* 7. 8. 9. 2. Præsentissimo cum periculo seductionis sunt conjunctæ, 2. *Cor.* 11. 14. 2. *Thess.* 2. *v.* 2. A.

XX. Perspicuitas *denique ex forma notione emergens, quâ eadem dogmata* [a] *planè delucidéque proponit & exponit,* [b] *sui interpres,*

a. *Psal.* 119. *v.* 105. Lucerna pedi meo verbum tuum, & lux itineri meo. 2. *Cor.* 4. *v.* 3. 4. si opertum est Evangelium nostrum, iis qui pereunt opertum est, in quibus Deus hujus seculi excœcavit mentes.

b. *Neh.* 8. *v.* 9. Exponendo sensum dabant intelligentiam per Scripturam ipsam. 2. *Pet.* 1. *v.* 20. Nulla prophetia Scripturæ est propriæ explicationis.

CANONES.

A. *Scriptura sacra ita perspicua est, ut absque Commentariis etiam à populo Christiano, cum fructu legi, & dogmata necessaria ex ea cognosci possint.* Ratio 1. Scriptura de hac sua perspicuitate testatur, *Deut.* 30.11. *Psal.* 19. 8. 9. *Ps.* 119. 105. 130. 2.*Cor.* 4.3.4. 2.*Pet.* 1. 19. 2. Scriptura in doctrina legis & Evangelii perspicua est, *Matth.* 22.37. 3. Spiritus S. in Scriptura perspicuitatem intendit, *Rom.* 15. 4. 2. *Tim.* 3. 16. 17. 4. Scriptura perspicua est & *formaliter*, Ps. 119. 105. & *effective*, Ps. 119. 98. 2.*Tim.* 3. 15. 2.*Petr.* 1. 19. P.

B. *Neque tamen absque interna Spiritus S. illuminatione, cum fructu à quolibet, etiam homine animali, legi aut intelligi potest.* Ratio 1. Non est propriæ interpretationis, 2.*Pet.* 1.20. 2. continet mysteria incomprehensibilia, *Matth.* 13. 11, 12. *Rom.* 16. 25, 26. *Eph.* 3. 8. 9. 10. 3. Scriptura est Spiritûs 1. *Ioh.* 5. 6. 4. Citra illuminationem Spiritus S. nobis est obscura, odor mortis, 2. *Cor.* 4. 3. 4. 1. *Cor.* 1. 18. 5. Homo est cæcus mente, contumax *Ioh.* 1. 5. *Rom.* 3. 11. 1. *Cor.* 1. 21. 6. Revelare sensum Scripturæ est proprium Spiritus S. *Ioh.* 14. 26. & c. 16. 13. 7. Sancti petunt illuminationem illam, *Psalm.* 119. *Eph.* 1. 16. 17. *Col.* 1. 9. 8. Nemo acumine ingenii potest credere Scripturæ, *Deut.* 29. 4. & c. 30. 3. *Matth.* 16. 17. *Ioh.* 1, 12, 13. 1, *Cor.* 2. 13. 14. S.

C. *Hyperbolæ, quæ in Scriptura occurrunt, perspicuitati ejus nihil derogant.*

Hyberbole bifariam dicitur, *Ethicè* & *Rhetoricè*. *Ethicè* est sermo fidem rerum excedens. Quo sensu aliena est à Scriptura: quæ est sermo veritatis, *Iac.* 1. 18. & ipsa veritas, *Ioh.* 17. 17. *Rhetoricè* est affectio tropi, rerum illustrationi & amplificationi inserviens; salva earum veritate. Quomodo si quis hyperbolas Scripturæ detrahat, aut obscuritatis eam propterea insimulet, idiotismis ejus atque phrasibus vim facit. *Gen.* 11. 4. *Exod.* 3. *v.* 8. *Deut.* 1. 10. 1. *Reg.* 1. 40. *Matth.* 23. *v.* 24. *Marc.* 16. *v.* 15. *Ioh.* 21. *v.* 25.

XXI. *Sedes* hujus loci propria est in V. T. Psalmus 119. totus, nec non pars Psal. 19. v. 8. 9. 10. 11. 12. In N. T. 2. Tim. 3. v. 14. 15. 16. 17. & 2. Petr. 1. v. 16. & seqq. usque ad finem.

LOCUS III
DE
DEO.

I. **P***Artes Theologiæ duæ sunt: Una est doctrina de Deo: altera doctrina de ejus Actionibus & Operibus.*

Ier. 10. *v.* 10. 12. Jehova Deus verus est, Deus vivus, & Rex sempiternus. Qui fecit terram virtute sua, stabilit orbem habitabilem sapientia sua & prudentia sua extendit cœlos. *Ioh.* 17. *v.* 3.

v. 3. Hæc eſt vita æterna, ut te cognoſcant ſolum illum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

CANON.

Diviſio Theologiæ etſi varia ſit, commodiſſimè tamen hac abſolvitur διχοτομίᾳ: in Deum & Actiones ſive opera ejus. Ratio 1. fundata eſt in Scriptura, *Exod.* 34. 6. 7. *Hebr.* 11. 6. 2. Omnia Scripturæ axiomata ad hæc duo Capita redeunt. 3. eſt adæquata ſuo diviſo, & partium cum toto ſumma conſenſio, inter ſe autem ſumma diſſenſio eſt. Dividitur aliâs Theologia in doctrinam de *fide*, & fidei *actionibus*; in *legem* & *Evangelium*; in fœdus *naturæ* & *gratiæ*; in *fidem*, *ſpem* & *charitatem*; in παθολογικὴν & θεραπευτικήν; in *promiſſa* & *præcepta*.

II. *Deus eſt* [a] *Spiritus* [b] *ſimpliciſſimus, immutabilis, immenſus, æternus, ſummè vivens, ſapiens, bonus, juſtus, liber, potens, ac beatus: eſtq;* [c] *Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.*

a. *Ioh.* 4. v. 24. Deus eſt Spiritus. *Pſalm.* 139. v. 7. Quo irem à Spiritu tuo? aut quò à facie tua fugerem?

b. 1. *Tim.* 1. v. 17. Regi æterno, incorruptibili, inviſibili, ſoli ſapienti Deo ſit honos. *Exod.* 34. v. 6. 7. Iehova, Iehova, Deus fortis, miſericors & gratioſus, longanimis & multus benignitate ac fide: cuſtodiens benignitatem milli-

bus, condonans iniquitatem; & qui ullo pacto non absolvit sontem.

c. *Eph.* 4. *v.* 5. 6. Unum baptisma, & unus Deus. *Matth.* 28. *v.* 19. Baptizate in nomen Patris, Filii & Spiritus Sancti.

Canones.

A. *Vox* Dei *homonyma est.* Sumitur enim propriè de eo qui *essentiâ* Deus est, *Ies.* 42. 8. 1. *Cor.* 8. 6. & quidem vel ἀδιορίστως *communiter*, sine certæ personæ determinatione, *Ioh.* 4. 24. vel ὑποστατικῶς, *singulariter* de una aliqua persona, per Synecdochen, quod aliquando ex unius personæ *relatione* ad alteram, *Ioh.* 3. 16. aliquando ex *proprio* unius effectu colligitur, *Act.* 20. 28. 1. *Tim.* 3. 16. *Impropriè*, de iis, qui naturâ Dii non sunt 1. *Cor.* 8. 5. quibus id nomen, tribuitur, vel *ex Dei ordinatione*, propter officii dignitatem atque excellentiam, ut Angelis, *Psalm.* 8. 6. Magistratibus *Psalm.* 82. 6. Mosi, *Exod.* 4. 16. vel ex *propria* sed injusta *usurpatione*, ut Diabolo 2. *Cor.* 4. 4. vel ex *erronea* hominum *persuasione*, ut idolis, 1. *Cor.* 8. 4. 5.

B. *Propriè tamen sumta vox* Deus *naturæ est & essentiæ, stylo Scripturæ, non verò potestatis tantùm, officii ac dignitatis significativa.* Ratio. 1. Nomen Dei vero Deo tributum opponitur idolis & falsis Diis, ut ens non enti, *Psalm.* 95. 7. 1. *Cor.* 8. 4. *Cap.* 10. 20. 2. Est Synonymum concretivum. Ergo subjectum cum forma notat,

tat. 3. De eo prædicatur, qui naturâ Deus est. 4. Nomen Dei tribuitur Deo *immediatè*, officii *mediatè*. 5. Sequeretur Deum relatè tantùm, respectu creaturarum, vocari Deum, idque in tempore, contra illud *Psalm.* 90. 2. *Psalm.* 102. 27. 28. S.

C. *Deus, diverso respectu genus habet & non habet.* *Non habet* in se & per se, cùm nihil ipso prius, nihil superius aut notius sit; *habet* tamen, quoad conceptus nostros, pro quibus Deo, ut proprias differentias, sic communes generis notiones imponimus, humano more *Ioh.* 4. 24. *Rom.* 6. 19.

D. *Ne Synonymum quidem genus, secundum quid, Deo negari potest.* Tenendum, genus *Synonymum* sive *univocum* in Logicis bifariam accipi. *Simpliciter* cujus ut vox, ita natura, voce significata, competit eadem ratione omnibus subjectis speciebus; & *secundùm quid*, quod similitudine quadam pluribus essentiâ diversis tribuitur: & quidem pro conceptus nostri modo. Ideoque etiam *quasi genus*, sive *genus per similitudinem*, itemque *analogum* appellari solet. *Priore* modo qui Deo tribuit, parem Deo, vel potiùs alium Deum statuit: *Posteriore* verò optimè quadrat.

E. *Vt verò Deo genus univocum, simpliciter, tribui non potest, nec differentia, ita nec perfectè definiri potest.* Non enim habet genus in se &

per se, 1. quia nihil habet se superius. 2. nec prædicatur de speciebus diversis. *Non differentiam*, quia est simplicissimus & compositionis expers.

III. *Dei consideranda tum* Essentia *absoluta, tum* Personæ *relativa.*

1. *Ioh.* 5. *v.* 7. Tres sunt, qui testificantur in cœlo, Pater, Sermo & Spiritus Sanctus: & hi tres unum sunt. *Ioh.* 10. *vers.* 30. Ego & Pater unum sumus.

IV. Essentia *Dei est ipsa Deitas* [a] *sive natura divina* [b] *una numero, sed* [c] *tribus in ea personis communis: quæ tum per nomina, tum* [d] *per distinctas proprietates à nobis cognoscitur.*

a. *Col.* 2. *v.* 9. In eo (Christo) inhabitat tota plenitudo Deitatis corporaliter.

b. *Deut.* 6. *v.* 4. & *Marc.* 12. *v.* 29. Audi Israël, Dominus Deus noster Dominus unus est. 1. *Cor.* 8. *v.* 4. Scimus idolum nihil esse in mundo, & nullum Deum esse nisi unum. 1. *Tim.* 2. *v.* 5. Unus est Deus & unus Mediator.

c. 1. *Ioh.* 5. *v.* 7. Hi tres unum sunt.

d. *Exod.* 34. *v.* 6. 7. Jehova, Jehova, Deus fortis, &c.

CANONES.

A. *Essentiæ vox Deo rectè tribuitur.* Ratio 1. quia Deus est ὁ ὤν *Apoc.* 1. 4. Ergo habet essentiam. 2. In Scriptura Deo tribuitur θειότης *Rom.* 1. 20.

1, 20. θεότης, *Col.* 2. 9. φύσις, *Gal.* 4. 8. μορφὴ, *Phil.* 2. 6. θεία φύσις, 2. *Petr.* 1. *v.* 4.

B. *Deus non est unus essentiâ absolutâ, & trinus, tribus essentiis relativis.* Ratio 1. quia est unus, simplex absolutè, *Deut.* 6. 4. 1. *Cor.* 8. 4. 6. 2. Personæ sunt unum essentiâ. E. eâdem non differunt, *Ioh.* 10. 30. 1. *Ioh.* 5. 7. 3. Sequeretur in Deo quatuor esse essentias. Nam essentiæ relativæ differunt realiter. Essentia etiam absoluta differt realiter à relativis, quoniam toto genere differunt. *Trith.* N.

C. *Neque Deus unus est essentiâ Genericâ, & trinus, tribus essentiis specificis.* Ratio 1. Unitas Generis & speciei rationis tantùm est, essentiæ verò divinæ unitas rei, non rationis est. 2. Unitas ejus est singularissima. 3. Agit & subsistit per se. 4. Est purus putus actus, perfectus & simplex. At genus est in *potentia* respectu Speciei; Species omnis composita per differentiam. *Iid.*

D. *Habet tamen essentia divina cum Specie aliquam analogiam.* Consistit illa in tribus 1. Sicut Genus de Speciebus, Species de Individuis prædicantur univocè: ita Essentia de tribus personis. 2. Sicut in naturalibus Universale extra Individua non subsistit: ita nec Essentia divina extra tres personas. 3. Sicut natura communis omnia Individua, quæ sunt ejusdem nominis & Generis, comprehendit, ut huma-

nitas omnes homines; ita Deitas singulas personas.

E. *Notitia de Dei Essentia tantùm sex sequentibus non absolvitur*, 1. *quòd sit Deus*. 2. *quòd sit tantùm unus Deus*. 3. *quòd æternus*. 4. *quòd perfectè justus*. 5. *quòd perfectè sapiens*. 6. *quòd sit perfectè potens*. Ratio 1. Quia cum descriptione, quàm Deus de se dedit, non consentit. Vide *Exod*. 34. 6. 7. *Neh*. 9. *v*. 5. 6. 17. 32. 33. *Psal*. 103. *v*. 8. *& seqq*. 2. Exprimit qualis sit Deus, non quis sit Deus. 3. Nec declarat qualis sit Deus in se & primariò, sed creaturarum respectu, adeóque in tempore. 4. Hæc descriptio non minùs ex lumine naturæ erui potest; quàm Scripturæ. 5. Vita æterna consistit in cognitione S. S. Trinitatis, *Ioh*. 17. *v*. 3. *Gal*. 4. 8. 1. *Ioh*. 5. 20. 6. Plura attributa sunt necessaria ad fidem & cultum Dei, nempe spiritualis Dei natura, *Ioh*. 4. 24. Invisibilitas, *Deut*. 4. 15. Immensitas, *Psalm*. 139. 7. Immutabilitas, *Psal*. 102. 27. 28. 7. Hæc attributa exclusivè sumta tantùm faciunt ad ἀναπολόγητον *Rom*. 1. 19. 20. 21. *Cap*. 2. *v*. 14. 15. S.

V. *De* Nominibus *Dei observandi sunt sequentes Canones*.

A. *Nomen in Deum propriè non cadit*. Est enim ens singularissimum & suâ naturâ distinctum; ut tamen nobis se accommodet, assumit varia nomina, tam propria, quàm Metaphorica.

B. No-

B. *Nomina Hebraea sunt ἐμφατικώτατα.* Tum in thesi, quâ Hebræa, tum in hypothesi, quia immediatè à Spiritu S. dictata.

C. *Nomina illa aut* Essentiam *notant, ut* יְהוה *Jehova*, יה *Jah*, אהיה *Ehejeh*, *aut* Potentiam, *ut* אל El, גבור Gibbor, *fortis*, שדי potens; *aut Cultum quo dignus est, ut* אלה אלהים *Eloah, Elohim*, σέβασμα *aut* Excelsitatem, *ut* עליון *altus*: *aut* Dominum, *ut* אדני *Dominus*.

D. *Nomen* יהוה *soli Deo proprium est.* Ratio 1. Significatio ejus Deo soli propria est; quod patet, partim ex interpretatione ejus, *Exod.* 3. 14. 15. *Apoc.* 1. 4. partim ex Etymologia, secundùm quam Essentia ejus singularissima exponitur. 2. Per suam naturam nomen proprium est. E. non commune. 3. Soli Deo in Scripturis propriè tribuitur, creaturis tantùm Metonymicè, *Psal.* 83. 19. *Es.* 42. 8. *Cap.* 48. 2. 4. Soli Deo debetur cultus nomine Iehovæ testatus, *Deut.* 6. 13. *Exod.* 6. 6. 7. cumprimis *Ier.* 31. 5. S. N. *A.*

E. *Nominis Elohim significatio, cùm de Trinitate accipitur, non deducitur vel ex etymo vocali, vel ex numero plurali per se; nec ubique significat Trinitatem; sed quibusdam saltem in locis, pro eorum subjectis & circumstantiis.* Rationes *prioris* sunt. 1. Pluralis numerus per se non Trinitatem, sed pluralitatem notat. 2. Dicitur hoc nomen pluraliter de aliis singularibus, de

de unico vitulo, *Exod.* 32. 31. de uno Mose, *Exod.* 4. 16. Dagone unico *Iud.* 16. 23. 3. Non semper Deo tributum in plurali occurrit, ut יהוה in singulari. 4. Sæpe *personaliter* sumitur, vel de una persona Patris, *Psal.* 45. 8. vel de Patre & Filio, *Gen.* 1. *v.* 2. 5. Alia etiam nomina in plurali Deo tribuuntur, quæ tamen Trinitatem significare, nemo hactenus dixit, ut אדונים, *Mal.* 1. 6. *Psalm.* 136. 3. 6. Nemo Interpretum pluraliter vertit, Græci, Latini, Arabes, Syri Deum ubique singulariter retinent. *Posterioris* argumenta sunt a. Deus hoc nomine de se loquitur in prima persona, *Gen.* 1. 26. C. 3. *v.* 22. quæ omninò loca de alio subjecto explicari commodè non possunt. b. Non minùs pluralibus jungitur, quàm singularibus; ubi prior conjunctio fit ad notandam *unitatem* Essentiæ divinæ; posterior ad *Trinitatem.* Prioris exempla *Gen.* 20. *v.* 13. C. 35. 7. *Ios.* 24. 19. posterioris, *Gen.* 1. 1. c. Absolutè de pluribus enunciatur in Scripturis, *Psalm.* 45. 8. quo sensu non minùs Deo propriè convenit, quàm Iehova. d. Scriptura illud de pluribus personis interpretatur. Nam Elohim *Gen.* 1. *v.* 1. ad Filium etiam refertur, & Spiritum S. *Psalm.* 33. 6. *Psalm.* 104. *v.* 30.

VI. *Proprietates illæ sunt duorum generum, Negativæ & Affirmativæ.*

CANO-

Canones.

A. *Proprietates neque ab essentia, neque inter se, sed nostro tantùm conceptu distinguuntur.* Non ab *Essentia*, quia sunt ipsa essentia. 1. Deus est ipsa æternitas 1. *Sam.* 15. 29. & vita, *Ioh.* 1. 4. 5. 2. In Deo summa est perfectio & simplicitas. 3. Non est in Deo compositio ex Subjecto & Accidente. 4. Deus est immutabilis. 5. Se non habent ut attributa Angelica ad essentiam Angelicam, aut humana ad humanam, quia hæc contingentia sunt, illa necessaria. Non *inter se*, quia essentia summè una & simplex est, & una proprietas de altera essentialiter prædicatur; simplicitas de bonitate, sapientia, &c. *Nostro verò conceptu*, quia is finitus cùm sit, objecto infinito non est proportionatus. Cùm ergo distincti harum proprietatum effectus in ipsis creaturis appareant, differentes conceptus de Deo formantur. S.

B. *Omnes Dei proprietates sunt infinitæ, æternæ.* Ratio, quia talis est essentia, à qua non differunt: unde potentia Dei dicitur *omnipotentia*, *Gen.* 17. 1. benignitas, *æterna benignitas*, Psalm. 103. 17.

C. *Nullæ Dei proprietates propriè sunt communicabiles.* Nam 1. non omnes communicari possunt, quia multiplicaretur essentia summè una, item plura darentur infinita. 2. Nec aliquæ, quia essentia divideretur aut distraheretur.

Dei proprietatibus. III. De Deo negantur omnes species compositionis. *S. Nov.*

B. *Simplicitas Dei Sacris Literis expressa est.* Docet enim Scriptura, Deum esse Iehovam, *Gen.* 2.4. Eheieh, *Exod.* 3.14.15. singularissimè unum, *Deut.* 6. 4. Spiritum increatum, *Ioh.* 4. *v.* 24. purum actum, 1. *Sam.* 15. 29. *Ioh.* 1. 4. 5. S. N.

C. *De simplicitate Dei omnes negantur Compositionis species.* Compositio est vel *Physica*, quæ fit aut ex partibus integrantibus seu materialibus, aut ex partibus essentialibus: vel *Metaphysica*, aut *Logica*, quæ fit vel ex *generalibus*, ut sunt Genus & Species; vel ex *subjecto* & *accidente* propriè sic dictis; vel ex *potentia* & *actu*; vel denique ex *esse* & *essentia*. Sed nulla harum specierum Deo convenit. *Iid.*

IX. Immutabilitas *est, quâ nulli mutationi, alterationi, aut potentiæ passivæ obnoxia est.*

Mal. 3. *v.* 6. Ego Dominus & non mutor. *Iac.* 1. *v.* 17. Apud Deum non est transmutatio, aut conversionis obumbratio.

Canon.

Deus ne voluntate quidem suâ mutabilis est. Ratio 1. Scriptura docet esse simpliciter immutabilem, *Psalm.* 102. 14. 15. 28. 29. *Mal.* 3. *vers.* 6. *Iac.* 1. 17. 2. Deus est independens essentiâ. Ergo & voluntate. 3. Deus est perfectissimus. E. voluntate immutabilis. 4. Ipsa Dei voluntas in S. Scriptura vocatur ἀμετάθετος & ἀμεταμέλητος.

μέλη, *Hebr.* 6. 17. 18. 5. Nec incipit velle, quæ noluit, nec desinit velle, quæ voluit. 6. A nulla causa mutatur, neque interna neque externa. 7. mutabilitas ponit imperfectionem in Angelis & hominibus. Ergo in Deum non cadit. S. *Vor.*

X. Immensitas *est, quòd ubique præsens, libera est ab omni dimensione ac circumscriptione locali.*

Ier. 23. *v.* 23. 24. An Deus è propinquo sum ego ? dictum Iehovæ, an non Deus è longinquo? Annon cœlum & terram ego impleo ? dictum Iehovæ. 1. *Reg.* 8. 27. Cœli cœlorum non capiunt te; quanto minùs domus ista quam ædificavi.

CANON.

Immensitas, id est, infinitas & omnipræsentia Deo non tantùm convenit καθ' ἐνέργειαν, sed etiam καθ' οὐσίαν. Ratio 1. Est trinus personis in una essentia. E. Essentia illa infinita est. 2. Filius Dei καθ' ὑπόστασιν divinam unitus est naturæ divinæ. E. secundum essentiam non minùs fuit in terra, quàm in cœlo. 3. Deus essentiâ suâ est in omnibus locis, nec tamen iis finitur, *Psal.* 139. 8. 9. *Ies.* 66. 1. *Act.* 17. 27. 28. 4. Omnia operatur in omnibus. E. ea implet essentiæ omnipræsentis virtute. Nam infinita virtus non potest cadere in subjectum finitum. 5. Est perfectissimus essentiâ. E. quod in aliis tanquam defectus desideratur, in illo reperitur.

6. Attri-

c. Attributis essentialibus est infinitus. E. & ipsâ essentiâ. S. N.

XI. Æternitas *est, qua eadem essentia omnis principii, successionis & finis immunis censetur.*

Psal. 90. *v.* 2. Quum nondum montes editi essent, aut formâsses terram, orbémque habitabilem; deniqué ab æterno & usque in æternum tu es Deus. *Apoc.* 1. *v.* 8. Ego sum Alpha & Omega, principium & finis, dicit Dominus, qui est, qui erat, & qui venturus est.

CANON.

Æternitas Dei temporum differentiis non distinguitur Ratio 1. æternitas est ipsa Dei essentia; Hæc verò successionis est expers; quia a. est absolutè simplex. b. absolutè immutabilis. c. immensurabilis. 2. Deo tribuuntur omnes proprietates æternitatis, absolutè sic dictæ, *Psalm.* 102. *v.* 13. 26. 27. 28. collatis. 3. Est essentia Dei expers omnis principii. 4. De Deo absolutè negatur omne tempus, quia æternus ubique vocatur. S. V.

XII. Affirmativæ *sunt, quæ affirmant de Deo summam perfectionem; ut vita Dei, sapientia, voluntas, hujúsque attributa, bonitas, justitia, & libertas; denique etiam potentia & beatitudo.*

Ier. 32. *v.* 18. 19. Deus fortis, maximus, potentissimus, cujus nomen est Iehova exercituum, magnus consilio & amplus actione; cujus oculi aperti spectant in omnes vias homi-

D num,

num. 1. *Tim.* 6. *v.* 15. Ille beatus & solus Princeps, Rex ille Regum, & Dominus Dominorum, qui lucem habitat inaccessam.

XIII. Vita *Dei est, quâ & [a] ipse vivit, naturâ perpetuò actuosus in seipso, & aliis est fons [b] vitæ, extra se variè eam communicans.*

a. *Ier.* 10. *v.* 10. Jehova Deus Verus est, & Deus vivens.

b. *Psal.* 36. *v.* 10. Penes te est fons vitæ, in luce tua fruemur luce. *Ioh.* 1. *v.* 4. In ipso erat vita, & vita erat lux illa hominum.

XIV. Sapientia *Dei est, qua Deus [a] & seipsum, & omnia [b] extra se perfectissimè novit, ac [c] disponit.*

a. *Rom.* 16. 27. Soli sapienti Deo gloria. Matth. 11. v. 27. Nemo novit filium nisi Pater, nec Patrem quisquam novit, nisi Filius, & cuicunque voluerit filius revelare.

b. *Hebr.* 4. *v.* 13. Non est ulla res creata, quæ non manifesta sit in conspectu ejus: Imò omnia sunt nuda & intimè patientia oculis ejus.

c. *Psalm.* 104. *v.* 24. Quàm ampla sunt opera tua, ô Iehova! quàm ea omnia sapienter fecisti.

XV. Voluntas *Dei est, qua Deus [a] omnia à se ipso, uno constantique actu vult. Estque [b]* Bona *voluntas, quâ ea quæ bona sunt, vult, facit, & approbat.* [c] Iusta *item, quâ justitiam dictis & factis*

factis constanter exercet. d Libera *quoque*, *imo liberrima*, *pro beneplacito suo omnia agens.*

a. *Psalm.* 115. *v.* 3. Deus noster in cœlis est, quicquid voluit, fecit. Eph. 1. 11. Agit omnia ex consilio voluntatis suæ.

b. *Matth.* 19. 17. Nullus est bonus, nisi unus Deus. *Gen.* 1. *v.* 31. Inspexit Deus quicquid fecerat: Ecce autem bonum erat valde.

c. *Psalm.* 11. *v.* 7. Justus Iehova, quæ justa sunt, diligit; rectum adspicit vultus ipsius. *Psal.* 145. *v.* 17. Iustus est Iehova in omnibus viis suis.

d. *Dan.* 4. *v.* 35. Pro voluntate sua facit in exercitu cœli & habitatoribus terræ: neque est qui prohibeat manum ejus, aut dicat ei, quid facis? *Matth.* 20. *v.* 15. Annon licet mihi quod volo facere de rebus meis.

Canones.

A. *Voluntas Dei una eademque est, volendi tamen modus varius.* Ratio 1. Alia enim Deus vult *necessariò*, necessitate naturæ, sed absque coactione, alia *liberè*, ut ea possit nolle, vel velle opposita. 2. *Bona* vult *per se*, eaque curat, probat & perficit, *mala per accidens*; & *pœna* quidem mala, non quatenus creaturam destruunt, sed quatenus justitiam declarant: *culpa* autem, quatenus volens ea permittit, permissaque ad finem dirigit. 3. Alia vult *absolutè*, alia *conditionaliter*. *Illius* exemplum, *Rom.* 9. 18. 19. hujus, *Ioh.* 6. 39. 40. 4. Ex duo-

bus aliud magis aliud minùs vult, *Hos. 6. 6.* misericordiam volo, & non sacrificium.

B. *Voluntas Dei est causa omnium eorum quæ fiunt; sed diverso respectu.* Voluntas enim Dei alia est *effectiva*, alia *permissiva*. *Illa* propriè est bonorum, quæ Deus approbat & efficit; tum *physicè*, ut sunt motus, actiones & opera, quâ talia; tum etiam *ethicè*, sive moraliter, in quantum sunt occulta Dei judicia, quibus vel alia peccata justè punit; vel suos explorat & exercet; vel iisdem certa beneficia præparat. *Ista* propriè est malorum sive peccatorum, quæ aliis, Diabolis & Hominibus, permittit; non impediens ea, sed sinens evenire, atque cum judiciis suis concurrere. *Prior* est causa *efficiens* eorum, quæ sic fiunt, *Psal.* 115. 3. *Eph.* 1. 11. *Posterior* non est causa *efficiens*, ut dicitur *Psalm.* 5. 5. *Iac.* 1. 13. 14. sed *antecedens*, sive *causa sine qua non*: sano sensu: ut alibi explicavimus.

C. *Voluntati tributa bonitas alio atque alio modo considerata, varia sortitur nomina.* Si enim referatur ad *creaturas*, *benignitas* dicitur, *Psal.* 103. 11. 17. quâ succurritur miseris, *misericordia*, *Rom.* 9. 18. quatenus verò ex gratuito Dei amore, citra ullum earum meritum, proficiscitur, *gratia*, Rom. 11. 6. appellatur, eaque ut arbitraria, ita etiam inæqualis est. Unde distinguitur in *generalem*, quam omnibus præstat, *Psalm.*

Psalm. 145. 9. *Matth.* 5. 45. & *specialem*, quæ solis electis & credentibus contingit.

D. Justitia, *voluntatis divinæ attributum, vel universaliter consideratur vel particulariter. Universalis* justitia non ex legibus humanis aut exemplis, imò nec ex Dei actionibus simpliciter, sed ex natura ejus & voluntate æstimatur. *Particularis* verò dicitur, quâ non modò pœnas impiis, *Rom.* 1. 32. sed præmia quoque piis decernit, 2. *Tim.* 4. 8. Vulgò *justitiam distributivam* vocant, commutativæ contradistinctam, quam, quia imperfectionem habet, non minùs quàm alias justitiæ humanæ species à Deo removemus.

E. *Iustitia eique opposita misericordia non effecta tantùm Dei libera sunt, sive contingentia, sed proprietates Deo naturales.* Ratio 1. Iustitia & misericordia sunt ipsa justitia Dei universalis. 2. Recensentur in Scriptura inter proprietates Dei essentiales, *Exod.* 34. 6. 7. 8. 1. *Reg.* 8. 23. 3. Deus etiam ab iis denominatur ad intra justus, *Psalm.* 11. 7. misericors, *Exod.* 34. 6. 7. 4. Secundum easdem proprietates ad extra operatur. 5. Ad naturam Dei per se pertinent: unde & ita describitur in S. Scriptura Deus, *Psalm.* 103. *Ier.* 32. *Dan.* 9. & à lege naturæ immutabilitas & constantia utriusque adhuc dum percipitur. 6. Aliâs præternaturaliter & contingenter Deo tribuerentur, quod in Deum non cadit. 7. Iustitia & misericordia sunt æternæ. 8. Aliâs

obligatio peccantium ad pœnam arbitraria, peccatum contrà ejus naturæ non contrarium erit, contra S. Scripturam, *Psalm.* 5. 5. 6. 7. *Ps.* 45. 8. S. N.

XVI. Potentia *est, quâ Deus omnia naturæ suæ convenientia efficere potest.*

Gen. 17. *v.* 1. Ego sum Deus fortis, omnipotens. *Matth.* 19. *v.* 26. Apud Deum omnia possibilia sunt.

Canones.

A. *Potentia Dei, ex objecto æstimari & distingui debet.* Ut ergo objectum potentiæ duplex est, *Deus* & quod est *extra Deum*, actu vel δυνάμει, ita quoque duplex ea constituitur, *interna* & *externa*. *Interna* est, quâ Deus in se ipso semper agit intellectu & voluntate, ut purus actus. *Externa* autem, quâ alia extra se producit vel saltem producere potest. Plura enim potest Deus quàm vult. Hinc *externa* potentia in *absolutam* & *actualem* subdistinguitur, quarum *illa* est possibilium simpliciter per naturam Dei; *ista* verò futurorum ex decreto.

B. *Objectum Potentiæ sive omnipotentiæ Dei est, quicquid ejus naturæ non repugnat, contradictionem non implicat, adeoq; non ἀδυναμίας potiùs quàm δυνάμεως* est. Mentiri itaque, factum infectum reddere, corpus humanum facere infinitum, & similia, Deo tribui non possunt. Hæc enim impotentiæ potiùs, quàm potentiæ forent.

:int. Non ergo quisquis negat Deum aliquid non posse, omnipotentiæ ejus derogat, *Hebr.* 6. 8. 2.*Tim.*2.13. Sed qui negat aliquid non posse, quod est potentiæ *Matth.* 19. 26. aut quod vult *Psal.* 115. 3. ita ut corpus Christi sit pluribus simul locis; sit ubique, Deus non vult, nec velle potest. *Non vult*, quia nuspiam verbo suo promisit, aut testatum fecit. *Nec velle potest*, tum quia sunt contradictoria esse corpus circumscriptum & non circumscriptum, finitum & infinitum sive ubique 2.*Cor.* 1. 19. 20. tum quia ubiquitatis sive omnipræsentiæ gloria, soli Deo propria est. *Ier.* 23. *v.* 23. 24. *Ies.* 42 *v.*8.

XVII. *Beatitudo est, quâ ipse tanquam perfectissimus sibi ad omnem felicitatem in se ipso sufficit.*

1.*Tim.* 6. *v.* 15. Ille beatus & solus Princeps. *Col.* 2. *v.* 9. In eo (nempe Christo) habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.

XVIII. *Ita habet essentia divina: Personæ sunt, quæ in* [a] *una Deitate subsistentes,* [b] *incommunicabili proprietate à se invicem distinguuntur.*

a. *Ioh.* 1. *v.* 1. In principio erat sermo ille, & sermo ille erat apud Deum, eratque ille sermo Deus. *Phil.* 2. *v.* 6. Cùm esset in forma Dei, non duxit rapinam æqualem esse Deo.

b. *Ioh.* 5. *v.* 32. Alius est, qui testatur de me. *Cap.*14. *v.* 16. Ego rogabo Patrem, & dabit vobis alium advocatum.

CANONES.

A. *Quemadmodum essentia divina est communicabilis, ita personæ sunt incommunicabiles.* Essentia *communicabilis* dicitur 1. ob *communitatem* ejus, a. quia personæ illæ sunt unum essentiâ numerica & individuali, *Ioh.* 10. 30. b. quia nomina Essentiæ & omnium attributorum essentialium singulis personis tribuuntur ex æquo. 2. ob *communicationem*, quâ essentia uni personæ ab altera communicata intelligitur. Pater est fons & principium totius Deitatis & in ipso Deitas est ἀγέννητως. Is communicavit essentiam filio *generatione*, Pater & Filius Spiritui S. *spiratione*. *Incommunicabilitas* verò *personæ* asseritur 1. quia in Deo sunt nomina propria & incommunicabilia, Pater, Filius & Spiritus S. 2. quia sunt actus personales & incommunicabiles, gignere, gigni, procedere. 3. quia secundum nomina & actus illos alius Pater, alius Filius, alius Spiritus S. appellatur. 4. omnis res necessariò habet ultimum existentiæ suæ terminum & modum.

B. *Incommunicabilitas Personæ non tollit communicabilitatem Naturæ, sed tantùm alterius Personæ.* Aliâs sequeretur Personam τοῦ λόγου se non potuisse communicare naturæ humanæ, quæ unio ut admittitur à fide Christiana; ita nec cum persona & formalitate ejus pugnat. Neque tamen communicatio illa *propriè* dicitur (quomodo intelligitur in generatione Filii)

sed

ſed *impropriè*, ut ſit aſſumptio in perſonam, & unio cum humana Natura.

C. *Phraſis Veterum*: Eſſentia communicat Eſſentiam: *aut emollienda aut planè rejicienda eſt.* Emollitur *reſtrictione*, ut vox eſſentiæ relativè accipiatur de Perſona quæ habet Eſſentiam. Aliàs de eſſentia *abſolutè* ſumta *rejicienda*, 1. quia Scriptura actus notionales Perſonis tribuit, non eſſentiæ, *Ioh.* 5 26. 2. Actiones ſunt ſuppoſitorum. 3. quia ſic plures eſſentiæ fingerentur, communicans & communicata.

D. *Perſonæ vocabulum, quod Veteres Hæretici rejecêrunt, rectè ab Orthodoxis retinetur.* Ratio 1. Scriptura docet tria in Deo eſſe ὑφιστάμενα. 2. Tribuitur Deo vocabulum ὑποστάσεως, *Hebr.* 1. v. 3. 3. Homines in S. Scriptura dicuntur πρόσωπα, 2. *Cor.* 1. 11. Iam autem Deus humano more nobiſcum loquitur.

E. *Nomen Perſonæ de ſubſtantiis divinis & humanis uſurpatur non univocè, ſed analogicè.* Non *univocè*, quia non eodem modo utrique convenit. In humanis quot ſunt Perſonæ tot ſunt Eſſentiæ humanæ ſeparatæ: In divinis Eſſentia Divina non multiplicatur. *Analogicè* verò, quia in utriſque eſt incommunicabilis ſubſiſtentia.

F. *Prout Perſona in Divinis conſideratur: ita etiam diverſimodè definitur.* Perſona duobus modis conſideratur in Divinis: Aut enim contradiſtinguitur Eſſentiæ, ut *modus rei*: aut *Eſſen-*

ſentia cum modo, ſive modificata concipitur. Illud *abſtractivè*, hoc *concretivè* fit. *Hoc* Filius dicitur ὑπάρχειν ἐν μορφῇ θεοῦ: *Illo* Imago, character, effulgentia gloriæ. *Hoc* in Scholis definitur: *Subſtantia individua, intelligens, incommunicabilis.* Illo, eſt *modus ſubſiſtendi, ſive ſubſiſtentia in Eſſentia Dei*, quâ, ad alios relata, proprietate incommunicabili diſtinguitur. *Hôc* Perſonam definiêrunt Melanchthon & Urſinus: *Illo*, ex Veteribus, Juſtinus & Damaſcenus; ex noſtris Calvinus. *Hic* concretivus dicitur, quia definit Eſſentiam tanquam commune ſubjectum, prout modo ſubſiſtendi diſtinguitur. *Iſte* abſtractivus, quia ſubſiſtentiam definit in Eſſentia tanquam in ſubjecto, pluribus ſubſiſtentiis communi.

G. *Perſonæ ab Eſſentia non differunt re, ſed ratione.* Differentia *Perſonarum* ab *Eſſentia* non eſt obſcura aut dubia. *Eſſentia* una eſt, *Perſonæ* tres. *Illa* communicabilis, *hæ* incommunicabiles; *Illa* abſoluta; *hæ* relativæ. *Non* differunt autem realiter, quia non ſunt aliud & aliud, & una quæque Perſona eſt Eſſentia. Differunt tamen *ratione*, ut Homo & Petrus; neq; verò hæc differentia rationis *pura* eſt, quæ nullum in re fundamentum habeat, ſed *eminens* quæ etiam citra illam eſt in Deo, & fuit ab æterno in Deo. Alii *modalem* vocant, quia perſonalis proprietas eſt modus quidam Eſſentiæ.

H. *Di-*

H. *Distinctio Personarum inter se realis est.* Ratio 1. Alius est Pater, alius Filius, alius Spiritus S. *Ioh.* 5.32. & *c.* 14.16. 2. Filius incarnatus, Pater non. 3. Est inter Personas oppositio realis (in qua distinctio hæc fundatur,) Paternitatis, Filiationis, Spirationis & Processionis. Hæc tamen *realitas* ita intelligi debet, ut excludenda sit tum *separabilitas*, quam περιχώρησις non admittit, tum *Essentialis Differentia*, quia tres Personæ in una sunt Essentia.

I. *Æqualitati Filii nihil decedit per ὑπεροχὴν Patris, nec per subjectionem Filii.* Non *per illam*, quia non consistit in disparitate essentiæ, sed partim in *ordinis* & *originis* Principatu, quâ Pater à nullo, Filius à Patre esse dicitur: partim in *eminentia* gloriæ, quâ Pater antecellit Mediatorem θεάνθρωπον, primùm exinanitum, post exaltatum. Nec per *istam*, quia est naturæ humanæ absolutè, tanquam creaturæ: personæ autem relatè quoad officium Mediatorium, quod susceptum à Patre Filius tandem deponet; & ipse subjiciendus Patri, ut Deus sit omnia in omnibus, 1.*Cor.* 15.28.

XIX. *Personæ Divinæ sunt tres; Pater, Filius & Spiritus Sanctus.*

Gen. 1. *v.* 1. In principio creavit Deus cœlum & terram. v. 2. Spiritus Dei incubabat superficiei aquarum. v. 26.27. Deus dixit, faciamus hominem ad imaginem nostram, secundum simi-

similitudinem nostram: Et creavit Deus hominem ad imaginem suam. *Psal.* 33. *v.* 6. Verbo Jehovæ cœli facti sunt, & Spiritu oris ejus omnis exercitus eorum. *Es.* 63. *v.* 9. 10. Jehova (ex v. 7.) in omni angustia ipsorum non adfecit eos angustia; sed Angelus faciei ejus servavit illos. Ipsi verò dolore affecerunt Spiritum Sanctum ejus. *Matth.* 3. *v.* 16. 19. Baptizatus Iesus ascendit statim ex aqua, & ecce aperti sunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei descendentem quasi columbam, & venientem super ipsum. Et ecce, vox adfuit è cœlis, dicens; Hic est Filius ille meus, dilectus ille, in quo acquiesco. *Cap.* 28. *v.* 19. Baptizate eos in nomen Patris, & Filii & Spiritus Sancti. 1. *Ioh,* 5. *v.* 7. Tres sunt qui testificantur in cœlo: Pater, Sermo, & Spiritus S. & hi tres unum sunt.

CANONES.

A. *In una Essentia divina tres distinctas esse Personas, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum S. Scriptura clarè docet.* Docet enim I. unum esse Deum, *Deut.* 6. 4. *Es.* 44. 1. 1. *Cor.* 8. 6. *Eph.* 4. 6. quem testatur esse *Patrem* gignentem, *Psalm.* 2. 7. *Hebr.* 1. 5. 2. *Sam.* 7. 14. *Matth.* 3. 17. *Cap.* 17. 5. *Filium* genitum, *Ioh.* 1. 14. 18. *Rom.* 8. 32. *Hebr.* 1. 3. *Col.* 1. 15. *Spiritum Sanctum*, à Patre & Filio procedentem, *Ioh.* 15. 26. *Matth.* 10. 20. *Rom.* 8. 9. *Gal.* 4. 6. II. *Tres esse Personas* re numerata, & numero numerante. *Numero nume-*

numerante 1. *Ioh.* 5. *v.* 7. *Re verò numerata*, etiam in V. T. ut cùm א Deus de se loquitur in plurali numero, *Genes.* 1. 26. *Cap.* 3. 22. *Cap.* 11. 7. ב Cùm Deus de Deo, tanquam alio, loquitur, *Esa.* 48. 16. *Hagg.* 2. 5. 2. *Sam.* 23. 2. ג Cùm de Deo loquentes Scriptores sacri ternario utuntur numero, *Es.* 6. 3. & 9. quod de Filio interpretatur Iohannes, *Cap.* 12. 41. de Spiritu S. Paulus, *Act.* 28. 25. S. P.

B. *Manifestatio hujus Mysterii major fuit & plenior in N. quam in V.* T. Ratio 1. Propter infantilem Iudaicæ Ecclesiæ ætatem, *Galat.* 4. 1. 2. quia plenior revelatio reservanda fuit illi temporum plenitudini, in qua Deus emisit Filium suum, quo locutus est nobiscum, *Hebr.* 1. *v.* 1. 3. Filius, Deum nunquam visum optimè nobis revelare poterat, *Ioh.* 1. 18. *Matth.* 11. 27. Unde tam clara de Trinitate in N. T. testimonia. *Matth.* 3. 16. 17. *Cap.* 28. 19. *Ioh.* 14. 16. *Ioh.* 15. 26. 1. *Cor.* 12. 3. 2. *Cor.* 13. 13. *Gal.* 4. 6. *Eph.* 4. *v.* 15. S.

C. *Illustratio Trinitatis ex lumine Naturæ parcè instituenda.* Quemadmodum de hoc mysterio ex solo Dei verbo tum sapiendum tum loquendum est; ita Illustrationis causâ ex natura nihil nisi parcè & cautè adhiberi debet.

XX. *Pater est* [a] *prima Persona Deitatis*, [b] *à nullo existens; quæ* [c] *Filium, essentialem sui imaginem*, [d] *genuit ab æterno.*

a. *Matth.*

a. *Matth.* 28. *v.* 19. Baptizate in nomen Patris.

b. 1. *Cor.* 8. *v.* 6. Nobis unus est Deus, Pater ille, à quo omnia, & nos in ipso.

c. *Col.* 1. *v.* 15. Est imago Dei invisibilis. *Ioh.* 14. *v.* 9. 10. Qui vidit me, vidit Patrem. Non credis me in Patre, & Patrem in me esse?

d. *Psalm.* 2. *v.* 7. & *Hebr.* 1. *v.* 5. Filius meus tu es, ego hodie genui te. *Prov.* 8. *v.* 24. Cùm nullæ essent abyssi, genita eram.

CANONES.

A. *Ordo Personarum vel Naturalis est vel arbitrarius.* *Ille* est à modo subsistendi, *Matth.* 28. 19. 1. *Ioh.* 5. 7. expressus: *Hic* verò, quo Scriptores Θεόπνευστοι Personas, pro instituto suo numerant. Sic Patri jam Filius præponitur 2. *Cor.* 13. 13. *Gal.* 1. 1. Iam Spiritus Sanctus *Apoc.* 1. 4. 5.

B. *In naturali Pater est Persona prima, quæ* ἄναρχος & ἀγέννητος, *à nullo subsistentiæ suæ principium habet, sed à se subsistit.* Ratio 1. quia in subsistendi ordine primus & à nullo est, *Matth.* 28. 19. *Ioh.* 5. 26. 2. Quia omnia ab ipso tanquam primo principio personali esse dicuntur per filium, 1. *Cor.* 8. 6. 3. Omnia ad ipsum tanquam principium personale referuntur, etiam à Filio *Ioh.* 5. 19. 4. Nomen Deitatis tribuitur ipsi κατ' ἐξοχὴν, *Ioh.* 1. 1. 2. 5. Patres Orthodoxi ipsum vocant Originem ac fon-

tem

m totius Deitatis, principiúmque Filii & ſpiritus Sancti.

C. *Atque ſic Pater eſt abſolutè αὐτόθεος, Filius & Spiritus S. ſecundùm quid.* Pontificii aliique cum illis in Calvino notant, quod nomen αὐτόθεε tribuat cuivis Trinitatis perſonæ, cùm ſolius ſit Patris axioma. Sed tollitur ambiguitas diſtinctione. *Abſolutè* ſolus Pater eſt αὐτόθεος, quia nec eſſentiæ nec perſonæ reſpectu eſt ab alio, tanquam ſimpliciter ἄναρχος. *Secundùm quid* quoque αὐτόθεος eſt Filius & Spiritus S. non ratione *perſonæ*; ſed quoad *eſſentiam*, quæ à ſe & per ſe extitit ab æterno.

D. *Singulæ perſonæ Deitatis certo reſpectu dici poſſunt principia ſive cauſæ.* Principium enim bifariam conſideratur, *Eſſentialiter* & *Perſonaliter*. *Eſſentialiter* eſt unum numero, quia Deus unus. *Perſonaliter* ſunt tria in Deo principia, quia tres hypoſtaſes, Pater, Filius & Spiritus Sanctus non ἄεργοι ſed σύνεργοι, & liberè ad extra operantes. Ut autem perſonæ in *ſubſiſtendo* diſtinguuntur ordine, ſic in *operando* quoque. Ut una perſona non operatur abſque altera: ſic omnes in operatione ſociæ ſunt, ſingulæ autem pro ſubſiſtentiæ ſuæ modo. Denique ut Scriptura unum idemque opus nunc Deo *abſolutè*, jam *relatè*, Patri, Filio, & Spiritui S. adſcribit: ſic & Theologi noſtri variant: prout de Deo *communiter* aut *ſingulariter* loqui ſolent. Ordo *operationis*

rationis non magis tollit æqualitatem personarum, quam ordo *subsistentiæ*. Nec Trinitas *Principiorum personalium* magis abolet unitatem principii essentialis, quàm Trinitas Personarum ipsius essentiæ unitatem.

XXI. *Filius est* [a] *secunda Persona Deitatis*; [b] *ex essentia Patris ab æterno genita.*

a. *Matth.* 28. *v.* 19. Baptizate in nomen Patris & Filii.

b. *Ioh.* 1. *v.* 14. Spectavimus gloriam ejus, gloriam ut unigeniti à Patre. *Cap.* 5. *v.* 26. Sicut Pater habet vitam in seipso, sic dedit & Filio habere vitam in se ipso. *Hebr.* 1. *v.* 3. Est effulgengentia gloriæ, & character personæ illius (sc. Patris.)

CANONES.

A. *Generatio activa & passiva de Deo non realiter & propriè sumuntur, sed secundùm intellectus nostri modum, neque verbo illo activo & passivo duæ generationes, sed duo generationis modi denotantur.* Ratio 1. Genitum heic non est in potentia Gignentis. 2. Generatio non est materialis. 3. Generatio non est medium reale inter gignens & genitum. Nam generatio *respectu generati* filii considerata, re ipsa nihil aliud est, quàm *filiatio*; respectu Patris, *Paternitas.*

B. *Generatio Filii à Patre propria est, non Metaphorica.* Ratio 1. Proprius filius est, *Rom.* 8. 32. 2. Generatio ejus est communicatio

vitæ

vitæ ſubſiſtentis, per quam Filius unum eſt cum Patre & ei æquatur.

C. *Eadem tamen nec Phyſica eſt, nec Metaphyſica, ſed Hyperphyſica. Illa* eſt ſubſtantiæ corporeæ & materialis: *iſta* mentalis & tranſcendens: *Hæc* Entis Infiniti. Ratio 1. Deus eſt Pater ſuper omnes; *Eph.* 4. *v.* 6. & Deus Filius, *Rom.* 9. 5. E. etiam generatio 2. Eſt ſummum Myſterium. E. hyperphyſica. 3. Quæ analoga ſunt creaturis, Deo cum ὑπεροχῇ tribuuntur. 4. Differt ab utraque; tum *conjunctim*, quia illæ finitæ, temporariæ: hæc infinita, æterna; tum *ſeorſim*, quia *Phyſica* a. gignens gignit ex ſe per ſeminalem rationem. b. gignit extra ſe. *Metaphyſica* verò eſt a. generatio impropriè dicta & accidentis. b. Genitum ineſt gignenti, tanquam accidens ſubjecto.

D. *Pater Filium potius in Eſſentia genuit, ſive unitate Eſſentiæ, quàm ex Eſſentia.* Ratio 1. Filius ſubſiſtit in forma ſive Eſſentia Dei, *Phil.* 2. 6. 2. Filius non eſt genitus ex Eſſentia Dei, tanquam materia, neque generatio extra Deum facta.

E. *Pater genuit Filium tam neceſſitate quàm voluntate. Illâ*, quia naturâ genuit, ſicut naturâ Deus eſt *Gal.* 4. 8. Et omnia quæ in Deo ſunt, ſunt actus & neceſſitas. *Hac*, quia non coactione, non vi, non denique cogente neceſſitate genuit, id eſt, cùm nollet Pater gignere.

F. *Pater gignendo Filium totam Essentiam Filio dedit.* Non *alienatione*, sed *communicatione*, & quidem tali, quâ & dedit & retinuit, *Ioh.*5.26.

G. *Generatio dici potest & fieri & facta esse. Fit*, si generationem spectes in se, quia opera Deitatis ad intra sunt æterna, perpetua, semper manentia. *Facta* est, si nostrum intelligendi modum consideres, quibus imperfectum est, quod est in fieri.

H. *Est ergò Christus verus & æternus Deus Patri coessentialis & coæqualis.* Ratio I. Pater ei generando communicavit Essentiam Divinam. *Psalm.* 2.*v.*7. *Ioh.* 5.18. II. Est propriè ac univocè Dei Filius, quia est a. *Verus* Dei Filius, 1.*Ioh.*5.20. b. *Proprius Rom.*8.32. c. *unigenitus*, *Ioh.*3.16. III. Idem, quatenus Dei Filius est, habet Spiritum sanctificationis, *Rom.*1.4. Spiritum æternum, *Hebr.* 9.14. formam Deo æqualem, *Phil.* 2.6. gloriam æternam. IV. Aut est Filius per *naturam*, aut per *gratiam*. Si per *hanc*, aut erit gratia creationis, aut providentiæ, aut redemptionis, aut regenerationis, aut miraculosæ conceptionis. At nulla harum specierum, ne ultima quidem, quia ante miraculosam conceptionem erat Dei Filius, *Ioh.*1.1.14. *Gal.*4.4. Nec Filius Spiritus Sancti Filius, sed contra Spiritus Sanctus Filii Spiritus appellatur. E. est Filius per naturam. V. Tribuuntur ei *Nomina* Dei. a. יהוה, *Ierem.* 23.5.6. *Hos.*1.7.

Hos. 1. 7. b. אהיה *Apoc.* 4. 8. c. Deus tum attributivè, *Ioh.* 1. 1. 1. *Ioh.* 5. 20. tum subjectivè, *Act.* 20. 28. Item cum articulo præpositivo, *Ioh.* 20. 28. *Hebr.* 1. v. 9. cum adjectione, verus Deus, 1. *Ioh.* 5. 20. fortis, *Es.* 9. 6. magnus, *Tit.* 2. 13. VI. Tribuuntur ei *attributa* Dei, ut sunt *simplicitas*, Rom. 1. 4. *immutabilitas*, Hebr. 1. 12. *aeternitas*, Prov. 1. 22. Ioh. 1. 1. Ioh. 8. 58. *immensitas*, Ioh. 3. 33. Matth. 18. 20. *Vita Dei*, Ioh. 5. 26. *omniscientia*, Ioh. 21. 17. Luc. 6. 8. *Veracitas*, Ioh. 8. 14. *bonitas*, Ioh. 10. 10. *justitia*, Act. 3. 14. *omnipotentia*, Apoc. 1. 8. Cap. 11. 17. VII. *Opera Dei*, ut sunt a. *Creatio*, Hebr. 1. 10. Ioh. 1. 3. b. *Conservatio* & gubernatio, Col. 1. 17. Ioh. 5. 17. c. *Servatio*, Matth. 1. 21. Act. 20. v. 28. d. *Remissio peccatorum*, Matth. 9. 2. e. *Donatio Spiritus S.* Ioh. 15. v. 26. Ioh. 20. 22. f. *Patratio miraculorum*, Ioh. 5. v. 36. Matth. 11. 5. VIII. *Cultus Dei*, ut a. *fides* Ioh. 14. 1. Rom. 15. 12. b. *Charitas* supra omnia Matth. 10. 37. c. *adoratio*, Hebr. 1. 6. Act. 7. 52. d. *Gratiarum actio*, 1. Tim. 1. 12. e. *Baptismus*, Matth. 28. 19. S.

I. *Proinde Christus Dei Filius dici non debet, nec propter gratiosam communicationem existentiæ, potestatis & gloriæ Divinæ; sive propter conceptionem ex Spiritu S. & gratiosam communicationem similitudinis cum Deo per sanctificationem ipsius; suscitationem ex mortuis & exaltationem ad dextram Dei Patris; seorsim; neque conjunctim, tum propter*

æternam generationem ex Patris Essentia, *tum propter gratiosam existentiæ*, *potestatis & gloriæ divinæ in tempore factam communicationem.* Non illo *modo.* Ratio 1. Quia fuit actu Dei Filius ante incarnationem sive conceptionem. 2. Neque Filius Dei est secundum Humanam Naturam. Nam a. dicitur Dei Filius, secundum Naturam Divinam humanæ oppositam *Rom.* 1. 2.3. *cap.* 9.5. 1.*Pet.*3.18. b. Christus, Dei & Hominis Filius dicitur, & hoc demum modo, quia ex homine genitus est. E. & illo; quia Dei Filius. 3. Conceptio, Sanctificatio, &c. fuêre tantùm manifestationes filiationis divinæ, à posteriori, 1.*Tim.*3.16.*Luc.*1.35. 4. Modi illi nec *totales*, nec *partiales* causæ sunt filiationis divinæ. Non *totales*, aliâs quadruplex vel quintuplex esset totalis & completa Filiatio. Non *partiales*, quia sic ante exaltationem inchoativè tantùm fuisset Filius, post eam demum completivè. 5. Sic Filiatio ipsius eadem genere vel specie erit cum communi aliorum Filiatione. Non *hoc* modo, Ratio 1. quia duos hos Filiationis modos Scriptura disjungit. 2. Christus non est homonymôs seu æquivocè Dei Filius. 3. Sic simul esset Filius Dei naturalis, & adoptivus. 4. Habebit sic Patrem secundum utramque naturam. 5. Filius hominis est secundum solam naturam humanam, & generationem ex Maria Virgine. N.

K. *Filius*

K. *Filius Dei λόγος dicitur non solùm ratione officii temporarii, sed præcipuè ratione quoque æternæ Deitatis.* Ratio 1. Est Essentialis Dei sapientia, & imago, *Ioh.* 1. 1. *Col.* 1. 14. 15. Nam sapientia Essentialis est λόγος, & λόγος est sapientia. *Luc.* 7. 35. 1. *Cor.* 1. 24. 2. λόγος, quâ talis, erat in principio, apud Deum, Deus. 3. Erat jam λόγος, cùm fieret caro. 4. Nomen λόγου formaliter refertur ad intrinsecam relationem personarum inter se. 5. Nulli creaturæ, ne quidem Spiritui S. commune est. E. non est per ullam analogiam nomen officii. 6. Christus semper fuit λόγος, etiam in V. T. 1. *Pet.* 1. 11. 2. *Sam.* 23. 50.

XXII. *Spiritus Sanctus est* [a] *tertia Persona Deitatis,* [b] *à Patre & Filio per* [c] *æternam & æqualem spirationem procedens.*

a. *Matth.* 28. 19. Baptizate in nomen Patris, Filii & Spiritus S.

b. 1. *Cor.* 2. *v.* 12. Non Spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui est ex Deo, (sc. Patre & Filio) *Ioh.* 15. *v.* 26. Quum autem venerit advocatus ille, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritus ille veritatis, qui à Patre procedit, ille testabitur de me.

c. *Ioh.* 16. *v.* 13. 14. 15. Quum autem venerit Spiritus ille veritatis, deducet vos in omnem veritatem. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audierit, loquetur; & quæ fu-

tura sunt, renunciabit vobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & renunciabit vobis. Omnia quæ habet Pater mea sunt: propterea dixi, illum de meo accepturum & renunciaturum vobis.

CANONES.

A. *Spiritus S. est Verus ac Æternus Deus, Patri & Filio coëssentialis & coæqualis.* Rato I. Est *persona*, ὑφιστάμενον νοερὸν Deitatis, à Patre & Filio procedens. a. *Persona*: Nam *assumit* corporum speciem, Luc. 3. 22. Act. 2. *mittitur* Ioh. 15. 26. *ducit* ac docet Ioh. 14. 26. Ioh. 16. 13. *confert omnia dona*, 1. Cor. 12. 4. 11. b. *Deitatis*: Est Spiritus *Dei*, Gen. 1. 2. Ies. 11. 2. 1. Cor. 2. 11. *ex Deo*, 1. Cor. 2. 12. *Deus*, Act. 5. 4. c. *Procedens à Patre*, 1. Cor. 2. 12. Matth. 10. 20. *Filio*, Rom. 8. 9. Gal. 4. 6. II. Conveniunt ei *Nomina Dei*, Iehova Act. 28. 25. 26. coll. cum Ies. 6. 3. 9. Deus Israëlis 2. Sam. 13. 2. 3. Deus 1. Cor. 3. 16. Act. 5. 4. III. *Attributa*. a. *Simplicitas*, Gen. 1. 2. b. *Immutabilitas*, Act. 1. 16. c. *Æternitas*, Gen. 1. 2. d. *Immensitas*, Psalm. 139. 7. e. *Vita*, Rom. 8. 11. f. *Omniscientia* 1. Cor. 2. 10. 11. g. *Veracitas*, 1. Ioh. 5. 6. Ioh. 16. 13. h. *Bonitas*, Psalm. 143. 10. i. *Omnipotentia*, Luc. 1. 35. IV. *Opera Dei*. a. *Creatio*, Gen 1. 2. Iob. 26. v. 13. b. *Conservatio & Gubernatio*, Psalm. 104. 3. Gen. 1. 2. c. *Miraculorum patratio*, Matth. 12. 28. d. *Remissio peccatorum*, 1. Cor. 6. 11. e. *Gubernatio* Eccle-

Ecclesiæ, absoluta potestate, Act.10.19. Act.13.2. f. *Collatio donorum*, Luc.12.12. g. *Prædictio futurorum*, Ioh.16.13. V. *Cultus Dei*. a. *fides* Ioh.14.v.17. b. *Spes*, Rom.5.5. c. *Charitas*, *Eph*.4.30. d. *Adoratio*, 2.Cor.13. 13. e. *Baptismus*, Matth. 28. 19. f. Quia cum Patre & Filio *unum* est essentiâ, 1.*Ioh*.5.7. S.

B. *Quemadmodum Spiritus S. secundum Scripturam rectè adoratur: ita ex adorationis honore rectè concluditur ejus Deitas.* *Prius* probatur 1. Spiritus S. est unus & verus *Deus*. 2. Ei convenit descriptio adorationis religiosæ, quæ est *confeßio omnipræsentiæ, omniscientiæ & omnipotentiæ divinæ cum imploratione ejus gratiæ secundum Verbi promißionem*. 3. Habemus *mandatum*, tum *generale*, Deut.6.13. Matth.4.10. tum *speciale*, fundatum in baptismo. 4. *Exempla* in *V. T.* Es.6.3. in *N. T.* 2.Cor.13.13. Rom.9.1. ubi jurat per Spiritum S. At juramentum est species invocationis. 5. Consensus Ecclesiæ primitivæ, *Iustini Martyris* in Apologetico, Irenæi Lib. 1. *Tertull.* lib. de Trinit. *Clement. Alex.* Lib.3. παιδαγωγίας N. *Posterioris* rationes sunt 1. Adorabilitas solius Dei est propria. Nam solus est omniscius. 2. Adoratio soli Deo propria est, nulli autem communicabilis creaturæ, *Deut.* 6.13. *Ies*.41.8. 3. Christus hoc argumento Deitatem suam asseruit, *Ioh*. 5. 17. *& seq.* præsertim verò v. 23. *ut omnes honorent filium, sicut*

honorant Patrem, ubi nomine *honoris* cultus religiosus intelligitur. S. N.

XXIII. *Sedes hujus loci propria est in V. T. quoad Essentiam Dei* Exod. 34. v. 6. 7. Psalm. 145. toto. Ier. 32. v. 17. 18. 19. *Quoad Personas Divinas* Gen. 1. v. 1. 2. 26. 27. Cap. 3. v. 22. Psal. 33. v. 6. & 110. vers. 1. 2. 4. 5. Es. 63. v. 7. 8. 9. 10. *In* N. T. *de illa* 1. Tim. 1. v. 17. Cap. 6. v. 15. 16. *De his* Matth. 3. v. 16. 17. & 28. v. 19. 1. Ioh. 5. v. 7. Imprimis autem Ioh. 5. 10. 14. 15. 16. capp.

LOCUS IV.
DE
Decretis Dei in genere.
déque
Prædestinatione in specie.

I. *Altera pars Theologiæ est doctrina de Actionibus & Operibus Dei.*

II. *Actiones Dei sunt, quæ* [a] *à Deo liberè fiunt ad* [b] *gloriam ipsius.*

a. Psalm. 115. v. 3. Deus noster in cœlis est, quicquid voluit, fecit.

b. *Proverb.* 16. 4. Deus omnia fecit propter se ipsum.

Canon.

Operationes ad extra vel communes sunt, vel singulares, diverso respectu. Communes, tum quoad *princi-*

principium commune, quod est ipsa essentia Dei, sive sapientia, voluntas, ac potentia ipsius, tum etiam *termini* respectu, quod est commune ἀποτέλεσμα sive effectum. *Singulares*, quia in opere communi modus operationis est diversus, pro singularum personarum subsistentia. Nam operatio sequitur subsistentiam. Pater est & operatur à nullo: Filius à Patre: Spiritus S. à Patre & Filio. Modi illi sunt divisi & distincti. E & operationes diversæ sunt secundum illos modos.

III. *Et sunt Decretum, vel Exsecutio decreti.* *Es.* 46. *v.* 10. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet, *Eph.* 1. *v.* 11. omnia agit ex consilio voluntatis suæ.

IV. Decretum *est* [a] *actio Dei interna, sive* [b] *æternum ejus consilium de rebus extra ipsum futuris: quas sicut immutabiliter* [c] *apud se præfinivit, ita infallibiliter* [d] *præscit.*

a. *Eph.* 1. *v.* 9. Secundum beneplacitum, quod præstituerat in sese.

b. *Act.* 2, 23. Hunc Iesum, definito consilio & præcognitione Dei deditum, cùm accepissetis; manibus sceleratis cruci affixum interemistis. *Cap.* 4. *v.* 27 28. Congregati sunt ut facerent, quæcunque manus tua, & consilium tuum prius prædestinavit, ut fierent.

c. *Hebr.* 6. *v.* 17. Deus volens ostendere immutabilitatem consilii sui, fidejussit jurejurando

d. *Act.* 15. *v.* 18. Nota sunt Deo ab omni ævo omnia opera sua.

Canones.

A. *Deo rectè tribuuntur Decreta.* Ratio 1. Scriptura expressè docet 1. *Pet.* 1. 20. *Eph.* 1. 4. 2. *Tim.* 1. 19. 2. Idem requirit Natura Dei. Hæc enim ut perfectissima est, ita de ea statuendum, eam non, ut in tempore agit, sic etiam demum in tempore agere decrevisse, sed omnia apud se ab æterno præfinita habuisse.

B. *Neque tamen* propriè *ei tribuuntur.* Sunt enim *propriè* effecta consultationis aut deliberationis antegressæ, quæ in Deum non cadunt. Ratio 1. Deo omnia patent, *Hebr.* 4. 13. 2. Neque ejus discursus ab ignotioribus ad notiora procedit, sed est simplex & infinitus actus intellectus ipsius. *Impropriè* ergo ipsi tribuuntur & ἀνθρωποπαθῶς, quatenus confertur cum homine sapiente, deliberante priùs de re quàm aliquid statuat.

C. *Decreta sunt in Deo non ut accidentia in subjecto, sed ut actus voluntatis, cum schesi ad extra.* *Prioris* ratio, quia *nullum* est *accidens* in Deo. Nam a. est absolutè Deus, *Deut.* 4. 6. b. Nulla dari ratio potest, quæ Deo tribuat accidens, neque *externa* aliqua causa, quia Deus est suprema causa; neque *propria* Dei essentia. Ita enim in Deo esset aliquid prius, aliquid posterius. *Posterioris* ratio 1. quia dicitur volun-

tas

tas Dei, *Ies.* 46. 10. *Rom.* 9. 18. 19. 2. Vocatur beneplacitum voluntatis, consilium voluntatis, *Eph.* 1. 5. 11. Voluntas autem Dei est *ipse Deus volens*, sive, est *essentia Dei concepta per modum actus volendi.*

D. *Neque Decreta Dei, neque reliqui actus divini, compositionem in Deo inferunt.* Non *illa*, quia sunt actus *intrinseci* sive opera Dei *ad extra interna*, & considerantur, vel secundum id quod sunt, & sic ab Essentia Divina nihil differunt, vel κατὰ σχέσιν sive respectum, quem habent *ad extra*, & ita relatio externa nullo modo componit. *Non hi*: Actus enim *cæteri sunt* vel *intrinseci* & *immanentes*, qui nullam habent σχέσιν ad τὰ ἔξω, quales sunt actus *personales, notionales* à Scholasticis appellati: Aliâs Opera Dei ad *intra*. Vel *extrinseci*, qui non sunt in Deo, sed à Deo, proinde *ad extra* dicuntur, ut creare, gubernare. *Neutra* compositionem in Deo evincunt. *Illi* enim actus sunt æterni, nullis obnoxii mutationibus. In *his* est transitus à potentia ad actum, non in *subjecto* Deo; sed *objecto*, creatura, Angelis & Hominibus.

E. *Decretorum certus est ordo.* Non quidem ex *parte voluntatis divinæ*, quasi ea prior esset vel posterior, sed ex parte *objectorum*, sive volitorum. *Antecedit* decretum de homine creando, *sequitur* decretum de eodem redimendo; ita πρόγνωσις præcedit προορισμὸν, Rom. 8. 29.

F. De-

F. *Decretum, respectu objecti, quod non sunt* τὰ δυνατὰ, possibilia *simpliciter*; *sed* τὰ μέλλοντα futura, *habet rationem tum causæ efficientis, tum exemplaris. Illius*, quia quæcunque facta aut futura, ideo facta futuráve sunt, quod Deus decrevit. *Hujus*, quia decretum Dei est omnium extra ipsum operum, quasi idea, ad quam, ceu archetypon, reliqua, ut ectypa, exprimuntur.

G. *Vt autem Decreta Dei sunt immutabilia, ita præscientia est infallibilis.* Atque hinc duplex emergit rerum futurarum necessitas, utraque *hypothetica*, altera *immutabilitatis* quoad decretum, altera *infallibilitatis*, quoad præscientiam, quam quidem etiam tradit Scriptura, *Luc.* 24. 26. 27. 44. 46. 1. *Cor.* 11. 19.

H. *Præscientia Dei alia est* Theoretica, *alia* Practica. *Illa* est nuda notitia rerum futurarum, quæ in sola earundem contemplatione posita est. De hac propriè accipienda dicta, *Heb.* 4. 19. *Act.* 15. 18. *Ista* est notitia rerum futurarum, cum voluntate conjuncta, quâ Deus eos producere statuit; & sic dicitur per metonymiam efficientis. Quo significatu ex idiotismo Hebræorum προέγνωσις *usurpatur*, *Act.* 2. 23. *Rom.* 8. 28. 29. inter se collatis.

I. *Præscientia Dei* Theoretica *vel est* definita, *vel* indefinita. *Illa Decretum ut effectus causam suam sequitur*; *hæc Decretum præcedit. Illa* aliâs dicitur *simplicis intelligentiæ*, & est essentialis

Dei

Dei ſcientia, quæ ad omnia ſcibilia, ſe extendit; hæc etiam *intuitiva* appellari ſolet. *Illa* eſt rerum univerſarum, & ſingularum quæ fieri poſſunt perfectiſſima in Deo ſcientia. Quia cùm Deus ſe ipſum perfectè cognoſcat, etiam perfectè cognoſcit virtutem ſuam, & ad quæ virtus illa ſe extendat, id eſt, cognoſcit, quid poſſit efficere ſuâ potentiâ, quid non. *Iſta* eſt rerum futurarum certa & infallibilis ſcientia, ut eſt *Act.* 15. 18. Et *definita* vocatur, quia res futuræ prædefinitæ ſunt conſilio & decreto Dei. Dicitur etiam *ſcientia viſionis* & *intuitiva Dei notitia*, quia Deus res omnes, tanquam præſentes intuetur, ac cognoſcit penitiſſimè, *Hebr.* 4. 13. Differt *Indefinita* à *Definita* bifariam. Objecto, quòd illic res omnes *poſſibiles*, hîc *futura* tantùm: & ordine, quia *illa* præcedit decretum, *hæc* ſequitur, & ejus quaſi effectum eſt.

K. *A præſcientia ſcibile nullum excipitur; utpote quâ Deus omnia novit antequam fiant, etiam futura contingentia.* Ratio 1. Scriptura hanc ſcientiam Deo tribuit, *Act.* 15. 18. *Nota ſunt Deo ab ævo omnia opera ſua.* Ubi a. *opera* quæ futura etiam. b. *omnia* opera. c. *nota*, eoque definita. d. *ab æterno*, *Eph.* 1. 11. *Proverb.* 16. 3. *Prov.* 19. 21. *Ieſ.* 46. 20. *Ieſ.* 48. 4. *Ier.* 1. 5. 2. Idem requirit Naturæ Divinæ perfectio & majeſtas. Deo enim tribuitur omniſcientia, καρδιογνωσία, omnipræſentia, æternitas, excellen-

tia

tia super omnes creaturas, de quibus Author prolixè in *Elenct. Nov.* pag. 201. & in *Vet.* p. 368. 3. Omnia apud se immutabiliter decrevit, *Eph.* 1. 11. *Rom.* 11. 36. *Psalm.* 115. *v.* 3. 4. A Deo est certa & infallibilis prædictio rerum contingentium futurarum; *Ies.* 41. 23. *Ies.* 46. 10. Exempla sunt obvia, tam in V. quàm in N. T. de quibus *ibid.* 5. Deus speciali providentia singulorum hominum animas & corpora creat, eorundémque singulos motus atque actiones ciet & regit, *Iob.* 10. 8. 9. 10. *Psalm.* 139. *v.* 13. 14. 15. *Act.* 17. 27. 28. S.

L. *Præscientia Dei* theorica definita *est causa rerum consequentiæ*; indefinita *causa sine qua non*; practica *causa essendi sive consequentis.* Theorica *definita*, est causa rerum consequentiæ, quia ex ea rerum consequentia rectè concluditur, nimirum, quia præscientia ipsa est infallibilis: *Indefinita*, causa sine qua non, ut est antecedens, & adjunctum necessarium. Nam præscientia possibilium includit præscientiam futurorum. *Practica* verò est causa essendi & consequentis, quia conjuncta est cum voluntate, quæ est causa rerum.

M. *Præscientia Dei* indefinita *rebus nullam imponit necessitatem* Theorica definita *necessitatem consequentiæ*; definita *practica necessitatem consequentis & consequentiæ.* Illa enim est possibilium, quæ possunt esse & non esse: ista est infallibilis

hæc

hæc immutabilis tum ob conjunctam voluntatem, tum etiam ob præscientiam.

V. *Decretum Dei est vel* generale *vel* speciale.

CANONES.

A. *Decretorum aliæ etiam dari possunt distinctiones.* Quales sunt: in Præfinitionem *finis*, & præordinationem *mediorum*; in Decretum *affirmans* & *negans*; in *commune*, & *proprium*; in *universale*, & *particulare*.

B. *Distinctio Decreti in* absolutum & conditionatum *vel admitti potest, vel debet rejici. Admittitur*, si sumatur conditionatum opposite ad id, quod absolutum est *ab omnibus mediis*, quòd nulla media habeat sibi subordinata. Cùm ergo non minùs ab æterno media sint præordinata, quàm finis divinitus est præfinitus, à *posteriori* propter subordinationem mediorum *conditionatum* dici potest. A *priori* tamen, hoc est, ab æterna Dei præordinatione, unamque in partem determinatione, *absolutum* manet. *Rejicitur* si conditionatum dicatur, quasi *penderet ab aliqua conditione* rerum futurarum extra Deum, eoque in ipso Deo indeterminatum sit. Sic enim Deus non esset suprema causa omnium operum suorum: sic vel nova quotidie decreta conderet, vel conditio temporaria æterni in ipso decreti causa esset.

C. *Decretorum distinctio non multos, sed unum*

tantùm

tantùm voluntatis divinæ actum infert. Etsi enim varia sint & diversa in *mente nostra*, qui uno conceptu omnia comprehendere nequimus, non tamen ita se habet *in Deo*, id est, non sunt multi actus voluntatis divinæ, quorum uno decrevit creare, altero conservare, tertio redimere, sed sunt unus, simplex & indivisus actus, quem pro objectorum multitudine multiplicat intellectus noster finitus & compositus.

D. *Distinctio Voluntatis Dei in eam quæ est* signi & beneplaciti *commoda est.* Confirmatur enim I. *Dictis* Scripturæ illustribus, *Deut.* 29.29. *Iob.*21. *vers.* 24. & 28 *coll.* II. *Rationibus.* a. Ita vocabulum *voluntatis* sumitur in S. Scriptura pro *decreto* ; Ies. 46. 10. pro *mandato*, 1. Thess. 4. 3. b. Iudicia Dei sunt imperscrutabilia, *Psalm.* 36. 7. *Rom.* 11. 33. 34. c. Voluntas Dei de futuris eventibus nobis non est revelata. *Hebr.* 6. 3.

E. *Voluntas* signi *Revelata aliàs dicitur* : Beneplaciti, *Arcana.* *Illa* aliud nihil est quàm Dei præceptum & interdictum, quo tanquam signo declarat, quid facere nos, quid item non facere, sed omittere velit. *Hæc* verò est ipsius ex εὐδοκίας decretum, quo statuit quid ipse aut facere velit, aut permittere, quò ita tandem eveniat, quod ipsi placitum est: Hoc verò consilium suum de rerum eventibus, quia sibi verè

verè ut arcanam retinuit, nobis autem non revelavit: Hinc *Arcana* dicitur.

F. *Etsi verò differant cùm subjectivè tam objectivè, in Deo tamen contrarias voluntates non ponunt. Subjectivè* differunt. Nam voluntas *arcana* sive *beneplaciti* est *in Deo*, ut omne decretum; *signi* seu *revelata* extra Deum in *Scriptis Prophetarum* & Apostolorum. *Objectivè*; *Illa* est de facto Dei, quid Deus *velit* facere de omnibus & singulis suis creaturis: Hæc de *officio* nostro, quid *nos* debeamus Deo & proximo. Nulla autem inter has voluntates realis est oppositio. Ratio 1. quia Scriptura nullam Deo tribuit contrarietatem, 2. *Cor.* 1. 18. *Tit.* 1. 2. 2. quia decretum & mandatum Dei, sunt diversa, quæ differunt absque repugnantia.

G. *Distinctio Voluntatis Dei in* antecedentem *&* consequentem *sensu Semi-Pelagiano rectè rejicitur.* Cùm nempe *voluntas antecedens* est consilium Dei de omnibus in universum hominibus servandis; *consequens* est consilium Dei, de servandis credentibus; damnandis incredulis. *Illa* sic dicitur quia *antecedit* actum humanæ voluntatis, sive actiones humanas bonas vel malas: *Ista* verò *consequens*, quia posterior est humana voluntate & ab actionibus ejus vel bonis vel malis dependet. Inter utramque voluntatem ergò *media* intervenit voluntas humana, quæ ut plurimùm efficit, ut Deus rescindat

 volun-

tura sunt, renunciabit vobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & renunciabit vobis. Omnia quæ habet Pater mea sunt: propterea dixi, illum de meo accepturum & renunciaturum vobis.

CANONES.

A. *Spiritus S. est Verus ac Æternus Deus, Patri & Filio coëssentialis & coæqualis.* Rato I. Est *persona*, ὑφισάμενον νοερὸν Deitatis, à Patre & Filio procedens. a. *Persona*: Nam *assumit* corporum speciem, Luc. 3. 22. Act. 2. *mittitur* Ioh. 15. 26. *ducit* ac docet Ioh. 14. 26. Ioh. 16. 13. *confert omnia dona*, 1. Cor. 12. 4. 11. b. *Deitatis*: Est Spiritus *Dei*, Gen. 1. 2. Ies. 11. 2. 1. Cor. 2. 11. *ex Deo*, 1. Cor. 2. 12. *Deus*, Act. 5. 4. c. *Procedens à Patre*, 1. Cor. 2. 12. Matth. 10. 20. *Filio*, Rom. 8. 9. Gal. 4. 6. II. Conveniunt ei *Nomina Dei*, Iehova Act. 28. 25. 26. coll. cum Ies. 6. 3. 9. Deus Israëlis 2. Sam. 13. 2. 3. Deus 1. Cor. 3. 16. Act. 5. 4. III. *Attributa*. a. *Simplicitas*, Gen. 1. 2. b. *Immutabilitas*, Act. 1. 16. c. *Æternitas*, Gen. 1. 2. d. *Immensitas*, Psalm. 139. 7. e. *Vita*, Rom. 8. 11. f. *Omniscientia* 1. Cor. 2. 10. 11. g. *Veracitas*, 1. Ioh. 5. 6. Ioh. 16. 13. h. *Bonitas*, Psalm. 143. 10. i. *Omnipotentia*, Luc. 1. 35. IV. *Opera Dei*. a. *Creatio*, Gen 1. 2. Iob. 26. v. 13. b. *Conservatio & Gubernatio*, Psalm. 104. 3. Gen. 1. 2. c. *Miraculorum patratio*, Matth. 12. 28. d. *Remissio peccatorum*, 1. Cor. 6. 11. e. *Gubernatio*

Ecclesiæ, absoluta potestate, Act. 10. 19. Act. 13. 2. f. *Collatio donorum*, Luc. 12. 12. g. *Prædictio futurorum*, Ioh. 16. 13. V. *Cultus Dei*. a. *fides* Ioh. 14. v. 17. b. *Spes*, Rom. 5. 5. c. *Charitas*, *Eph*. 4. 30. d. *Adoratio*, 2. Cor. 13. 13. e. *Baptismus*, Matth. 28. 19. f. Quia cum Patre & Filio *unum* est essentiâ, 1. *Ioh*. 5. 7. S.

B. *Quemadmodum Spiritus S. secundum Scripturam rectè adoratur: ita ex adorationis honore rectè concluditur ejus Deitas*. *Prius* probatur 1. Spiritus S. est unus & verus *Deus*. 2. Ei convenit descriptio adorationis religiosæ, quæ est *confessio omnipræsentiæ, omniscientiæ & omnipotentiæ divinæ cum imploratione ejus gratiæ secundum Verbi promissionem*. 3. Habemus *mandatum*, tum *generale*, Deut. 6. 13. Matth. 4. 10. tum *speciale*, fundatum in baptismo. 4. *Exempla* in *V. T.* Es. 6. 3. in N. T. 2. Cor. 13. 13. Rom. 9. 1. ubi jurat per Spiritum S. At juramentum est species invocationis. 5. Consensus Ecclesiæ primitivæ, *Iustini Martyris* in Apologetico, Irenæi Lib. 1. *Tertull.* lib. de Trinit. *Clement. Alex.* Lib. 3. παιδαγωγίας N. *Posterioris* rationes sunt 1. Adorabilitas solius Dei est propria. Nam solus est omniscius. 2. Adoratio soli Deo propria est, nulli autem communicabilis creaturæ, *Deut*. 6. 13. *Ies*. 41. 8. 3. Christus hoc argumento Deitatem suam asseruit, *Ioh*. 5. 17. & *seq*. præsertim verò v. 23. *ut omnes honorent filium, sicut hono-*

E 4

honorant Patrem, ubi nomine *honoris* cultus religiosus intelligitur. S. N.

XXIII. *Sedes hujus loci propria est in V. T. quoad Essentiam Dei* Exod. 34. v. 6. 7. Psalm. 145. toto. Ier. 32. v. 17. 18. 19. *Quoad Personas Divinas* Gen. 1. v. 1. 2. 26. 27. Cap. 3. v. 22. Psal. 33. v. 6. & 110. vers. 1. 2. 4. 5. Es. 63. v. 7. 8. 9. 10. *In* N. T. *de illa* 1. Tim. 1. v. 17. Cap. 6. v. 15. 16. *De his* Matth. 3. v. 16. 17. & 28. v. 19. 1. Ioh. 5. v. 7. Imprimis autem Ioh. 5. 10. 14. 15. 16. capp.

LOCUS IV.

DE *Decretis Dei in genere.* déque *Prædestinatione in specie.*

I. A*ltera pars Theologiæ est doctrina de Actionibus & Operibus Dei.*

II. *Actiones Dei sunt, quæ* a *à Deo liberè fiunt ad* b *gloriam ipsius.*

a. *Psalm.* 115. v. 3. Deus noster in cœlis est, quicquid voluit, fecit.

b. *Proverb.* 16. 4. Deus omnia fecit propter se ipsum.

Canon.

Operationes ad extra vel communes sunt, vel singulares, diverso respectu. Communes, tum quoad *princi-*

principium commune, quod est ipsa essentia Dei, sive sapientia, voluntas, ac potentia ipsius, tum etiam *termini* respectu, quod est commune ἀποτέλεσμα sive effectum. *Singulares*, quia in opere communi modus operationis est diversus, pro singularum personarum subsistentia. Nam operatio sequitur subsistentiam. Pater est & operatur à nullo: Filius à Patre: Spiritus S. à Patre & Filio. Modi illi sunt divisi & distincti. E & operationes diversæ sunt secundum illos modos.

III. *Et sunt Decretum, vel Exsecutio decreti.* *Es.* 46. *v.* 10. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. *Eph.* 1. *v.* 11. omnia agit ex consilio voluntatis suæ.

IV. Decretum *est* [a] *actio Dei interna, sive* [b] *æternum ejus consilium de rebus extra ipsum futuris: quas sicut immutabiliter* [c] *apud se præfinivit, ita infallibiliter* [d] *præscit.*

a. *Eph.* 1. *v.* 9. Secundum beneplacitum, quod præstituerat in sese.

b. *Act.* 2, 23. Hunc Iesum, definito consilio & præcognitione Dei deditum, cùm accepissetis; manibus sceleratis cruci affixum interemistis. *Cap.* 4. *v.* 27 28. Congregati sunt ut facerent, quæcunque manus tua, & consilium tuum prius prædestinavit, ut fierent.

c. *Hebr.* 6. *v.* 17. Deus volens ostendere immutabilitatem consilii sui, fidejussit jurejurando

d. *Act.* 15. v. 18. Nota sunt Deo ab omni ævo omnia opera sua.

Canones.

A. *Deo rectè tribuuntur Decreta.* Ratio 1. Scriptura expresse docet 1. *Pet.* 1. 20. *Eph.* 1. 4. 2. *Tim.* 1. 19. 2. Idem requirit Natura Dei. Hæc enim ut perfectissima est, ita de ea statuendum, eam non, ut in tempore agit, sic etiam demum in tempore agere decrevisse, sed omnia apud se ab æterno præfinita habuisse.

B. *Neque tamen propriè ei tribuuntur.* Sunt enim *propriè* effecta consultationis aut deliberationis antegressæ, quæ in Deum non cadunt. Ratio 1. Deo omnia patent, *Hebr.* 4. 13. 2. Neque ejus discursus ab ignotioribus ad notiora procedit, sed est simplex & infinitus actus intellectus ipsius. *Impropriè* ergo ipsi tribuuntur & *ἀνθρωποπαθῶς*, quatenus confertur cum homine sapiente, deliberante priùs de re quàm aliquid statuat.

C. *Decreta sunt in Deo non ut accidentia in subjecto, sed ut actus voluntatis, cum schesi ad extra.* *Prioris* ratio, quia *nullum* est *accidens* in Deo. Nam a. est absolutè Deus, *Deut.* 4. 6. b. Nulla dari ratio potest, quæ Deo tribuat accidens, neque *externa* aliqua causa, quia Deus est suprema causa; neque *propria* Dei essentia. Ita enim in Deo esset aliquid prius, aliquid posterius. *Posterioris* ratio 1. quia dicitur voluntas

tas Dei; *Ies.* 46. 10. *Rom.* 9. 18. 19. 2. Vocatur beneplacitum voluntatis, consilium voluntatis, *Eph.* 1. 5. 11. Voluntas autem Dei est *ipse Deus volens*, sive, est *essentia Dei concepta per modum actus volendi.*

D. *Neque Decreta Dei, neque reliqui actus divini, compositionem in Deo inferunt.* Non *illa*, quia sunt actus *intrinseci* sive opera Dei *ad extra interna*, & considerantur, vel secundum id quod sunt, & sic ab Essentia Divina nihil differunt, vel κατὰ σχέσιν sive respectum, quem habent *ad extra*, & ita relatio externa nullo modo componit. *Non hi*: Actus enim *cæteri sunt* vel *intrinseci* & *immanentes*, qui nullam habent σχέσιν ad τὰ ἔξω, quales sunt actus *personales, notionales* à Scholasticis appellati: Aliâs Opera Dei ad *Intra*. Vel *extrinseci*, qui non sunt in Deo, sed à Deo, proinde *ad extra* dicuntur, ut creare, gubernare. *Neutra* compositionem in Deo evincunt: *Illi* enim actus sunt æterni, nullis obnoxii mutationibus. In *his* est transitus à potentia ad actum, non in *subjecto* Deo; sed *objecto*, creatura, Angelis & Hominibus.

E. *Decretorum certus est ordo.* Non quidem ex *parte voluntatis divinæ*, quasi ea prior esset vel posterior, sed ex parte *objectorum*, sive volitorum. *Antecedit* decretum de homine creando, *sequitur* decretum de eodem redimendo; ita πρόγνωσις præcedit προορισμὸν, *Rom.* 8. 29.

F. De-

F. *Decretum, respectu objecti, quod non sunt* τὰ δυνατὰ, possibilia *simpliciter*; *sed* τὰ μέλλοντα futura, *habet rationem tum causæ efficientis, tum exemplaris.* *Illius*, quia quæcunque facta aut futura, ideo facta futuráve sunt, quod Deus decrevit. *Hujus*, quia decretum Dei est omnium extra ipsum operum, quasi idea, ad quam, ceu archetypon, reliqua, ut ectypa, exprimuntur.

G. *Ut autem Decreta Dei sunt immutabilia, ita præscientia est infallibilis.* Atque hinc duplex emergit rerum futurarum necessitas, utraque *hypothetica*, altera *immutabilitatis* quoad decretum, altera *infallibilitatis*, quoad præscientiam, quam quidem etiam tradit Scriptura, *Luc.* 24. 26. 27. 44. 46. 1. *Cor.* 11. 19.

H. *Præscientia Dei alia est* Theoretica, *alia* Practica. *Illa* est nuda notitia rerum futurarum, quæ in sola earundem contemplatione posita est. De hac propriè accipienda dicta, *Heb.* 4. 19. *Act.* 15. 18. *Ista* est notitia rerum futurarum, cum voluntate conjuncta, quâ Deus eos producere statuit; & sic dicitur per metonymiam efficientis. Quo significatu ex idiotismo Hebræorum προέγνωσε *usurpatur*, *Act.* 2. 23. *Rom.* 8. 28. 29. inter se collatis.

I. *Præscientia Dei* Theoretica *vel est* definita, *vel* indefinita. *Illa Decretum ut effectus causam suam sequitur*; *hæc Decretum præcedit. Illa* aliâs dicitur *simplicis intelligentiæ*, & est essentialis

Dei

Dei scientia, quæ ad omnia scibilia, se extendit; hæc etiam *intuitiva* appellari solet. *Illa* est rerum universarum, & singularum quæ fieri possunt perfectissima in Deo scientia. Quia cùm Deus se ipsum perfectè cognoscat, etiam perfectè cognoscit virtutem suam; & ad quæ virtus illa se extendat, id est, cognoscit, quid possit efficere suâ potentiâ, quid non. *Ista* est rerum futurarum certa & infallibilis scientia, ut est *Act.* 15. 18. Et *definita* vocatur, quia res futuræ prædefinitæ sunt consilio & decreto Dei. Dicitur etiam *scientia visionis* & *intuitiva Dei notitia*, quia Deus res omnes, tanquam præsentes intuetur, ac cognoscit penitissimè, *Hebr.* 4. 13. Differt *Indefinita* à *Definita* bifariam. Objecto, quòd illic res omnes *possibiles*, hîc *futura* tantùm: & ordine, quia *illa* præcedit decretum, *hæc* sequitur, & ejus quasi effectum est.

K. *A præscientia scibile nullum excipitur; utpote quâ Deus omnia novit antequam fiant, etiam futura contingentia.* Ratio 1. Scriptura hanc scientiam Deo tribuit, *Act.* 15. 18. *Nota sunt Deo ab ævo omnia opera sua.* Ubi a. *opera* quæ futura etiam. b. *omnia* opera. c. *nota*, eoque definita. d. *ab æterno*, *Eph.* 1. 11. *Proverb.* 16. 3. *Prov.* 19. 21. *Ies.* 46. 20. *Ies.* 48. 4. *Ier.* 1. 5. 2. Idem requirit Naturæ Divinæ perfectio & majestas. Deo enim tribuitur omniscientia, καρδιογνωσία, omnipræsentia, æternitas, excellen-

tia

tia super omnes creaturas, de quibus Author prolixè in *Elenct. Nov.* pag. 201. & in *Vet.* p. 368. 3. Omnia apud se immutabiliter decrevit, *Eph.* 1. 11. *Rom.* 11. 36. *Psalm.* 115. *v.* 3. 4. A Deo est certa & infallibilis prædictio rerum contingentium futurarum; *Ies.* 41. 23. *Ies.* 46. 10. Exempla sunt obvia, tam in V. quàm in N. T. de quibus *ibid.* 5. Deus speciali providentia singulorum hominum animas & corpora creat, eorundémque singulos motus atque actiones ciet & regit, *Iob.* 10. 8. 9. 10. *Psalm.* 139. *v.* 13. 14. 15. *Act.* 17. 27. 28. S.

L. *Præscientia Dei* theorica definita *est causa rerum consequentiæ*; indefinita *causa sine qua non*; practica *causa essendi sive consequentis*. Theorica *definita*, est causa rerum consequentiæ, quia ex ea rerum consequentia rectè concluditur, nimirùm, quia præscientia ipsa est infallibilis: *Indefinita*, causa sine qua non, ut est antecedens, & adjunctum necessarium. Nam præscientia possibilium includit præscientiam futurorum. *Practica* verò est causa essendi & consequentis, quia conjuncta est cum voluntate, quæ est causa rerum.

M. *Præscientia Dei* indefinita *rebus nullam imponit necessitatem* Theorica definita *necessitatem consequentiæ*; definita *practica necessitatem consequentis & consequentiæ*. Illa enim est possibilium, quæ possunt esse & non esse: ista est infallibilis

hæc

hæc immutabilis tum ob conjunctam voluntatem, tum etiam ob præscientiam.

V. *Decretum Dei est vel* generale *vel* speciale.

CANONES.

A. *Decretorum alia etiam dari possunt distinctiones.* Quales sunt: in Præfinitionem *finis*, & præordinationem *mediorum*; in Decretum *affirmans* & *negans*; in *commune*, & *proprium*; in *universale*, & *particulare*.

B. *Distinctio Decreti in* absolutum & conditionatum *vel admitti potest, vel debet rejici. Admittitur*, si sumatur conditionatum opposite ad id, quod absolutum est *ab omnibus mediis*, quòd nulla media habeat sibi subordinata. Cùm ergo non minùs ab æterno media sint præordinata, quàm finis divinitus est præfinitus, à *posteriori* propter subordinationem mediorum *conditionatum* dici potest. A *priori* tamen; hoc est, ab æterna Dei præordinatione, unamque in partem determinatione, *absolutum* manet. *Rejicitur* si conditionatum dicatur, quasi *penderet ab aliqua conditione* rerum futurarum extra Deum, eoque in ipso Deo indeterminatum sit. Sic enim Deus non esset suprema causa omnium operum suorum: sic vel nova quotidie decreta conderet, vel conditio temporaria æterni in ipso decreti causa esset.

C. *Decretorum distinctio non multos, sed unum tantùm*

verè ut arcanam retinuit, nobis autem non revelavit: Hinc *Arcana* dicitur.

F. *Etsi verò differant cùm subjectivè tam objectivè, in Deo tamen contrarias voluntates non ponunt.* *Subjectivè* differunt. Nam voluntas *arcana* sive *beneplaciti* est *in Deo*, ut omne decretum, *signi* seu *revelata* extra Deum in *Scriptis Prophetarum* & Apostolorum. *Objectivè*; *Illa* est de facto Dei, quid Deus *velit* facere de omnibus & singulis suis creaturis: Hæc de *officio* nostro, quid *nos* debeamus Deo & proximo. Nulla autem inter has voluntates realis est oppositio. Ratio 1. quia Scriptura nullam Deo tribuit contrarietatem; 2. *Cor.* 1. 18. *Tit.* 1. 2. 2. quia decretum & mandatum Dei, sunt diversa, quæ differunt absque repugnantia.

G. *Distinctio Voluntatis Dei in* antecedentem & consequentem *sensu Semi-Pelagiano rectè rejicitur.* Cùm nempe *voluntas antecedens* est consilium Dei de omnibus in universum hominibus servandis; *consequens* est consilium Dei, de servandis credentibus; damnandis incredulis. *Illa* sic dicitur quia *antecedit* actum humanæ voluntatis, sive actiones humanas bonas vel malas: *Ista* verò *consequens*, quia posterior est humana voluntate & ab actionibus ejus vel bonis vel malis dependet. Inter utramque voluntatem ergò *media* intervenit voluntas humana, quæ ut plurimùm efficit, ut Deus rescindat

 volun-

CANON.

Prædestinatio prout à Reformatis traditur, in animis hominum omnem Religionem non extinguit, nec profanitatis aut desperationis est magistra. Adversarii quidam hinc *prius* probare conantur, quia religioni nihil tam adversetur, quam *necessitas*, ut quæ tollat boni studium & conatum; tum etiam hortamenta, promissiones & comminationes divinas eludat. *Posterius* concludunt usitato Sophistis & calumniatoribus dilemmate: *si prædestinatus sum nihil refert, benè an malè vixero, quia necessariò salvabor: quod securitatis & profanitatis est pulvinar.* Sin *reprobatus, certè pereundum mihi est, quantumvis cupiam esse bonus ac pius: quod desperationis est barathrum.* Resp. Assertio illa unâ calumniâ triplicem prodit blasphemiam, Doctrina Prædestinationis, prout revelata est in Scriptura, & ex ea sonat in nostris Ecclesiis, nihil eorum, quæ objiciuntur, efficit *per se*: quin potiùs accendit filialem Dei timorem & fiduciam, pellit securitatem, profligat desperationem, eoque veram religionem in animis piorum nutrit ac fovet: quemadmodùm alibi ostendimus. *Prius* tantùm valet de *necessitate Physica & coactionis*: non de necessitate *hypothetica*, infallibilis præscientiæ, & immutabilis decreti divini: quæ media cùm ei sint subordinata, nec ex parte Dei hortamenta & promissiones, neq; ex parte hominis

ſtudium ejus, conatum & perſeverantiam excludit, ſed unâ complectitur. *Poſterius* trifariam aberrat, & actum agit. I. petit principium & falſum præſupponit: nempe de prædeſtinatione ſecundum Electionem & Reprobationem conſtare & judicari poſſe à priore, quod negatur 2. *Tim.* 2. 19. *Rom.* 11. 33. 34. II. *Dividit conjungenda*, & finem à mediis ac viciſſim ſeparat, quæ tamen eodem electionis & reprobationis decreto Deus definivit, & inſeparabiliter copulavit. Sicut in tempore ad finem nonniſi per media & ipſe deducit, & homines perveniunt, *Rom.* 9. 22. 23. C. 11. 7. *& ſeqq.* III. ſtatuit etiam contradictionem in adjecto: Eſſe electum, vocatum, & nihilo minus perſeverare in peccatis, contra illud 1. *Ioh.* 3. 9. E. contra eſſe reprobum, & tamen habere voluntatem ac ſerium ſtudium converſionis, contra illud *Ioh.* 12. *v.* 39. 40.

VII. *Prædeſtinatio alia Angelorum alia Hominum.*

VIII. Prædeſtinatio *Angelorum eſt, quâ Deus eorum quoſdam* [a] *ex gratia perſeverare a lapſu, & in primæva integritate confirmare ad ſalutem;* [b] *cæteros verò lapſui permiſſos & in eo relictos,* [c] *citra ſpem veniæ damnare decrevit.*

a. 1. *Tim.* 5. 21. Obteſtor in conſpectu electorum Angelorum,

b. *Matth.* 25. *v.* 41. Ignis æternus dicitur

para-

paratus Diabolo & Angelis ejus, sc. à jacto mundi fundamento ex v. 34.

c. 2. *Pet.* 2. *v.* 4. Angelis, qui peccârunt, non pepercit, sed in Tartarum detrusos, catenis caliginis tradidit, damnationi servatos.

CANONES.

A. *Vt electio ita reprobatio Angelorum duobus absolvitur actibus. Electio præservatione* à lapsu, & *confirmatione* in bono. Horum uterque ex eventu, decreti indice, certissimus est. Cùm enim alii non peccârint, 2. *Pet.* 2. 4. sed originem suam, id est, originariam suam ex creatione conditionem servârint *Iud. v.* 6 inque illa jam confirmati sint, *Matth.* 18. 10. *Matth.* 6. 10. id ex electionis decreto esse oportet. Ita *Reprobatio* continetur *negatione* confirmationis, eóque lapsus *permissione*, & deinde lapsorum *damnatione*. Quod ipsum similiter ex eventu patet, de quo *Iud. v.* 6. 2. *Pet.* 2. 4. *Ioh.* 8. 44. nec non ex verbis Christi de igne æterno, Diabolo Angelísque ejus parato, *Matth.* 25. idque à jacto mundi fundamento colligitur.

B. *Electio Angelorum facta est in Christo.* Non quidem *Mediatore* aut Redemptore, quia 1. Angeli peccati sunt expertes. 2. Christus hominum Mediator dicitur; sed omnis *gratiæ fonte* perenni & medio; quo creatura in infinitum distans à creatore cum ipso conjungitur, imò

 capite

capite totius Ecclesiæ *Eph.* 1. 22. ex Angelica non minùs quàm humano genere coadunatæ.

Prædestinatio ***hominum est, quâ Deus ex universo genere humano, condendo & lapsuro, alios ad vitam æternam, alios ad mortem æternam praordinavit.***

Rom. 9. *v.* 22. 23. Annon habet potestatem figulus in lutum, ut ex eadem massa faciat aliud quidem vas ad decus, aliud ad dedecus? Quid si verò volens ostendere iram suam, & notam facere potentiam suam, pertulit multa cum iræ cohibitione vasa iræ, compacta ad interitum; & ut notas faceret gloriæ suæ divitias, erga vasa misericordiæ, quæ præparavit ad gloriam? 1. *Thess.* 5. *v.* 9. Non constituit nos Deus ad iram, sed ad salutem obtinendam per Iesum Christum.

Canones.

A. *Ordo decretorum divinorum duplex est circa prædestinationem, Syntheticus & Analyticus. Ille* à causa ad effectum, à *priori* ad *posterius* progreditur: *Iste* à *posteriori ad prius*, ab effecto ad causam regreditur. *Prior* methodus expressa est in Epistola ad *Ephesios*, ubi Apostolus spirituales Dei benedictiones commemorans, à gratuita electione nostri in Christo ad adoptionem, justificationem, sanctificationem, obsignationem ceu effecta ejus & consequentia descendit. *Posterioris* verò ratio adumbrata est in Epistolâ ad *Romanos*. Postquam enim docuit Apostolus, Evan-

Evangelium esse potentiam Dei ad salutem omni credenti, ordine declarat media ad assequendum finem illum necessaria, in agnitione peccati, *Capp.* 1. 2. 3. in justificatione à peccato per fidem in Christum, *Capp.* 3. 4. 5. & in sanctificatione inchoata per Spiritum Sanctum, *Capp.* 6. 7. 8. à quibus accedit ad horum omnium fontem, æternam Dei prædestinationem, *Capp.* 9. 10. 11.

B. *Circa ordinem Syntheticum controversia vel nominalis est, eáque inter ipsos Orthodoxos triplex, vel realis, cum Pelagianizantibus.* Triplex, inquam, inter Orthodoxos, qui in re consentiunt, dissentiunt tamen in ἱερότῳ παιδείας. *Prima* objectum prædestinationis statuit genus humanum consideratum in mente Dei ut *creabile*; *altera* ut *creatum*; *tertia* verò ut *lapsum* insuper in peccatum & mortem.

C. *Novatores, ut novo suo ordine Ecclesiam recentissimè turbárunt, ita diversâ à cæteris methodo procedunt.* Ordo *Novatorum*, quatuor constat decretis, hac sibi serie subordinatis. *Primum* est, Deus decrevit [illegible]lium suum Iesum Christum ponere in Mediatorem, Redemptorem ac Salvatorem, qui peccatum morte suâ aboleret, amissam salutem suâ obedientiâ impetraret & virtute sua communicaret. *Secundum*, quo decrevit resipiscentes & credentes in gratiam recipere, eosque perseverantes in finem usque per & propter Christum salvos facere, contrà

impœnitentes & infideles in peccato relinquere ac æternùm damnare. *Tertium*, quo decrevit media ad resipiscentiam & fidem necessaria sufficienter & efficaciter administrare. Hanc porrò administrationem instituere juxta sapientiam suam, quâ novit quid misericordiam & severitatem suam deceat. *Quartum* est, quo decrevit certas quasdam ac singulares personas salvare vel damnare, atque hoc inniti Dei præscientiâ, qua ab æterno scivit, quinam juxta ejusmodi administrationem mediorum ex præveniente ipsius gratia credituri erant, & ex subsequenti perseveraturi; qui item non credituri, aut saltem non perseveraturi essent. Est ergò decretum 1. *Ordinatio Christi* in Mediatorem, qui acquireret peccatoribus jus salutis. 2. Est *ordinatio fidei* & perseverantiæ in conditionem communicandæ salutis. 3. Est *ordinatio mediorum* ad fidem, quorum beneficio peccatores possunt credere, perseverare. 4. Est *ordinatio ipsius salutis*, personis singularibus, quâ credentibus & perseverantibus facta, cui ordinatio damnationis adversus contumaciter incredulos respondet. Ar.

D. *Hic verò ordo hypotyposi sanorum sermonum planè non est consentaneus.* Ratio 1. Nullo Scripturæ testimonio doceri potest. 2. Est humanitus confictus. 3. Finis hujus ordinis architectonicus est liberum arbitrium, & in eo gloriatio.

tiatio. Nam salus & ad eam ordinatio dependet à *libero arbitrio* rectè utentis: ex parte verò *Dei* tantùm possibilis redditur reconciliatio hominis cum Deo, sive remissio peccatorum & vita æterna. 4. Repugnat Scripturæ & Experientiæ Universali. *Scripturæ*, quæ docet a. prædestinationem esse opus Dei, *Matth.*11.25. *Act.*13.48.*Rom.*8.28.29.30. b. Refert ad *singulares* personas locis citatis. c. Negat prædestinationem ad vitam esse *universalem*, ibid. d. Decretum prædestinationis ad vitam sive electionis, includit decretum fidei & perseverantiæ, à Deo donandæ, *ibid.* e. Decreta Dei sunt immutabilia, & infallibilia, secundum Scripturam. f. Decretum prædestinationis, sive electionis dicitur, ex quo Deus nos elegit, nos non ipsum. Deus nos prædestinavit, non autem postdestinavit, hoc est, post fidem & perseverantiam, tanquam actus nostros ad salutem ordinavit, secundum Scripturam. *Experientia universali*, ante legem, sub lege, & sub Evangelio, ubi nec *promissiones* Evangelicæ erant *universales*, nec vocatio, quæ modò ad solos pertinuit Iudæos, modò & ad Iudæos & Gentes promiscuè, ita tamen, ut nunquam simul & semel omnes fuerint vocati; sed patefactionis momenta sibi Deus reservarit, & ferè generatio Ecclesiæ unius, alterius fuerit corruptio.

VI. *Hujus* Efficiens *est* [a] *Deus prædestinans; προηγουμένη, sive impulsiva interna*, [b] *ipsius, ut liberrimi Domini, εὐδοκία & beneplacitum; pro quo illos* [c] *ad vitam, ex gratia in Christo: istos* [d] *ad mortem, secundum justitiam suam destinavit.*

a. *Eph.* 1. *vers.* 4. Prædestinavit nos Deus, quos adoptaret in filios, per Jesum Christum.

b. *Matth.* 11. 26. Etiam Pater, ita placuit tibi, *vel* ita fuit beneplacitum coram te. *Luc.* 12. 32. Placuit Patri dare vobis regnum illud.

c. *Eph.* 1. 4. Elegit nos in Christo, ut simus Sancti. 1. Thess. 5. 9. Constituit nos ad salutem obtinendam per Jesum Christum.

d. *Jud. v.* 4. Homines jam olim præscripti ad hanc damnationem.

Canones.

A. *Deus apud se ab æterno statuit, quid de singulorum salute aut exitio fieri voluit.* Ratio 1. Omnia ad fines suos præordinat tanquam sapientissimus. 2. Est universorum & singulorum Dominus, dominio plenissimo. 3. Alios ad salutem, alios ad exitium destinat. De *salute*, Joh. 13. 18. Rom. 8. 29. Cap. 9. 23. Eph. 1. 4. 5. 1. Thess. 5. 9. De *exitio*, Cap. 9. 22. Cap. 11. 7. 8. 4. De *Individuis* quibusdam aliquid apud se statuit, ut de Apostolis undecim, Jacobo, Mose: opposite de Esavo, Pharaone, Juda, &c. Ergo & de reliquis, quia parium par ratio est L.

B. *Proinde numerus tam Electorum quam Reproborum*

borum apud Deum certus & definitus est. Ratio 1. Deus alios novit & prænovit ut electos, alios non novit ut reprobos *Ioh.*13.18. 2. *Tim.*2 9 *Matth.* 7. 23. *Rom.*8.29.*Cap.*11.2.29. 2. Omnes Electi & Reprobi, certo ac immutabili decreto, singulariter prædestinati sunt ad vitam & mortem *Rom.* 9. 11. *Cap.* 11. 1. 2. 7. 2. *Tim.* 2. 19. *Act.* 1. 25. *Ioh.* 10 14. *Luc.* 10 20. L.

C. *Atque sic Prædestinationis decretum non complectitur aliquod æternum Dei consilium, de omnium universim hominum salute.* Ratio 1. Prædestinatio ad salutem est particularis, *Rom.*8. 28. 29. *Cap.* 11. 2. 2 *Tim.*2. 19. *Matth.* 20. 21. 23. *Luc.* 12. 32. 2. Electio ad salutem non est universalis, *Matth.* 20. 16. *Ioh.* 13. 18. Ergo nec prædestinatio, quia Lutheranis hæc duo æquipollent. 3. Complectitur consilium Dei de *aliquorum* salute & aliorum exitio, id quod tum ex *decreto* patet, *Rom.* 9. 11. 12, 13. 21. 22. 23. tum ex *eventu*, ubi aliis media salutis obtingunt, aliis non obtingunt, alii salutem assequuntur, alii non, *Matth.* 11. 25. 26. *Cap.* 13. 11. *Cap.* 25. 34. L.

D. *Deo jus* absolutum *&* ordinatum *rectè tribuitur.* Jus Dei *absolutum* dicitur dominium illud, sive potestas, quam Deus obtinet in omnes suas creaturas, statuendi de illis pro arbitrio sine injustitia. Ejus *geminum* est *fundamentum*; *unum* ὑπεροχὴ sive excellentia divinæ naturæ, supra humanam: *alterum* dependentia creatu-

creaturarum ab ipso, tam in essendo quàm operando. Jus autem *ordinatum* vocatur ordo & ratio justitiæ, quam Deus verbo legis & Evangelii nobis in promissionibus & comminationibus revelavit. *Fundamentum* est actualis Dei voluntas nobis externo verbo patefacta. Utraque voluntas in Deo non *opposita*, sed *diversa*, Deo tribuitur in S. Scriptura. *Absoluta* a. Rom. 11. 33. Matth. 20. 14. 15. b. Deus est absolutus arbiter suorum actuum Matth. 20. 15. Es. 45. 9. 10. *Ordinata* hinc inde.

E. *Utrumque etiam, tum in electione salvandorum, tum reprobatione damnandorum usurpavit.* Probatur I. *Locis* Scripturæ, *Rom.* 9. 11. est propositum exclusa prævisione boni & mali. *v.* 15. 16. 17. sola voluntas *v.* 21. tanta potestas quanta figuli in lutum. *v.* 22. asseritur jus ordinatum. *Matth.* 11. 25. cum *Rom.* 1. 24. 25. 28. 2. *Thess.* 2. 11. 12. *Proverb.* 16. 4. cum *Rom.* 1. 32. II. *Rationibus.* 1. ab actibus prædestinationis formalibus. In electione *juris absoluti* est, quod Deus pro beneplacito nos peccatores elegit, hunc præ illo destinat ad vitam. *Ordinati*, quòd non absque satisfactione Christi peccatores salvos facit, quodquè fidem & bona opera secundum promissionem gratiosè compensat. In *reprobatione* juris *absoluti* est, quòd hos præ illis præterierit gratiâ suâ, hos præ illis destinat damnationi, licet utrique sint peccatores: *Ordinati* quòd neminem

minem damnat nisi propter peccatum. 2. In actibus *providentiæ*, quæ est pars prædestinationis utriusque juris actus occurrunt, in mutatione regnorum, immissione morborum, *Ier.* 27. 5. 6. 7. *Dan.* 4. 17. 25. 3. à fine Deus non vult tantùm agnosci justus judex, 2. *Tim.* 4. 8. 2. *Thess.* 1. 6. 7. 8. sed & *αὐτοκράτωρ*; *Rom.* 9. 17. & 21. 4. Pii in operibus providentiæ & prædestinationis præter jus *ordinatum* celebrârunt & agnoverunt *absolutum* *Iob.* 1. 21. *Cap.* 2. 10. 1. *Sam.* 3. 18. 2. *Sam.* 15. 25. 26. E. non in Deo contraria.

F. *Hinc apparet quo sensu prædestinatio vel ad merum Dei arbitrium referri debeat; vel interventum tum fidei, tum peccati.* Reformatores plerique prædestinationem ad *merum Dei arbitrium* referunt, ut Lutherus, Bucerus, Calvinus, Martyr, Zanchius. Agunt enim illi de jure Dei *absoluto*: *Alii* respectum peccati (in reprobatione) intercessisse docent, ut *Admonitio Neostadiana*, & alii. Loquuntur enim de *ordinato*. Qui posterior modus popularis magis est & retundendis & præcidendis cavillis accommodatior. Si enim reprobi propter sua peccata sunt morti addicti, utique nec Deus injustus est aut crudelis, nec habent quod conquerantur.

G. *Ex eadem distinctione colligimus quo sensu prædestinatio vel sit absoluta, vel conditionata.* 1. *Absoluta* est respectu juris *absoluti*; conditionata respectu juris *ordinati*. 2. *Absoluta* est quatenus non

non habet ullam causam superiorem voluntate Dei, *Rom.* 9. 11. 18. *conditionata*, quatenus media habet sibi subordinata, per quæ tanquam conditiones causæ sive salutis proximas, decretum prædestinationis Deus in tempore exsequitur. 3. *Absoluta* est à priori; non posteriori; *conditionata* est à posteriori, non priori.

XII. Materia *circa quam sive Objectum est Genus Humanum, condendum & lapsurum in Adamo; sive consideratum in mente Dei prædestinantis, ut conditum, lapsum, & corruptum peccato originali.* *Eph.* 1. v. 4. Elegit nos in ipso (Christo) ut simus sancti & inculpati. *Rom.* 9. v. 22. Pertulit multa cum iræ cohibitione vasa iræ, compacta ad interitum. *Ioh.* 15. v. 19. Si ex mundo essetis, mundus quod suum est diligeret, quia verò ex mundo non estis, sed ego elegi vos ex mundo, propterea odit vos Mundus.

Canon.

Quanquam variæ sint de objecto prædestinationis sententiæ, ea tamen, quæ considerat hominem conditum, lapsum, & peccato originali corruptum, tutissima est & sacris literis convenientissima. Quadruplex potissimum de objecto Prædestinationis reperitur sententia. *Prima* statuit objectum prædestinationis hominem *nondum creatum aut lapsum*, sed *creabilem* & labilem. At *obstat* 1. quia aliâs non ens esset objectum prædestinationis. 2. Prædestinati essent, qui non sunt

unquam

unquam creati. Nam & hi sunt creabiles. *Secunda* vult hominem *conditum*, integrum, exornatum adhuc imagine Dei, esse objectum Prædestinationis. Et hæc sententia, defensa à magnis Viris, minùs habet incommodi; sed *obstat* 1. quia genus lapsum est objectum prædestinationis. 2. prædestinatio quoad reprobationem est ordinatio ad damnationem tanquam pœnam; quæ de homine integro dici nequit. 3. Homo integer fuit valde bonus, eum amavit Deus. Ergò non odit, aut reprobavit. *Tertia* est eorum, qui asserunt objectum prædestinationis esse *hominem non tantum lapsum*, & peccato corruptum, sed *etiam per Christum redemptum à peccato*, & vel credentem in ipsum, vel incredulum. Hæc est Semi-Pelagianorum, cui opponimus 1. fides est electionis effectus, *Act.* 13.48. *Rom.* 8.30. Ergo non causa. 2. Existeret ab aliqua causa, vel *naturâ*, vel *gratiâ*. Non *naturâ*; sic enim stabiliretur liberum arbitrium. Non *gratiâ*, quia gratia electionis secundùm beneplacitum Dei, est principium omnis gratiæ. *Quarta* denique sententia statuit, hominem non modò *conditum*, sed etiam *lapsum* in peccatum, & peccato originali corruptum, esse objectum prædestinationis. Hancque sententiam confirmant 1. *Scripturæ loca*, Ioh. 15. 19. Cap. 17. 6. 14. Rom. 9. 22. 27. Eph. 1. 4. Eph. 2. v. 3. 2. *Rationes*. a. *Finis* præ-

destina-

destinationis, tum quoad hominem prædestinatum, tum quoad Deum prædestinantem. *Illo*, hominum peccatorum aliorum salus, aliorum damnatio est finis prædestinationis. At ille respicit genus humanum lapsum. *Isto*; illustratio gloriæ Dei per demonstrationem misericordiæ in electis, & justitiæ in reprobis; est finis prædestinationis quoad Deum. b. *Media. Electionis* media sunt Christus, vocatio, justificatio, sanctificatio; *Eph.* 1. 14. *Rom.* 8. 29. 30. 1. *Cor.* 1. 30. At hæc omnia præexigunt lapsûs & peccati conditionem. *Reprobationis* media sunt separatio à Christo, nulla aut inefficax vocatio, retentio peccatorum, excœcatio & induratio.

XIII. Forma *est* [a] *discretio salvandorum à damnandis in communi massâ corruptionis*, [b] *& quorundam ad vitam, aliorum verò ad mortem ordinatio: Unde duæ species seu partes Prædestinationis emergunt*, [c] *Electio & Reprobatio.*

a. 1. *Cor.* 4. *v.* 7. Quis te discrevit? *Ioh.* 13. 18. Non de omnibus vobis loquor, ego scio quos elegerim.

b. *Rom.* 9. 21. Annon habet potestatem figulus in lutum? 2. *Tim.* 2. 20. In magna domo sunt vasa alia ad decus, alia ad dedecus.

c. *Rom.* 9. 13. Jacobum dilexi: Esavum odio habui: v. 18. miseretur cujus vult, quem vult indurat. 1. *Thess.* 5. 9. Non constituit

nos

hos Deus ad iram, sed ad salutem obtinendam per Jesum Christum.

CANONES.

A. *Divisio prædestinationis in* electionem *&* reprobationem *est legitima, suo quippe diviso adæquata.* Patet I. Docetur esse vasa misericordiæ & iræ, ad decus & ad dedecus, *Rom.* 9. 22. 23. 2. *Tim.* 2. 19. 20. II. Alii sunt in amore, alii in odio Dei; *Rom.* 9. 13. III. Duplex est via, angusta electorum, & lata reproborum, *Matth.* 7. 13. 14. Duplex post hanc vitam status, *Matth.* 25.

B. *Prædestinationis vocabulum rectè ad electionem pariter, ac reprobationem extenditur.* Et ad *hanc* quidem 1. quia præit Scriptura *Act.* 4. 28. ubi de Herode, Pontio Pilato, aliisque impiis & actionibus eorum sermo est. 2. Idem probat Æquipollentia phrasium, *Rom.* 9. 22. 1. *Thess.* 5. 9. *Iud. v.* 4. 3. Prædestinatio est rei destinatio ad finem per media, antequam sit, vel fiat, cujusmodi certè non minùs reprobationi, quàm electioni ex rei natura convenit.

XIV. Electio *est, quâ Deus ex massâ illâ corruptâ* [a] *certos homines, quos* [b] *præ aliis voluit, in Iesu Christo elegit, & ut ad* [c] *finem, vitam æternam: sic* [d] *ad media ejus adipiscenda præordinavit.*

a. *Eph.* 1. 4. Elegit nos in ipso ante jactum mundi fundamentum, ut simus sancti & inculpati in conspectu ejus cum charitate.

Rom. 8. 29. Quos præcognovit: hos prædestinavit.

b. *Ioh.* 13. *v.* 18. Ego ſcio quos elegerim.

c. *Act.* 13. 48. Crediderunt, quotquot ordinati erant ad vitam æternam.

d. *Rom.* 8. 29. 30. Quos præcognovit, eos etiam prædeſtinavit, conformandos imagini Filii ſui, ut ſit is primogenitus inter multos fratres. Quos verò prædeſtinavit, eos etiam vocavit; & quos vocavit, eos etiam juſtificavit; & quos juſtificavit, eos etiam glorificavit. 2. *Theſſ.* 2. 11. 14. Elegit nos Deus ab initio ad ſalutem, per ſanctificationem & fidem habitam veritati: Quo vocavit nos per Evangelium Filii ipſius.

XV. Reprobatio *eſt, quâ ſtatuit Deus* [a] *certos homines, quos non elegit,* [b] *in maſſa corruptionis relinquere, &* [c] *propter peccatum æternùm damnare.*

a. *Ioh.* 13. *v.* 18. Non de omnibus vobis loquor, ego ſcio quos elegerim. *Rom.* 11. 7. Electi aſſecuti ſunt, reliqui occalluerunt.

b. *Matth.* 7. 23. Nunquam novi vos. *Matth.* 13. 11. Illis non eſt datum.

c. *Iud. v.* 4. Iam olim præſcripti ad damnationem. *Matth.* 25. 41. Ite in ignem æternum.

Canones.

A. *Actus reprobationis duo ſunt, negativus ſeu privativus, & affirmativus ſeu poſitivus. Ille* eſt de non danda ſalute, de non conferendis mediis ſalutis; *hic* de inferenda damnatione, excœ-

excœcatione, induratione. De *illo* Scriptura, *Matth.* 7. 23. C. 25. 12. *Ioh.* 10. 26. De *hoc*, *Rom.* 9. 13. *v.* 21. 22.

B. *De reprobatione nihil certi statui potest ante mortem.* Ratio est, quod desertio in peccatis, retentio reatûs, excœcatio etiam *non omnis*; sed *finalis* demum, reprobationis sunt κειμήλια. Nam Deus, ut non eâdem omnes horâ vocat, *Matth.* 20. sed alios *primâ*, ut Ieremiam & Iohannem Baptistam; alios *tertiâ*, ut Samuelem, Iosiam; alios *sextâ*, ut Paulum; alios *nonâ*, ut Menassem; alios *undecimâ*, ut latronem in cruce: ita nec eâdem horâ omnes eripit è peccatis, déque illorum remissione certos reddit: ut ita ante vitæ exitum nec de sui, neque de aliorum reprobatione certi quid statui aut possit, aut debeat. *Excipimus* tamen peccantes in Spiritum Sanctum, quorum peccatum: quia in electos non cadit, quisquis ejus sibi conscius est, infallibile reprobationis sui testimonium in pectore gerit.

XVI. *Finis prædestinationis respectu Dei est* [a] *gloria tum liberrimæ potestatis, tum gratuitæ misericordiæ, tum etiam justi ac potentis judicii ipsius. Respectu hominum verò est eorundem,* [b] *vel gratuita salus, vel justa condemnatio.*

a. *Rom.* 11. 33. 34. 35. 36. ô profundas divitias tum sapientiæ, tum cognitionis Dei! quàm inscru-

tabilia sunt ejus judicia, & ejus viæ impervestigabiles! Quis enim cognovit mentem Domini? aut quis ei fuit à consilio? Aut quis prior dedit ei? & reddetur ei. Nam ex eo, & per eum & in ipsum sunt omnia. Ipsi sit gloria in secula! Amen. *Eph.* 1. 4. 5. 6. Elegit, prædestinavit nos ad laudem gloriosæ gratiæ suæ. *Prov.* 16. 4. Omnia fecit propter se ipsum, etiam impium ad diem mali.

b. 1. *Thess.* 5. 9. Non constituit nos Deus ad iram, sed ad salutem obtinendam. *Act.* 13. 48. Ordinati ad vitam æternam. *Iud. v.* 4. Præscripti ad damnationem.

XVII. Effecta *sunt media, exsequendo prædestinationis decreto subordinata: sed alia Electionis, alia Reprobationis.*

XVIII. Electionis Media *sunt*, [a] *Redemptio sive reconciliatio per Christum* [b] *Vocatio efficax;* [c] *Iustificatio* [d] *Sanctificatio; conjuncta cum* [e] *perseverantia.*

a. *Rom.* 8. 29. Quos præcognovit, hos prædestinavit, conformandos imagini filii sui. 1. *Thess.* 5. 9. 10. Constituit nos ad salutem obtinendam per Iesum Christum: qui mortuus est pro peccatis nostris.

b. *Rom.* 8. *v.* 30. Quos prædestinavit, hos vocavit. *Cap.* 9. 23. 24. Vasa misericordiæ quæ præparavit ad gloriam: Quos etiam vocavit.

c. *Rom.* 8. 30. Quos vocavit, hos etiam justificavit

ficavit, & v. 33. Quis intentabit crimina adversus electos Dei? Deus est qui justificat.

d. *Eph.* 1. 4. Elegit nos in ipso ante jacta mundi fundamenta, ut simus sancti & inculpati coram eo in charitate.

e. *Phil.* 1. 6. Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque ad diem Iesu Christi.

XIX. Reprobationis Media *sunt*: [a] *Separatio à Christo, & à gratia Redemptionis sive reconciliationis*; [b] *Omißio vocationis, vel saltem Vocatio* [c] *inefficax*: [d] *Retentio peccatorum*; [e] *Excæcatio & induratio*; *quam sequitur* [f] *finalis Impœnitentia.*

a. *Ioh.* 10. 26. Vos non estis ex ovibus illis meis *Matth.* 7. 23. Nunquam novi vos: discedite à me.

b. *Act.* 14. 16. Præteritis ætatibus sivit Deus omnes gentes suis ipsarum viis ingredi.

c. *Matth.* 20. *v.* 16. & *Cap.* 22. 14. Multi sunt vocati, pauci electi.

d. *Matth.* 16. 19. Quicquid ligaveris in terra, ligatum erit in cœlo. *Ioh.* 20. 23. Quorum retinueritis peccata, retenta sunt.

e. Et f. *Ioh.* 12. 39. 40. Non poterant credere, quia excæcavit oculos eorum & obduravit corda eorum. *Rom.* 11. *v.* 7. Electi assecuti sunt, reliqui occalluerunt: dedit enim eis Deus Spiritum soporis.

XX. Subjectum *Prædestinationis ipsâ materiâ continetur.*

XXI. Adjuncta *utrique ejus speciei, sive parti* com-

communia sunt: quod est [a] *æterna ab æterno facta,* [b] *sapientissima;* [c] *liberrima, non pendens ab ulla causa extra Deum;* [d] *justissima,* [e] *immutabilis; & denique à priore* [f] *nobis incomprehensibilis.*

a. *Eph.* 1.4. Elegit nos in ipso ante jacta mundi fundamenta. *Iud. v.* 4. Iam olim præscripti ad damnationem.

b. *Rom.* 11.33. ô profundas divitias tum sapientiæ tum cognitionis Dei!

c. *Rom.* 9.18. Miseretur cujus vult, indurat quem vult *v.*21. Annon habet potestatem figulus in lutum?

d. *Rom.* 3. *v.* 25. Quem (Christum) Deus præstituit placamentum per fidem in sanguine ipsius, ad demonstrationem justitiæ suæ *Cap.*9. 22. Volens ostendere iram suam, pertulit multa lenitate vasa iræ, coagmentata ad interitum.

e. *Rom.* 9.11.12. Ut propositum Dei firmum maneret, dictum est ei: Major serviet minori.

f. *Rom.*11.33.34. ô profundas divitias tum sapientiæ tum cognitionis Dei! &c.

Canones.

A. *Neque electio est ex fide prævisa, nec reprobatio ex incredulitate prævisa. Non electio.* Ratio 1. Electio est ad fidem, *Eph.*1.4.5. 2.*Thess,*2.13. *Tit.*1.1. *Rom.*11.7. *Act.*13.48. *Eph.*2.8. 2. Electio æterna, & temporaria, quæ in tempore fit, & *vocatio* usitatè dicitur, sunt analogæ sibi & conformes. Atqui electio temporaria sive vocatio est ad fidem.

E. &

E.& electio æterna est ad fidem. 3. Electio est ex beneplacito Dei, *Rom.9.11. Eph.2.8.9. Luc.* 12.32. 4. Electio temporaria est ex Dei beneplacito. E. & æterna, *Deut.7.6.7.8.* 5. Fides est effectus electionis, *Matth.*11. 25. 26. *Cap.*13. 11. *Act.*13. 48. *Rom.*8.29.30. 6. Deus prævidit fidem vel in *se ipso*, ut suum donum, & sic sequetur electionem, vel in *homine* ut opus arbitrii humani, quod Pelagianum est. Neq; *Reprobatio* Ratio 1. Reprobatio ex Dei beneplacito est, id quod Scriptura asserit, tum in *thesi*, Rom.9.18.20.21. tum in *hypothesi*, Rom.9.11.12.13.17.Ioh.10.26. 2. Temporaria reprobatio dependet à Dei beneplacito. E.& æterna, *Deut.*4.7.8.32. *Cap.*7.6.7. *Ps.*147.19. *Act.*16.6.7. 3. Reprobatio est circa homines æqualiter corruptos. 4. Infidelitas est consequens reprobationis, *Matth.*11.25.26.*Ioh.*10.26.*Ioh.*12.39.40.*Rom.*9.18.33. 5. Ita nulli reprobati essent, nisi infideles, neç ob aliam causam quàm propter peccata adversùs Evangelium patrata. 6. Ita judicium Dei non esset imperscrutabile, *Rom.*11.33.34, *Rom.*9.14. *&c.* N.

B. *Proinde utrumque & electionis & reprobationis decretum absolutum est à priori, à sola Dei εὐδοκίᾳ dependens, Electionis,* Ratio 1. Id enim expressè docet Scriptura, quæ a. Nullam aliam causam ponit, *Eph.*1.5.11.*Luc.*12.32. b. Quicquid est in homine prævisę fidei, dignitatis aut operum excludit, *Rom.*9.11.*C.*11.32 2. Electio non pendet à merito

 Christi

Christi, & fide, ceu caussis, quia a. Electionis decretum caussa est meriti Christi & fidei 1. *Pet*.1.19. 20. *Act*.13.48. b. Meritum Christi & fides sunt media, exsequendo electionis decreto subordinata, *Rom*.8.29.30. *Eph*.1.5.6.7. 1. *Pet*.1.19.20. *Reprobationis*, Ratio 1. Dependet ex sola Dei εὐδοκίᾳ, *Rom*.9. 11.18. *Matth*.11.25.26. *C*.20.15. *Eph*.1.11. 2. Quia non dependet à peccato ceu causâ; aliâs enim omnes reprobati essent homines, quia omnes peccârunt. L.

C. *Neque tamen, respectum fidei ingredi Electionem, planè negamus.* Est enim hæc phraseologia Scripturæ conveniens, 2. *Thess*. 2.13.14. *Act*.13.48. Si nempe respectus intelligitur *effecti consequentis*, aut *medii* subordinati. Hunc enim docent allegata Scripturæ testimonia. Sin autem est *respectus fidei antecedentis*, tanquam *caussæ* efficientis & *impulsivæ*, prout accipiunt Patroni fidei prævisæ, negatur. Est enim fides electione *posterior*, tanquam medium exsecutionis, & ex ea, ceu proprium effectum à *propria caussa*, dependet, *Rom*.8. *v*.29.30. *Act*, 13. *v*. 48.

D. *Neque inficiamur vel Electionem factam intuitu meriti Christi, vel Christum Mediatorem esse Fundamentum Electionis.* Modò ambiguitas tollatur. Etenim *intuitus meriti Christi* in Electione, vel est *caussæ impulsivæ* antecedentis Electionem, propter quam ipsa facta sit: vel *medii subordinati* sive effecti consequentis: quod Deus

sub:

ſubordinavit exſequendæ electioni ad demonſtrationem juſtitiæ ſuæ. Hoc *ſenſu* rectè dicitur facta Electio intuitu meriti Chriſti, ut eſt *Eph.* 1.4. 1.*Theſſ.* 5.9. *Rom.* 8.29. At ſenſu *priore* id non rectè aſſeritur: nec convenit vel *naturæ* rei, vel *formæ* ſaniorum ſermonum. Certè *effectum* & *medium* Electionis non eſt ejus cauſa efficiens, *Matth.* 13. 11. 1. *Pet.* 1.19. 20. Scriptura quoque nullam cauſam electionis agnoſcit extra Deum & beneplacitum ipſius *Rom.* 9. *Eph.* 1. Ita, ſi *Chriſtus* dicitur *fundamentum* Electionis, aut intelligitur *exſequendæ*; & datur; aut *decernendæ*, & negatur. Quanquam Scriptura Chriſtum *ſalutis, non electionis* fundamentum vocat, 1. *Cor.* 3. *v.* 11. 12.

E. *Admittimus inſuper Electionem factam ſecundum præſcientiam.* Non ſenſu Pelagiano, quo *præſcientia fidei aut operum* ſtatuitur; ſed Apoſtolico, quo πρόγνωσις eſt πρόθεσις: προγνῶναι idem quod προτιθέναι, ut nexus & collatio locorum docet. *Act.* 2. 23. *Cap.* 4. 28.

F. *Neque verò ad* gratiam *tantùm*, *ſed & gloriam electio eſt abſoluta.* Ratio 1. Electio ad ſalutem eſt gratuita excludens opera & gloriationem de iis, *Rom.* 11. 5. 6. 7. *Eph.* 2. 8. 9. 1. *Cor.* 1. 29. & *Cap.* 4. 7. 2. Electi ſunt, ut faciant bona opera, *Eph.* 1. 4. *Ioh.* 15. 16. 3. Vocatio non ex prævisione operum, 2. *Tim.* 3. 10. *Ioh.* 15. 16. 19. *Eph.* 1. 8. 9. 4. Electionis ad gloriam cauſa

est sola Dei εὐδοκία, *Eph.*1.4.5.11.*Rom.*9.11.18.*Luc.*12. 32. 5. bona opera sunt effecta electionis *Eph.*1 4. *cap.*2.8.9. 2. *Thess.*2.13.14. 6. Neque quæ antecedunt justificationem, neque quæ sequuntur sunt causa electionis. Illa enim Deo non placent, hæc sunt effecta gratiæ. P.

XXII. *Sedes* hujus loci propria est, in V. T. Gen. 25. v. 22. 23. Exod 33. 16. & seqq. Deut. 7. v. 6. 7. 8. & seqq. Es. 6. cap. In N. T. Rom. 8. v. 28. & seqq. Item 9. 10. 11. Capp. Eph. 1. cap.

LOCUS V.

DE *Creatione.*

I. H*Actenus de* Decreto, *sequitur ejus* exsecutio.

II. Exsecutio *est* [a] *actio Dei externa, quâ decretum æternum in tempore exsequitur* [b] *ad gloriam suam.* [c] *ideoq; respondet Decreto ipsius.*

a. *Eph.* 1. 11. Omnia agit ex consilio voluntatis suæ. *Ps.* 115. 3. Quicquid voluit, fecit.

b. *Proverb.* 16. 4. Deus omnia fecit propter seipsum.

c. *Act.* 4. 28. Congregati sunt, ut facerent quæcunque manus tua & consilium tuum prius prædestinavit, ut fierent.

III. Exsecutio [a] *alia est Decreti* Generalis, *alia* Specialis : *unde* [b] *pendet distinctio Operum Dei*

Dei in Naturæ & Gratiæ: sive in opera Creationis & Redemptionis.

a. *Eph.* 1. 11. Sumus prædestinati secundùm præstitutum ejus, qui agit omnia ex consilio voluntatis suæ.

b. *Psalm.* 19. 2. Cœli enarrant gloriam Dei, & opus manuum ejus indicat expansum eorum. & v. 8. Doctrina Iehovæ integra est, restituens animam, testimonium Iehovæ verax, sapientiam adferens imperito, &c. *Col.* 1. *v.* 15. 16. Est primogenitus omnis rei conditæ: Nam per eum condita sunt omnia. v. 18. 20. Estque caput corporis id est Ecclesiæ; per quem Pater sibi reconciliavit omnia.

IV. *Exsecutio Decreti* Generalis *est vel* Creatio *vel* Providentia.

Neh. 2. *v.* 6. Iehova tu fecisti cœlos, terram, maria, & quicquid est in eis; & tu conservas hæc omnia. *Col.* 1. 16. 17. Per eum condita sunt omnia; & omnia per eum consistunt.

V. Creatio *est* [a] *prima externa Dei actio, qua* [b] *in principio temporis*, [c] *cœlum & terram cum omnibus, quæ in iis sunt creaturis*, [d] *nulla praexistente materia* [e] *solo verbo produxit.*

a. *Prov.* 8. 22. Possidebat me Iehova principio viæ suæ.

b. *Gen.* 1. 1. In principio creavit Deus cœlum & terram.

c. *Neh.* 9.

c. *Neh.9.6.* Tu ille Iehova solus es, tu fecisti cœlos, cœlos cœlorum, & omnem exercitum eorum; terram & quicquid est in ea; maria & quicquid est in eis.

d. *Psal.33.9.* Dixit & factum est; mandavit & exstitit.

VI. Efficiens *creationis est* [a] *Deus, unus essentia, trinus personis,* [b] *Pater,* [c] *Filius, &* [d] *Spiritus Sanctus.*

a. *Neh.9.v.6.* Tu ille Iehova solus es, tu fecisti cœlos, cœlos cœlorum, &c. *Ier.10.v.10.11.12.* Dii isti qui non fecerunt cœlum & terram, perituri sunt de terra. Iehova verò Deus verus est, Deus vivus & Rex sempiternus: Qui fecit terram virtute sua, stabilit orbem habitabilem sapientia sua, & prudentiâ suâ extendit cœlos.

b. *Act.4.24.* Domine (sc. Pater ex v.25.26.27) tu es Deus ille, qui fecisti cœlum & terram. *1.Cor. 8.v.6.* Nobis unus est Deus, Pater ille, à quo omnia & nos in ipso.

c. *Ioh.1.v.1.3.* In principio erat sermo ille: omnia per hunc sermonem facta sunt, & absque eo factum est nihil, quod factum est. *Col.1.v.16.* Per eum condita sunt omnia, visibilia & invisibilia.

d. *Gen.1.v.2.* Spiritus Dei incubabat superficiei aquarum. *Psalm.33.v.6.* Verbo Iehovæ cœli facti sunt, & Spiritu oris ejus omnis exercitus eorum.

CANO-

Canones.

a. *Creare solius Dei est.* Ratio 1. Deus socios omnes excludit, *Es.* 44. 19. *Iob.* 9. 8. 2. Creatio est opus infinitæ virtutis. 3. Ab Idolis hoc charactere Deus se distinguit, *Ier.* 10. 10. 11.

B. *Creatio toti quidem SS. Trinitati ascribitur, Patri tamen singulariter.* Id quod est ab ordine modóque operationis in creatione. Creavit enim non ab alio, sed à se, utpote fons Deitatis & operationum divinarum. *Filius* autem & *Spiritus S.* non à se, sed à Patre creârunt, & Pater per ipsos 1.*Cor.*8.6. *Rom.*11.36.

VII. Materia *praexistens* a *nulla fuit. Hinc* b *Mundus dicitur ex nihilo conditus. At quæ efformandis aliis corporibus ipsâ creatione producta fuit,* c *cœli, terræ, lucísque nominibus designatur.*

a. *Gen.*1.1. In principio creavit Deus cœlum & terram.

b. *Hebr.* 11. 3. Quæ cernimus non sunt ex apparentibus facta. 2. *Cor.* 4. *v.* 6. Deus dixit, ut ex tenebris lux splendesceret.

c. *Gen.* 1. 11. Herbescat terra. v. 14. Sunto luminaria in expanso cœli. v. 20. Abundè progignunto aquæ. v. 24. Producat terra animantia.

Canones.

A. *Phrasis, ex* nihilo mundum creatum esse;

ſe; *non eſt Scripturæ Formaliter* nempe; *materialiter* illi reſpondent, *non apparentia*, Hebr.11.3. A Scholis tamen Theologicis uſurpata, iiſque oppoſita, qui vel *æternitatem* mundi propugnârunt, ut Ariſtoteles & Peripatetici; vel eum *ex materia quadam* productum aſſeruerunt, ut Anaximander, Anaximenes, Democritus, Anaxagoras, atque alii Philoſophi, inter ſe tamen opinionibus diverſi, ut Laërtius memorat.

B. *Particula* Ex *hic nec efficientem notat, nec materiam, ſed terminum & ordinem.* Notat nempe ordinem quendam inter nihil & rem; non quidem ſecundùm rem, ſed ſecundùm noſtrum intelligendi & loquendi modum, quo ipſum nihil, ut terminum aliquem concipimus. Ita dicitur: quicquid fit, è contrariis fit, non *ut è materia*; hoc enim fieri nequit, quia ſic contraria contrariis ineſſent, ſed velut *è termino* eóq; potiùs *poſt contrarium*, quàm *è contrario.* Atque hoc modo dicitur mundus eſſe ex nihilo, id eſt, *poſt nihilum*, cùm nihil antè fuiſſet, nullo præſuppoſito aut præexiſtente.

C. *Vox* nihil *accipitur non privativè, ſed negativè & infinitè.* Illud enim negat de *certo* ſubjecto; hoc *omne* ſubjectum negat.

D. *Creatio alia Mediata eſt, alia immediata. Illa* eſt ex materia præexiſtente indiſpoſita; *Hæc* eſt productio rei ex nihilo, quanquam & prior dici poſſit eſſe ex nihilo, ſecundum

quid

quid 1. quia materia eſt rudis & indiſpoſita, adeoque materialiter inhabilis, ad recipiendam talem formam, ut limus terræ, coſta viri. *Illa* autem pro nihilo verè haberi poteſt. 2. quia forma ex nihilo à Deo producitur quæ dat eſſe rei.

E. *Proinde quædam ex nihilo creata ſunt, quædam ex materia præexiſtente.* Ex *nihilo* ſunt creata 1. Cœlum ſupremum. 2. maſſa rudis & informis. 3. Primæva lux. 4. Angeli & Animæ Hominum. Ex *materia præexiſtente*. 1. Expanſum, 2. Sidera, ſol, luna & ſtellæ. 3. Herbæ, frutices, plantæ. 4. Animalia, piſces, aves. 5. Vir ex limo, mulier ex coſta.

VIII. Forma *Creationis conſiſtit* [a] *partim in potentiſſima rerum omnium productione*, [b] *partim in ſapientiſſima earundem diſpoſitione, atque etiam exornatione.*

a. *Pſal.* 33. 9. Dixit, & factum eſt, &c. *Ier.* 10. v. 12. Fecit terram virtute ſua.

b. *Pſalm.* 104. *v.* 24. Quàm omnia ſapienter feciſti! *Ier.* 10. *v.* 12. Stabilit orbem habitabilem ſapientiâ ſuâ, & prudentiâ ſuâ extendit cœlos.

CANON.

Modus creandi in protoctiſia obſervatur triplex: κλίσις, ποιήσις & πλάσις. *Illa* eſt creatio ſive productio ex nihilo ſimpliciter. *Iſta* effectio rei ex materia præexiſtente, ſed inhabili. *Hæc* eſt fictio ſive figuratio, & illa quidem pro-

productio ex materia est sed artificiosa, qualis figuli esse solet.

IX. Finis *Creationis summus est* [a] *gloria Dei;* [b] *per declarationem cùm sapientiæ, tum potentiæ, tum denique bonitatis ejus ; subalternus est* [c] *ipsiusmet hominis utilitas ac felicitas.*

a. *Prov.* 16, 4. Deus omnia fecit propter se ipsum. *Psalm.* 19. *v.* 2. Cœli enarrant gloriam Dei.

b. *Rom.* 1. *v.* 20. Ex rebus creatis perviden-tur invisibilia Dei, æterna videlicet ejus tum potentia, tum divinitas.

c. *Gen.* 1. *v.* 27. 28. 29. Creavit Deus hominem ad imaginem suam; & dixit eis : implete terram , eamque subjicite , & dominamini in pisces maris , & volucres cœli : Ecce dedi vobis omnes herbas sementantes semen , &c. *Psal.* 8. *v.* 5. Quid est mortalis , quòd memor sis ejus ? aut filius hominis quòd visites eum ?

X. Effecta *sunt* [a] *ipsa creaturæ , sive opera creationis ,* [b] *distinctè intra sex primos dies , producta.*

a. *Gen.* 2. *v.* 1. Ita perfecti sunt cœli & terra , & omnis exercitus illorum.

b. *Exod.* 20. *v.* 11. Sex diebus perfecit Iehova cœlum ipsum, & terram , & mare , & quicquid est in eis.

XI. Primi *diei opera fuerunt* : [a] *Cœlum , unà tum* [b] *Cœlitibus Angelis* : [c] *Terra , abysso aqua-*

aquarum circumdata ; *&* d *primæva Lux.*

a. *Gen.* 1. *v.*1. In principio creavit Deus cœlum.

b. *Psalm.* 148. *v.*4.1.2.5. Laudate Iehovam cœli cœlorum. Laudate eum cœlites. Laudate eum omnes Angeli ejus. Quia ipso præcipiente, illico creata sunt.

c. *Gen.*1. *v.*1. 2. In principio creavit Deus cœlum & terram. Terra autem erat res inanis & informis, tenebræque erant in superficie abyssi.

d. *Ibid. v.*3. Dixit Deus, esto lux, & fuit lux. 2.*Cor.* 4. *v.* 6. Deus dixit, ut è tenebris lux splendesceret.

CANONES.

A. *Angelorum Creatio ad hanc diem primam commodissimè refertur.* Ratio 1. quia tum creatum fuit eorum domicilium. 2. die primo creationis cecinisse dicuntur, *Iob.* 38.4.5.6.7.

B. *Materia prima nomine neque nihil intelligimus neque substantiam omnis formæ expertem & concreatam, sed rudem illam terræ molem prima die conditam.* *Non illud*, quia 1. Negat materiam primam, quæ tamen necessaria est. a. quia Deus plerasque creaturas ex illa produxit. b. In nullo genere causarum progressus datur in infinitum. c. Si non datur materia prima, nec dabitur secunda, quia hæc absque illa dari nequit, & sic omnia essent ex nihilo. 2. Sub-

 stantia

ſtantia corporea non eſt nihilum. Nec iſtam, quæ Ariſtotelica eſt, & quam Theologi etiam quidam ſequuntur, quia rationes, quibus eam aſſertum eunt non ſunt ſufficientes. Dicunt 1. eſſe principium ſimplex contradiſtinctum formæ, ſed negatur hoc, non fuit expers omnis formæ, ſed elegantioris tantùm. 2. quia non per ſe ſubſtiterit ſed in compoſito tanquam eſſentialis ejus pars. Partes autem eſſentiales Deum creâſſe in totis, non extra ea, ſicque materiam primam concreâſſe potiùs, quàm creâſſe. *Verùm*, dicimus, Materiam *illam per ſe* ſubſtitiſſe tanquam ſubſtantiam primam, conſervatam virtute SpiritusS.; nec perpetuum, partes eſſentiales in totis concreari. Corpus enim hominis formatum, priuſquam anima ipſi infunderetur. *Hanc* deniq; eſſe veram materiam primam, probamus 1. quia eâ non datur prior. 2. Ex ea corpora primùm producta ſunt, & in eam ultimò reſolvuntur. 3. Eſt informis ſed omnium formarum ſucceſſivè capax.

XI. Secundi *diei opera ſunt* [a] *Expanſum, & per illud* [b] *aquarum ſuperiorum ſive nubium, ab inferioribus diviſio.*

a. Gen. 1. v. 7. Fecit Deus expanſum.

b. *Ibid.* Quod diſtinguit inter aquas, quæ ſunt infra expanſum, & ſupra expanſum: & fuit ita.

Canon.

Expansum nihil aliud est, quàm cœlum. Cœlum, inquam, tum *aëreum*, tribus regionibus distinctum, in quibus meteora aërea, aquea & ignea generantur; tum *æthereum*, quod inde à Luna usque ad supremum cœlum patet, orbésque septem Planetarum & Sphæram octavam ac nonam complectitur.

XII. Tertii *diei opera sunt* [a] *Collectio aquarum inferiorum in alveos sive maria*: [b] *Exsiccatio terræ*: [c] *Germinum productio, & cum ea* [d] *Paradisi plantatio.*

a. *Gen.* 1. 9. Dixit Deus confluant aquæ istæ, quæ sub hoc cœlo sunt in locum unum.

b. *Ibid.* Et conspicua sit arida & fuit ita.

c. *Vers.* 11. Herbescat terra herbulas, herbas sementantes semen, & arbores fructiferas, edentes fructum, & fuit ita.

d. *Gen.* 2. 8. Plantaverat Iehova Deus hortum in Heden.

Canones.

A. *Paradisus non amplius superest in terris.* Ratio 1. Nullum horti illius exstat vestigium. 2. Nullus ejus usus. 3. Aquis diluvii est destructus. P.

B. *Arbor vitæ sic dicitur, tam Physicè quàm Sacramentaliter. Physicè*, quòd insita ei fuerit vis vegetandi, conservandi & prorogandi vitam hominis naturalem. *Sacramentaliter* etiam, quòd

fuerit efficax signum & Symbolum vitæ æternæ ac cœlestis, donandæ homini, si non peccaret. Sicut panis & vinum nec non alia Elementa utriusque notionis rationem habent. Hæc sententia est *Augustini* lib. 14. de Civit. Dei c. 26. & lib. 6. de Gen. ad liter. cap. 28. item lib. 8. cap. 5. inter se collatis. Et verò non obscurè demonstrari potest ex Scriptura *Gen.* 3. 22. *Proverb.* 15. 4. *Apoc.* 2. 7. *Cap.* 22. 2. Posterius etiam illustratur antithesi arboris scientiæ boni & mali, *Gen.* 2. 9.

XIII. Quarti *diei opera sunt* : *luminaria cœlestia* : *Sol*, *Luna*, *& Stellæ*.

Gen. 1. 14. 15. 16. Dixit Deus : sunto luminaria in expanso cœli : &c. & fuit ita. Fecit enim Deus duo illa luminaria magna, majus ad præfecturam diei, & luminare minus ad præfecturam noctis, atque stellas.

CANON.

Usus luminarium triplex est. *Primus* in distinctione lucis à tenebris sive diei artificialis à nocte. *Alter* in notandis ac disterminandis vicibus ac tempestatibus anni. Tertius in communicatione virium suarum, quibus hæc inferiora ab ipsis imbuta variè afficiuntur.

XIV. Quinti *diei opera sunt* : *Pisces & Aves*.

Gen. 1. *v.* 20. 21. Dixit Deus : abunde progignunto aquæ reptilia animantia, & volucres volanto super terram. Et creavit Deus cetos maxi-

maximos, & animantia omnia repentia, quæ abundè progenuerunt aquæ in ſpecie ipſorum: omnes volucres alatas in ſpecies ſuas.

XV. Sexti *diei opera ſunt* : [a] *Animalia terreſtria* , *&* [b] *Homo, ad Dei imaginem conditus* , [c] *diſtincto ſexu.*

a. *Gen.* 1. *v.* 24. Producat terra animantia in ſpecies ipſorum, pecudes & reptilia, beſtiáſq; terrenas in ſpecies ſuas; & fuit ita.

b. *V.* 26. 27. Poſtea dixit Deus: faciamus hominem ad imaginem noſtram, ſecundum ſimilitudinem noſtram; qui dominetur in piſces maris, &c. Itaque creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit eum.

c. *Ibid.* Marem & fœminam creavit eos. *Cap.* 2. *v.* 7. Finxit Iehova Deus hominem de pulvere terræ, ſufflavitque in nares ejus halitum vitæ: Sic factus eſt homo anima vivens. v. 22. Exſtruxit Iehova Deus ex coſta illa, quam ſumſerat de Adamo, mulierem; eamque adduxit ad eum.

Canones de Creatione Hominis.

A. *Adamus integer habuit juſtitiam originalem.* Ratio 1. Integer & valde bonus fuit creatus, quod probat a. Scriptura, *Eccl.* 7. 29. *Gen.* 1. *v.* 31. *Gen.* 2. 25. b. *Ratio.* Ideo enim Deus hominem creavit, ut creatorem ſuum rectè agnoſceret & coleret. 2. Ex creatione habuit ima-

 ginem

ginem Dei quæ consistebat in sapientia Dei, justitia & sanctitate, *Col. 3. v. 10. Eph. 4. 24. coll. cum Gen. 1. 26. 27.* S.

B. *Idem ante lapsum fuit immortalis nec moriturus omnino nisi peccásset.* Ratio 1. Adamus mortem peccato contraxit. Probatur a. Eam Deus homini integro in pœnam peccati comminatus est. b. Eandem post peccatum jam admissum denuntiavit. c. Scriptura mortem ut stipendium peccati proponit. 2. Homo ad imaginem Dei conditus fuit in justitia & sanctitate. a. quia in beata immortalitate ei similis esse debuit. b. Ubi est justitia perfecta & naturalis, ibidem etiam vita perfecta est & naturalis. 3. De primo homine negantur causæ mortalitatis proximæ, tum *internæ, δυσκρασία* humorum, tum *externæ*, ut corruptio Elementorum, carentia alimenti, vis vel hominum vel bestiarum. 4. Est contra & præter naturam integram. a. Est destructio hominis. b. Horret natura mortem. c. In restauratione naturæ perfectæ abolebitur, 1. *Cor.* 15. 16. S.

C. *Hæc autem justitia originalis, & immortalitas primi hominis dona fuerunt naturalia, non supernaturalia.* Quatenus *naturale* est id, quod primus homo cum ipsa natura accepit: *Supernaturale* autem, quod supra naturam integram est ejusque conditionem. Ratio 1. Utrum-

que

que cum ipsa natura primo homini fuit communicatum. Nam a. Homo primus in imagine Dei fuit creatus b. Deus hominem fecit rectum & bonum. At rectitudo illa & bonitas, quâ moralis, sunt ipsissima justitia originalis. 2. Nisi peccâssent Protoplasti, justitiam originalem & immortalitatem propagâssent. Nam a. Adam eam naturam propagare debuisset, quam *habuit*, Gen. 1. 27. 28. b. Corruptus propagavit naturam corruptam. E. integer integram. P.

D. *Calumnia tamen est, Reformatos dona supernaturalia nullo respectu in primo homine agnoscere.* Sapientia, Iustitia, Sanctitas, ac beata Immortalitas, nec non dona alia (quibus in creatione ornatus fuit primus homo, *Gen.* 1. 26. 27.) *Supernaturalia* certè fuerunt, si ex *statu peccati* aut gratiæ æstimentur post lapsum. Sunt enim *supra naturam corruptam* peccato; & nonnisi supernaturali gratia restituuntur & obtingunt fidelibus. In *statu* tamen *integritatis* fuerunt dona *naturalia* potiùs: utpote quæ cum ipsa natura collata primo homini, eidemque concreata fuerunt. Tum etiam supra naturam integram esse nequiverunt nisi fingantur divina fuisse aut angelica; quod conditio naturæ humanæ non patitur.

E. *Calumnia est etiam Reformatos naturalia alia fingere in statu integritatis, alia in statu peccati:*

Illic tribuere homini liberum arbitrium, hic detrahere. *Naturalia* enim ambiguè dici, non est ignotum. Si hoc Epitheto significantur, aut partes hominis *essentiales* & integrales: aut *proprietates* utriusque, aut etiam *propria operationes*, asserimus, naturalia hominis in utroq; statu esse *prorsus eadem*, non diversa alia atque alia, plura vel pauciora. Etiam *liberum arbitrium* asserimus commune esse utrique statui, sed *physicè*, & *absolutè* spectatum: quatenus est facultas agendi ἐκ προαιρέσεως, praeeunte mentis judicio, & sequente libero voluntatis assensu, aut dissensu, citra coactionem, sed quatenus *relatè* consideratur, ad bonum morale & spirituale, habuit illud homo in statu primo, sed amisit in statu peccati; in quo non ampliùs liberum, sed servum est peccati, teste Christo, *Ioh.* 8.34. & Apostolo, *Rom.* 6. 16. 17.

F. *Homo primus in statu innocentiae eguit speciali Dei auxilio ad bene semper operandum: & peccata constanter vitanda.* Ratio 1. Sine eo in tentatione stare non potuit, sed lapsus est. 2. Homo in omni operatione dependet à generali & speciali Dei cooperatione; id quod probat a. *Scriptura*, Act.17.28. Ioh. 15.5. b. *Ratio*. Causa secunda in omni actione dependet à prima. 3. Perseverantia in bono, est specialis gratiae beneficium. 4. Nihil unquam habuit homo,

homo, quod non acceperit à Deo. 5. Ita se habet res in Angelis bonis, qui nonnisi gratiâ electionis servantur, 1. *Tim.* 5. 21. 6. Id verum est de bonis naturæ. E. multò magis gratiæ. 7. Sic sine Deo potuisset Diabolum vincere. P.

G. *Neque tamen ulla inclinatio ad peccandum fuit in homine integro.* Ratio 1. Ante lapsum omnia fuerunt valde bona. 2. Inclinationes hominis ante lapsum fuerunt à Deo. 3. Inclinatio ad peccandum, non subsistit cum inclinatione ad Deum perfectè diligendum, quæ in eo fuit, in quo justitia originalis. 4. Scriptura S. hanc inclinationem homini demum tribuit post peccatum, *Gen.* 6. 5. *Cap.* 8. 21.

H. *Pura naturalia in statu integritatis sunt purum figmentum.* *Pura naturalia* Pelagiani, Pontificii, Samosateniani vocant *medium quendam statum*, quo homo à Deo conditus sit nec justus, nec injustus. *Naturalia* vocant, quia sunt vel partes, vel proprietates naturæ. *Pura* autem opposite ad accidentia, & accessorias qualitates: hujusmodi juxta Pontificios in statu primo fuit, *justitia originalis* in secundo, *culpa originalis.* Hoc verò commentum rejicitur argumento, quia homo præditus fuit justitia tam habituali, quàm actuali. *Habituali* 1. Erat conditus ad imaginem Dei. 2. Rectus & bonus. 3. Deus substantias in creatione idoneis ac necessariis qualitatibus instruxit ad exercendas operationes. 4. In

ſtatu corrupto naſcitur homo cum injuſtitia originali. *Actuali*, Ratio 1. Actus ſunt conformes ſuis habitibus. Nam qualis cauſa, talis effectus. 2. Vita æterna Adamo obſignata fuit ſacramento arboris vitæ. Illa verò obſignatio facta fuit ſub conditione juſtitiæ actualis. 3. In ſtatu ſecundo homo eſt injuſtus injuſtitia actuali. P.

I. *Totum genus humanum in Adamo ad ſalutem eſt conditum, ratione finis ꝙ, & ſcopi hominis creati, non verò finis ꝗ & intentionis Dei creatoris. Illius ratio* eſt, quia Adamo, &c, in ipſo, toti generi humano edidit promiſſionem ſalutis ac vitæ, ſub conditione perfectæ ac conſtantis obedientiæ. *Finis* igitur ac ſcopus Adæ propoſitus fuit ſalus ac vita. *Hujus* verò, 1. Nec totum, nec dimidium genus humanum ſalutem aſſecutum eſt in Adamo, quod fieri debuiſſet, ſiquidem Deus intendiſſet. 2. In ſecundo Adamo Deus omnes electos condidit ad ſalutem. E. non in primo.

K. *Ambigua eſt locutio*, Deum reprobos creâſſe ad exitium æternum. Diſtinguendum enim inter *creationem primam* & *ſecundam* quæ generis humani propagatione conſtat, ac generatione naturali perficitur. *Prima creatione* non condidit Deus vel electos, vel reprobos propriè loquendo; ſed condidit creaturas rationales, inſtructas imagine ſua, ſalvandas aut damnan-

das

das ſecundum legem , prout eam obſervaturi aut tranſgreſſuri erant , Vide *Gen.* 1. 2. 3. *Capp. Secunda creatione* verò condidit , alios *electos* ad vitam , alios *reprobos* , ad mortem , ut exemplis Eſavi & Iacobi geminorum Apoſtolus docet , *Rom.* 9. *v.* 11. *Fundamentum* reſponſionis hujus eſt : Quod objectum prædeſtinationis eſt maſſa generis humani corrupta. Ex qua ut alios ab æterno elegit ad vitam , alios ad mortem reprobavit ita in tempore quoque condit ſive creat.

L. *Animæ non propagantur per traducem , ſed immediatè à Deo creantur.* Id probant I. *Scripturæ* loca , quorum *alia* docent , Deum ſingulis hominibus dum generantur , creare & infundere animas , ut *Iob.* 33. 4. *Pſalm.* 33. 15. *Zach.* 12. 1. *Eccleſ.* 12. 9. *Eſ.* 42. 5. *Eſa.* 57. 16. *Ezech.* 37. 5. *alia* , Deum non dare aut creare animas eo modo , quo corpora ex corpore vel ſemine Parentum , ſed alio modo , hoc eſt , immediata creatione *Hebr.* 12. 9. *Num.* 16. 22. *Cap.* 27. 16. II. *Rationes* 1. Eadem origo eſt animæ noſtræ , quæ Adami , quod oſtenditur a. *Scripturâ* , 1. *Cor.* 15. [illegible]. 48. b. *Ratione* , quia Adami creatio eſt exemplar formationis omnium hominum. 2. Anima Evæ immediatè à DEO eſt condita , etſi corpus formatum ex coſta Adami. Si enim aliunde anima eſſet forma-

productio ex materia est sed artificiosa, qualis figuli esse solet.

IX. Finis *Creationis summus est* [a] *gloria Dei;* [b] *per declarationem cùm sapientiæ, tum potentiæ, tum denique bonitatis ejus ; subalternus est* [c] *ipsiusmet hominis utilitas ac felicitas.*

a. *Prov.* 16. 4. Deus omnia fecit propter se ipsum. *Psalm.* 19. *v.* 2. Cœli enarrant gloriam Dei.

b. *Rom.* 1. *v.* 20. Ex rebus creatis perviden-tur invisibilia Dei, æterna videlicet ejus tum potentia, tum divinitas.

c. *Gen.* 1. *v.* 27. 28. 29. Creavit Deus hominem ad imaginem suam; & dixit eis : implete terram, eámque subjicite, & dominamini in pisces maris, & volucres cœli : Ecce dedi vobis omnes herbas sementantes semen, &c. *Psal.* 8. *v.* 5. Quid est mortalis, quòd memor sis ejus? aut filius hominis quòd visites eum?

X. Effecta *sunt* [a] *ipsæ creaturæ, sive opera creationis,* [b] *distinctè intra sex primos dies, producta.*

a. *Gen.* 2. *v.* 1. Ita perfecti sunt cœli & terra, & omnis exercitus illorum.

b. *Exod.* 20. *v.* 11. Sex diebus perfecit Iehova cœlum ipsum, & terram, & mare, & quicquid est in eis.

XI. Primi *diei opera fuerunt* : [a] *Cœlum, unâ cum* [b] *Cœlitibus Angelis* : [c] *Terra, abysso aqua-*

aquarum circumdata ; *&* d *primava Lux.*

a. *Gen.* 1. *v.*1. In principio creavit Deus cœlum.

b. *Psalm.* 148. *v.*4.1.2.5. Laudate Iehovam cœli cœlorum. Laudate eum cœlites. Laudate eum omnes Angeli ejus. Quia ipso præcipiente, illico creata sunt.

c. *Gen.*1. *v.* 1. 2. In principio creavit Deus cœlum & terram. Terra autem erat res inanis & informis, tenebræque erant in superficie abyssi.

d. *Ibid. v.*3. Dixit Deus, esto lux, & fuit lux. 2. *Cor.* 4. *v.* 6. Deus dixit, ut è tenebris lux splendesceret.

CANONES.

A. *Angelorum Creatio ad hanc diem primam commodissimè refertur.* Ratio 1. quia tum creatum fuit eorum domicilium. 2. die primo creationis cecinisse dicuntur, *Iob.* 38. 4. 5. 6. 7.

B. *Materia prima nomine neque nihil intelligimus neque substantiam omnis formæ expertem & concreatam, sed rudem illam terræ molem prima die conditam. Non illud*, quia 1. Negat materiam primam, quæ tamen necessaria est. a. quia Deus plerasque creaturas ex illa produxit. b. In nullo genere causarum progressus datur in infinitum. c. Si non datur materia prima, nec dabitur secunda, quia hæc absque illa dari nequit, & sic omnia essent ex nihilo. 2. Sub-

 stantia

ſtantia corporea non eſt nihilum. Nec iſtam, quæ Ariſtotelica eſt, & quam Theologi etiam quidam ſequuntur, quia rationes, quibus eam aſſertum eunt non ſunt ſufficientes. Dicunt 1. eſſe principium ſimplex contradiſtinctum formæ, ſed negatur hoc, non fuit expers omnis formæ, ſed elegantioris tantùm. 2. quia non per ſe ſubſtiterit ſed in compoſito tanquam eſſentialis ejus pars. Partes autem eſſentiales Deum creâſſe in totis, non extra ea, ſicque materiam primam concreâſſe potiùs, quàm creâſſe. *Verùm*, dicimus, Materiam *illam per ſe* ſubſtitiſſe tanquam ſubſtantiam primam, conſervatam virtute Spiritus S.; nec perpetuum, partes eſſentiales in totis concreari. Corpus enim hominis formatum, priuſquam anima ipſi infunderetur. *Hanc* deniq; eſſe veram materiam primam, probamus 1. quia eâ non datur prior. 2. Ex ea corpora primùm producta ſunt, & in eam ultimò reſolvuntur. 3. Eſt informis ſed omnium formarum ſucceſſivè capax.

XI. Secundi *diei opera ſunt* [a] *Expanſum, & per illud* [b] *aquarum ſuperiorum ſive nubium, ab inferioribus diviſio.*

a. Gen. 1. v. 7. Fecit Deus expanſum.

b. *Ibid.* Quod diſtinguit inter aquas, quæ ſunt infra expanſum, & ſupra expanſum: & fuit ita.

Canon.

Expansum nihil aliud est, quàm cœlum. Cœlum, inquam, tum *aëreum*, tribus regionibus distinctum, in quibus meteora aërea, aquea & ignea generantur; tum *æthereum*, quod inde à Luna usque ad supremum cœlum patet, orbésque septem Planetarum & Sphæram octavam ac nonam complectitur,

XII. Tertii *diei opera sunt* a *Collectio aquarum inferiorum in alveos sive maria*: b *Exsiccatio terræ*: c *Germinum productio*, *& cum ea* d *Paradisi plantatio.*

a. *Gen.* 1. 9. Dixit Deus confluant aquæ istæ, quæ sub hoc cœlo sunt in locum unum.

b. *Ibid.* Et conspicua sit arida & fuit ita.

c. *Vers.* 11. Herbescat terra herbulas, herbas sementantes semen, & arbores fructiferas, edentes fructum, & fuit ita.

d. *Gen.* 2. 8. Plantaverat Iehova Deus hortum in Heden.

Canones.

A. *Paradisus non amplius superest in terris.* Ratio 1. Nullum horti illius exstat vestigium. 2. Nullus ejus usus. 3. Aquis diluvii est destructus. P.

B. *Arbor vitæ sic dicitur, tam Physicè quàm Sacramentaliter. Physicè*, quòd insita ei fuerit vis vegetandi, conservandi & prorogandi vitam hominis naturalem. *Sacramentaliter* etiam, quòd

fuerit efficax signum & Symbolum vitæ æternæ ac cœlestis, donandæ homini, si non peccaret. Sicut panis & vinum nec non alia Elementa utriusque notionis rationem habent. Hæc sententia est *Augustini* lib. 14. de Civit. Dei c. 26. & lib. 6. de Gen. ad liter. cap. 28. item lib. 8. cap. 5. inter se collatis. Et verò non obscurè demonstrari potest ex Scriptura *Gen.* 3. 22. *Proverb.* 15. 4. *Apoc.* 2. 7. *Cap.* 22. 2. Posterius etiam illustratur antithesi arboris scientiæ boni & mali, *Gen.* 2. 9.

XIII. Quarti *diei opera sunt* : *luminaria cœlestia: Sol, Luna, & Stellæ.*

Gen. 1. 14. 15. 16. Dixit Deus : sunto luminaria in expanso cœli : &c. & fuit ita. Fecit enim Deus duo illa luminaria magna, majus ad præfecturam diei ; & luminare minus ad præfecturam noctis, atque stellas.

CANON.

Usus luminarium triplex est. *Primus* in distinctione lucis à tenebris sive diei artificialis à nocte. *Alter* in notandis ac disterminandis vicibus ac tempestatibus anni. Tertius in communicatione virium suarum, quibus hæc inferiora ab ipsis imbuta variè afficiuntur.

XIV. Quinti *diei opera sunt* : *Pisces & Aves.*

Gen. 1. v. 20. 21. Dixit Deus : abunde progignunto aquæ reptilia animantia, & volucres volanto super terram. Et creavit Deus cetos maxi-

maximos, & animantia omnia repentia, quæ abundè progennerunt aquæ in ſpecie ipſorum: omnes volucres alatas in ſpecies ſuas.

XV. Sexti *diei opera ſunt* : [a] *Animalia terreſtria*, *&* [b] *Homo, ad Dei imaginem conditus*, [c] *diſtincto ſexu.*

a. *Gen.* 1. *v.* 24. Producat terra animantia in ſpecies ipſorum, pecudes & reptilia, beſtiáſq; terrenas in ſpecies ſuas; & fuit ita.

b. *V.* 26. 27. Poſtea dixit Deus: faciamus hominem ad imaginem noſtram, ſecundum ſimilitudinem noſtram; qui dominetur in piſces maris, &c. Itaque creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit eum.

c. *Ibid.* Marem & fœminam creavit eos. *Cap.* 2. *v.* 7. Finxit Iehova Deus hominem de pulvere terræ, ſufflavitque in nares ejus halitum vitæ: Sic factus eſt homo anima vivens. v. 22. Exſtruxit Iehova Deus ex coſta illa, quam ſumſerat de Adamo, mulierem; eamque adduxit ad eum.

Canones de Creatione Hominis.

A. *Adamus integer habuit juſtitiam originalem.* Ratio 1. Integer & valde bonus fuit creatus, quod probat a. Scriptura, *Eccl.* 7. 29. *Gen.* 1. *v.* 31. *Gen.* 2. 25. b. *Ratio.* Ideo enim Deus hominem creavit, ut creatorem ſuum rectè agnoſceret & coleret. 2. Ex creatione habuit ima-

ginem Dei quæ conſiſtebat in ſapientia Dei, juſtitia & ſanctitate, *Col.* 3. *v.* 10. *Eph.* 4. 24. *coll. cum Gen.* 1. 26. 27. S.

B. *Idem ante lapſum fuit immortalis nec moriturus omnino niſi peccaſſet.* Ratio 1. Adamus mortem peccato contraxit. Probatur a. Eam Deus homini integro in pœnam peccati comminatus eſt. b. Eandem poſt peccatum jam admiſſum denuntiavit. c. Scriptura mortem ut ſtipendium peccati proponit. 2. Homo ad imaginem Dei conditus fuit in juſtitia & ſanctitate. a. quia in beata immortalitate ei ſimilis eſſe debuit. b. Ubi eſt juſtitia perfecta & naturalis, ibidem etiam vita perfecta eſt & naturalis. 3. De primo homine negantur cauſæ mortalitatis proximæ, tum *internæ*, *δυσκρασία* humorum, tum *externa*, ut corruptio Elementorum, carentia alimenti, vis vel hominum vel beſtiarum. 4. Eſt contra & præter naturam integram. a. Eſt deſtructio hominis. b. Horret natura mortem. c. In reſtauratione naturæ perfectæ abolebitur, 1. *Cor.* 15. 16. S.

C. *Hæc autem juſtitia originalis, & immortalitas primi hominis dona fuerunt naturalia, non ſupernaturalia.* Quatenus *naturale* eſt id, quod primus homo cum ipſa natura accepit: *Supernaturale* autem, quod ſupra naturam integram eſt ejuſque conditionem. Ratio 1. Utrumque

que cum ipsa natura primo homini fuit communicatum. Nam a. Homo primus in imagine Dei fuit creatus b. Deus hominem fecit rectum & bonum. At rectitudo illa & bonitas, quâ moralis, sunt ipsissima justitia originalis. 2. Nisi peccâssent Protoplasti, justitiam originalem & immortalitatem propagâssent. Nam a. Adam eam naturam propagare debuisset, quam *habuit*, Gen. 1. 27. 28. b. Corruptus propagavit naturam corruptam. E. integer integram. P.

D. *Calumnia tamen est, Reformatos dona supernaturalia nullo respectu in primo homine agnoscere.* Sapientia, Iustitia, Sanctitas, ac beata Immortalitas, nec non dona alia (quibus in creatione ornatus fuit primus homo, *Gen.* 1. 26. 27.) *Supernaturalia* certè fuerunt, si ex *statu peccati* aut gratiæ æstimentur post lapsum. Sunt enim *supra naturam corruptam* peccato; & nonnisi supernaturali gratia restituuntur & obtingunt fidelibus. In *statu* tamen *integritatis* fuerunt dona *naturalia* potiùs: utpote quæ cum ipsa natura collata primo homini, eidemque concreata fuerunt. Tum etiam supra naturam integram esse nequiverunt nisi fingantur divina fuisse aut angelica; quod conditio naturæ humanæ non patitur.

E. *Calumnia est etiam Reformatos naturalia alia fingere in statu integritatis, alia in statu peccati:*

Illic tribuere homini liberum arbitrium, *hic detrahere*. *Naturalia* enim ambiguè dici, non est ignotum. Si hoc Epitheto significantur, aut partes hominis *essentiales* & integrales: aut *proprietates* utriusque, aut etiam *propria operationes*, asserimus, naturalia hominis in utroq; statu esse *prorsus eadem*, non diversa alia atque alia, plura vel pauciora. Etiam *liberum arbitrium* asserimus commune esse utrique statui, sed *physicè*, & *absolutè* spectatum: quatenus est facultas agendi ἐκ προαιρέσεως, præeunte mentis judicio, & sequente libero voluntatis assensu, aut dissensu, citra coactionem, sed quatenus *relatè* consideratur, ad bonum morale & spirituale, habuit illud homo in statu primo, sed amisit in statu peccati; in quo non ampliùs liberum, sed servum est peccati, teste Christo, *Ioh.* 8. 34. & Apostolo, *Rom.* 6. 16. 17.

F. *Homo primus in statu innocentiæ eguit speciali Dei auxilio ad bene semper operandum*: *& peccata constanter vitanda*. Ratio 1. Sine eo in tentatione stare non potuit, sed lapsus est. 2. Homo in omni operatione dependet à generali & speciali Dei cooperatione; id quod probat a. *Scriptura*, Act. 17. 28. Ioh. 15. 5. b. *Ratio*. Causa secunda in omni actione dependet à prima. 3. Perseverantia in bono, est specialis gratiæ beneficium. 4. Nihil unquam habuit homo,

homo, quod non acceperit à Deo. 5. Ita se habet res in Angelis bonis, qui nonnisi gratiâ electionis servantur, 1. *Tim.* 5. 21. 6. Id verum est de bonis naturæ. E. multò magis gratiæ. 7. Sic sine Deo potuisset Diabolum vincere. P.

G. *Neque tamen ulla inclinatio ad peccandum fuit in homine integro.* Ratio 1. Ante lapsum omnia fuerunt valde bona. 2. Inclinationes hominis ante lapsum fuerunt à Deo. 3. Inclinatio ad peccandum, non subsistit cum inclinatione ad Deum perfectè diligendum, quæ in eo fuit, in quo justitia originalis. 4. Scriptura S. hanc inclinationem homini demum tribuit post peccatum, *Gen.* 6. 5. *Cap.* 8. 21.

H. *Pura naturalia in statu integritatis sunt purum figmentum.* *Pura naturalia* Pelagiani, Pontificii, Samosateniani vocant *medium quendam statum*, quo homo à Deo conditus sit nec justus, nec injustus. *Naturalia* vocant, quia sunt vel partes, vel proprietates naturæ. *Pura* autem opposite ad accidentia, & accessorias qualitates: hujusmodi juxta Pontificios in statu primo fuit, *justitia originalis* in secundo, *culpa originalis*. Hoc verò commentum rejicitur argumento, quia homo præditus fuit justitia tam habituali, quàm actuali. *Habituali* 1. Erat conditus ad imaginem Dei. 2. Rectus & bonus. 3. Deus substantias in creatione idoneis ac necessariis qualitatibus instruxit ad exercendas operationes. 4. In

das ſecundum legem, prout eam obſervaturi aut tranſgreſſuri erant, Vide *Gen.* 1. 2. 3. *Capp.* *Secunda creatione* verò condidit, alios *electos* ad vitam, alios *reprobos*, ad mortem, ut exemplis Eſavi & Iacobi geminorum Apoſtolus docet, *Rom.* 9. *v.* 11. *Fundamentum* reſponſionis hujus eſt: Quod objectum prædeſtinationis eſt maſſa generis humani corrupta. Ex qua ut alios ab æterno elegit ad vitam, alios ad mortem reprobavit ita in tempore quoque condit ſive creat.

L. *Animæ non propagantur per traducem, ſed immediatè à Deo creantur.* Id probant I. *Scripturæ* loca, quorum *alia* docent, Deum ſingulis hominibus dum generantur, creare & infundere animas, ut *Iob.* 33. 4. *Pſalm.* 33. 15. *Zach.* 12. 1. *Eccleſ.* 12. 9. *Eſ.* 42. 5. *Eſa.* 57. 16. *Ezech.* 37. 5. *alia*, Deum non dare aut creare animas eo modo, quo corpora ex corpore vel ſemine Parentum, ſed alio modo, hoc eſt, immediata creatione *Hebr.* 12. 9. *Num.* 16. 22. *Cap.* 27. 16. II. *Rationes* 1. Eadem origo eſt animæ noſtræ, quæ Adami, quod oſtenditur a. *Scripturâ*, 1. *Cor.* 15. *v.* 48. b. *Ratione*, quia Adami creatio eſt exemplar formationis omnium hominum. 2. Anima Evæ immediatè à DEO eſt condita, etſi corpus formatum ex coſta Adami. Si enim aliunde anima eſſet forma-

formata, Scriptura id indicâsset, vel Adam originem illam animæ à sua agnovisset & prædicâsset. 3. Anima est immaterialis & immortalis. E. non generata. 4. Anima nec ab alterutro, nec ab utroque Parente propagatur. Si enim ab utroque, tunc duæ animæ coalescerent in unam: Si à Patre tantùm, detur ratio, cur non æquè à matre, quæ etiam est principium generationis, non materiale tantùm, sed etiam activum.

M. *Neque tamen propterea vel peccati originalis negatur propagatio, vel Deus, quasi injustus & peccati autor, est accusandus.* *Non negatur illa*, quia nec creatio animarum impedit propagationem peccati, nec tradux eam juvat, sive causam proximam sive remotam spectes. *Causa proxima* est impura generatio hominis ex homine. Si igitur homo rectè dicitur gignere hominem. etiamsi non gignat animam, quidni etiam possit propagare peccatum. *Causa remota*, non est substantia carnis aut animæ, sed judicium & justa ordinatio Dei, quâ à Deo ita fuit ordinatum, ut quæ primo homini data contulerat, illa tam sibi quàm posteris suis haberet simul & perderet. Ergo undecunque sit anima, rea est & manet peccati Adæ. *Non asseritur hoc*, quia, etsi creentur animæ à Deo, creantur in corporibus & hypostaticè uniuntur cum iis, ut ex anima & corpore fiat homo, & sic

ſic homo hominem gignit. Corpora autem jam, propter peccatum, ſunt impura. Integram ergo etſi Deus infundat, mox tamen à vaſe, quo excipitur, contrahit corruptionem.

XVII. Subjectum *Creationis occupans, & quaſi terminus ejus eſt* [a] *Mundus, partibus tribus,* [b] *cœlo, terra, & aquis conſtans. Recipiens creaturarum eſt idem Mundus,* [c] *pro vario partium ſitu, diverſas eis ſedes præbens:* [d] *à quibus etiam ipſæ creaturæ denominationem ſortiuntur.*

a. *Hebr.* 11. *v.* 3. Per fidem intelligimus compactum fuiſſe mundum verbo Dei.

b. *Exod.* 20. *v.* 11. Sex diebus perfecit Iehova cœlum ipſum, & terram, mare, & quicquid eſt in eis.

c. *Gen.* 1. *v.* 28. Dominamini in piſces maris, in volucres cœli, & in omnes beſtias reptantes ſuper terram.

d. *Phil.* 2. *v.* 10. Cœleſtia, terreſtria, & ſubterranea.

XVIII. Adjuncta *creationis à Creatoris Dei* [a] *proprietatibus, præcipuè tamen ab ejus ſapientia, potentia, & bonitate dependent & relucent. Adjuncta creaturarum ſunt* [b] *bonitas,* [c] *finitudo in loco & tempore,* & [d] *mutabilitas.*

a. *Rom.* 1. *v.* 20. Ex rebus creatis pervidentur æterna ejus tum potentia, tum divinitas.

1. *Cor.* 1.

1. *Cor.* 1. 21. In Dei sapientia mundus non cognovit Deum per istam sapientiam.

b. *Gen.* 1. 31. Inspexit Deus quicquid fecerat: Ecce autem bonum erat valde.

c. *Gen.* 1. 1. In principio creavit Deus cœlum & terram (videlicet intra primos sex dies.) *Neh.* 9. v. 6. Tu fecisti cœlos; cœlos cœlorum, & omnem exercitum eorum; terram & quicquid est in ea, maria, & quicquid est in eis.

d. *Psalm.* 102. 27. Ista peritura sunt, tu autem permanes: ista, *inquam*, omnia ut vestimentum veterascent, ut indumentum mutabis ea, & mutabuntur.

Sedes hujus loci propria est in V. T. Gen. 1. & 2. Capp. Psalm. 104. & 148. Proverb. Cap. 8. In Novo Test. Ioh. 1. ℣. 1. 2. 3. 4. 5. Act. 17. 24. & seqq. Col. 1. v. 15. 16. 17.

LOCUS VI.
DE
Providentia.

I. F*Vit Creatio.* Providentia *est* a *altera externa Dei actio*, b *quâ res à se creatas moderatur.*

a. *Ioh.* 5. v. 17. Pater meus operatur usque adhuc & ego operor.

b. *Dan.* 4. *vers.* 35. Pro voluntate sua facit in

in exercitu cœli, & habitatoribus terræ: neque est qui prohibeat manum ejus, aut dicat ei, quid facis.

II. *Estq;* Communis, *vel* Propria.

Psalm. 8. *v.* 2. 3. 5. Jehova, Domine noster, quàm magnificum est nomen tuum in universa terra? Ab ore infantium & lactentium fundâsti robur. Quid est mortalis, quod memor sis ejus? *Psalm.* 36. *vers.* 7. Homines & jumenta conservas Iehova.

III. Communis *dicitur*, [a] *qua mundum universum, & quæ in eo sunt aut fiunt, conservat & gubernat*, [b] *ad gloriam suam, & electorum suorum salutem.*

a. *Neh.* 9. *v.* 6. Jehova tu conservas hæc omnia. *Hebr.* 1. *v.* 3. Sustinet omnia verbo suo potente. *Psalm.* 135. *v.* 6. Quicquid placet sibi, Iehova facit, in cœlis ac in terra, per maria & omnes abyssos.

b. *Prov.* 16. *v.* 4. Deus omnia fecit propter seipsum. *Rom.* 8. 28. Iis qui diligunt Deum, simul cooperantur omnia in bonum.

IV. *Ejus* Efficiens *est Deus* [a] *Pater*, [b] *Filius*, *&* [c] *Spiritus Sanctus, à principio rerum usque ad finem continuè operans. Impulsiva est* [d] *placitum ipsius in creaturis, tanquam operibus suis. Instrumenta sunt ipsæ creaturæ* [e] *supremi moderatoris administræ; pro voluntate ipsius.*

a. *Ioh.* 5.

a. Ioh. 5. *v.*17. Pater meus operatur usque adhuc.

b. *Hebr.* 1. *v.*3. Filius sustinet omnia verbo suo potente.

c. *Iob.* 33. *v.*4. Spiritus Dei fecit me, & adflatus omnipotentis vitam indidit mihi.

d. *Gen.* 1. 31. Inspexit Deus quicquid fecerat, ecce autem bonum erat valde. *Dan.* 4. *v.*35. Pro voluntate sua facit in exercitu cœli, & habitatoribus terræ: neque est qui prohibeat manum ejus, aut dicat ei quid facis?

e. *Hos.* 2. *v.* 21. 22. Ego exaudiam cœlos & ipsi exaudient terram, & terra exaudiet frumentum, & mustum, & oleum, & ista exaudient Israëlem. *Hebr.* 1. *v.* 14. Angeli sunt ministratorii Spiritus. Rom. 13. v. 4. Magistratus Dei minister est. *Ioël.* 2. *v.* 11. Insecta copiæ Iehovæ perdendis frugibus.

Canon.

Providentia Dei non expressis tantùm Scripturæ testimoniis, sed etiam rationibus adstruitur. Illa potissimùm sunt, *Psalm.* 33. 13. 14. 15. *&* 36. 7. *&* 104. 27. *& seqq.* 115. 5. *& seqq. Matth.* 6. 26. *Cap.* 10. *v.* 29. *Act.* 14. 15. *Hæ* verò peti possunt à *Natura* Dei; ab *ordine* in Natura creata divinitus sancito; à *Lege Naturæ*, ab Executione hujus legis, in præmiis virtutum, & pœnis vitiorum, à constitutione ac mutatione Imperiorum, & quæ sunt hujus generis alia.

V. Mate-

V. Materia *circa quam*, *sive Objectum Providentiæ Communis sunt* [a] *omnes omninò res*, [b] *maximæ*, [c] *medioxumæ*, [d] *minimæ*, *sive* [e] *necessariæ*, *sive* [f] *contingentes*, [g] *sive liberæ*; *harum* [h] *actiones*, [i] *passiones*, & [k] *eventus*.

a. *Psalm.* 24. *v.* 1. Iehovæ est terra, & quod implet eam; orbis habitabilis; & qui habitant in eo.

b. *Iob.* 28. *v.* 24. 25. 26. Deus intuetur in extremitates terræ, sub omnibus cœlis videt: aptando pondus aëri, & appendendo aquas ex mensura; faciendo pluviæ statutum, & viam fulgetro tonitruum.

c. *Psalm.* 113. *v.* 6. 7. Iehova dimittit oculos videndo in cœlis & in terra. Erigit è pulvere tenuem, è sterquiliniis elevat egentem. v. 9. facit ut quæ sterilis erat in familia, sedeat mater liberorum læta.

d. *Matth.* 10. *v.* 29. 30. Nonne duo passerculi assario veneunt? Et tamen ne unus quidem ex iis cadit in terram, sine Patre vestro. Vestri verò etiam pili capitis omnes numerati sunt.

e. *Psalm.* 104. *v.* 13. 14. Irrigat montes è cœnaculis suis, ut à fructu operum suorum satietur terra. Faciens ut germinet fœnum ad jumentum, & herba ad hominis usum: educendo cibum è terra.

f. *Exod.* 21. *v.* 13. Si tamen non quæsierit

I (scil.

(scil. cædem proximi) sed Deus ipse objecerit manui ejus ? constituam tibi locum, quo ille confugiat. *Prov.* 16. *v.* 33. In gremium conjicitur sors : à Iehova autem est tota ratio ejus.

g. *Prov.* 16. *v.* 1. 9. Penes hominem sunt dispositiones cordis, sed à Iehova est sermo linguæ. Animus hominis excogitat viam suam, sed Iehova statuit gressum ejus.

h. *Act.* 17. *v.* 28. In Deo vivimus, movemur & sumus. *Phil.* 2. *vers.* 13. Deus efficit & velle & agere.

i. 1. *Pet.* 4. *v.* 19. Qui malis afficiuntur ex voluntate Dei, tanquam fideli conditori commendent animas suas bene agendo.

k. *Psalm.* 118. *v.* 22. & *Matth.* 21. *v.* 42. Quem lapidem reprobaverunt ædificantes, factus est caput anguli. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. *Proverb.* 16. *v.* 33. A Iehova est ratio tota sortis.

CANON.

Objectum seu materia Providentiæ spectatur in diversis Classibus. Prima Classis continet distinctionem rerum *secundum substantiam* in Intelligentes & Non-intelligentes. *Illæ* sunt Angeli & Homines. *Hæ* sunt tum *animata*, sive animâ sensitivâ, sive vegetativâ tantùm : tum *inanimes. Secunda Classis* distinguit res *secundum quantitatem*, in parvas & magnas. *Tertia Classis*

Classis eas distinguit *secundum qualitates & actiones*, à quibus bonæ vel malæ dicuntur. *Quarta Classis* easdem distinguit *secundum eventus*, qui vel necessarii, vel contingentes; vel fortuiti dicuntur. Vniversos quippe eadem hæc dirigit Providentia.

V I. *Forma duobus actibus describitur*, a *Conservatione*; & b *Gubernatione*.

a. *Neh. 9. v. 6.* Tu conservas hæc omnia.

b. *Dan. 4. v. 35.* Pro voluntate sua facit in exercitu cœli & habitatoribus terræ.

VII. Conservatio *est quâ Deus* a *res à se conditas sustentat & perpetuat*: b *alias in specie per successionem individuorum*: *alias verò in ipsis individuis.*

a. *Col. 1. v. 16. 17.* Omnia per eum condita sunt, & omnia per eum consistunt.

b. *Gen. 1. v. 28.* Dixit Deus fœtificate, augescite; implete terram. *Act. 17. v. 26.* Fecit ex uno sanguine totam gentem hominum.

c. *Ier. 31. v. 35. 36.* Sic ait Iehova, qui disponit solem ad lucem interdiu: statuta lunæ & stellarum ad lucem noctu: si amovebuntur statuta ista à conspectu meo; etiam semen Israëlis cessabunt esse gens in conspectu meo.

VIII. Gubernatio *est*; *quâ* a *Deus res omnes & singulas*, *cujuscunque generis*; *ad fines à se præstitutos*, *medios ultimúmque*

 ordinat,

ordinat, dirigit, ac deducit: sed rursum b *alia mediata est, alia immediata.*

a. *Dan.* 4. *v.* 35. Pro voluntate sua facit, &c. Eph. 1. v. 11. Omnia agit ex consilio voluntatis suæ. Rom. 11. v. 36. Ex eo, per eum, & in ipsum sunt omnia.

b. *Deut.* 8. *v.* 3. *Matth.* 4. *v.* 4. Non solo pane vivit homo, sed ex quovis verbo prodeunte per os Dei.

IX. Mediata *est, quâ Deus in mundi gubernatione utitur* a *ministerio causarum secundarum, idque* b *pro singularum conditione ac natura.*

a. *Hos.* 2. *v.* 21. 22. Ego exaudiam cœlos, &c. *Psalm.* 104. *v.* 14. 15. Facit ut germinet fœnum ad jumentum; & herba ad usum hominis, educendo cibum è terra. Et vinum, quod lætificat cor mortalis: item panem, qui cor mortalis fulcit. *Psalm.* 91. *vers.* 11. Angelis suis præcipiet de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.

b. *Psalm.* 107. *v.* 7. Errantes deducit in rectam viam. v. 9. famelicos explet bono. v. 14. captivos educit è carcere. v. 20. ægrotos sanat. v. 29. navigantibus tranquillat mare. v. 33. redigit flumina in desertum, & processus aquarum in siticulosum solum. v. 34. terram fertilem in salsuginem. v. 40. effundit contemptum super Principes. v. 41. collocat in edito egentem.

Cano-

Canones.

A. *Causæ secundæ in hac gubernatione non tantùm passivè, sed etiam activè se habent: nec agit in iis Deus subjectivè, sed effectivè, tanquam causa prima.* Ratio 1. Causæ secundæ actionum suarum sunt causæ. 2. Ita omnis vis creaturis divinitus indita elideretur, illæque frustra conditæ essent, Deo omnia in omnibus immediatè operante.

B. *Vt autem causæ secundæ vel sunt inanimatæ, vel animatæ; hæ iterum vel Intelligentes, vel Non-intelligentes; ita diverso modo ad operandum concurrunt.* *Inanimatæ* moventur ad finem suum *naturali* quadam *inclinatione*, citra ullam ejus apprehensionem: quemadmodum lapis deorsum fertur interno Naturæ suæ principio. *Non-intelligentes* moventur instinctu naturali, ad particularem suum finem, prævia cognitione sensûs singulari, ut bruta. *Intelligentes* sunt, quæ moventur ad finem suum non particularem modò, sed etiam universalem principio voluntatis intelligentis, sive voluntate Intellectiva; qualis est in Angelis & hominibus. Harum singulæ, ut principiis internis diversæ sunt; sic diversimode in eis & per eas agit Deus. In *Inanimatis* citra ullam cognitionem, ipsorúmque in operando determinationem. In *Brutis* cum aliqua quidem cognitione, sed valde imperfecta, utpote merè sensuali: itémque

cum aliqua ipſarummet determinatione ; ſed quæ à ſenſus tantùm judicio naſcitur. In *Intelligentibus* denique, Angelis & Hominibus agit præcedente cognitione mentis, & ſubſequente determinatione voluntatis ipſarum.

C. *Concurſus Providentiæ cum creaturis Intelligentibus, Hominibus præſertim, & Scripturæ authoritate, & rationibus confirmatur.* A. *Scripturæ ſunt* 1. *Loca*, Prov. 16. 9. C. 20. 24. C. 21. 1. Pſal. 105. 25. Pſal. 106. 46. Ier. 10. 23. 2. *Exempla*, Labanis Gen. 31. 29. Eſavi C. 33. 46. Ægyptiorum Exod. 12. 36. Bileami Num. 22. 23. 24. capp. Saulis 1. Sam. 24. 17. C. 26. v. 17. B. *Rationes* 1. Homo quoad eſſentiam, vitam & motum à Deo dependet, *Act.* 17. 28. 2. Hominis capilli ſunt numerati. 3. Deus omnia ſuſtentat & gubernat propter hominem, *Matth.* 6. 26. 28. 4. Aliâs actiones voluntatis fierent Deo vel ignorante, vel negligente, vel invito.

D. *In hoc concurſu utrique cauſæ ſuæ ſunt partes.* *Deus* enim 1. Vires agendi largitur, *Act.* 17. 2. Eas excitat, movet, & in actum deducit. 3. Eaſdem & actiones earum applicat ad opus, ut illud ſequatur, *Prov.* 16. 1. & 9. *Homo* verò 1. Excitatus exerit vires, operatur & opus producit. 2. Idque præcedente cognitione mentis, & ſubſequente determinatione voluntatis ipſius.

E. *Deus*

E. *Deus cum humana voluntate non concurrit tantùm influxu generali & indifferente, sed speciali & determinante.* Ratio 1. Deus est Creator, Moderator, Dominus ac Iudex omnium, concurrens non generali tantùm influxu, sed etiam specialissimo ad quodvis Individuum, concursu. 2. Deus sic non esset invocandus, timendus celebrandus, quia nec benè nec malè facere posset: cùm utrumque sit actus specialis justitiæ distributivæ. 3. Providentia datur specialis & determinata. 4. Influxus Providentiæ in specie ac individuo voluntatem humanam determinat. 5. Influxus Providentiæ est causa boni, quoad singulos boni actus. 6. Influxus Providentiæ non determinatur à voluntate humana: Ita enim divinâ esset superior. 7. Caussarum secundarum harmonia & eventuum necessitas est, quoad Dei providentiam. Ergo non generalis tantùm influxus. S. N. P.

F. *Concurrit ergò Deus cum caussis secundis Intelligentibus, Naturæ ipsarum convenienter.* Quod fit, dum ita eas *determinat*, ut tamen sese *determinent* ipsæmet per suam voluntatem. *Deus* eas determinat tum *objectivè*, proponendo eis aliquod objectum; tum *Ethicè*, movendo earum voluntatem, ut, quod à mente cognitum atque monstratum est, amplectantur. *Ipsæmet* verò se quoque determi-

nant, dum quod mente cognoverunt ut bonum, accipiunt voluntate, suo ac proprio motu, absque coactione.

G. *Concursus proinde Dei specialis, Causarum Secundarum Intelligentium, libertatem non tollit.* Siquidem libertas illa *non* est *absoluta*, ut per eam nulli subjiciantur, à nullo in agendo dependeant: Sic enim æquarentur Deo, qui ut solus independens: ita solus verè est αὐτεξούσιος: sed necessariam ac inseparabilem Creaturæ à Creatore *dependentiam inclusam* habet, eoque tantùm facit, ut tum à necessitate *absoluta* & *coactionis* eximatur, tum ab *agente naturali* distinguatur. Ideóque tali agenti rectè illa opponitur: Deo autem rectè & verè subordinatur, cui subesse, servire, vera demum libertas est.

H. *Atque sic falsum est, omnia, secundum Reformatorum doctrinam, fieri necessitate absoluta & fatali.* Ratio 1. Alia enim, ex Reform. mente, *necessaria* sunt naturaliter, alia *contingentia*, alia *voluntaria*. 2. Scriptura eandem rebus necessitatem tribuit, quam Orthodoxi: *Immutabilitatis*, Luc. 22. 22. Act. 2. 23. c. 4. 27. 28. *Infallibilitatis*, Matth. 26. 13. Luc. 24. 26. 3. Utraque illa necessitas est tantùm hypothetica. 4. Necessitas ex providentia, non præsupponit vel includit fatum Stoicum: quia a. Fatum statuit omnium causa-

caussarum & effectuum connexionem, absolutè necessariam & indissolubilem. b. Deducit eam ex ipsis caussis secundis, sive astris, idque ab æterno. c. Ipsum ei Deum alligat. Plura contra Fatum Author. *Problem. Theoret.* pag. 138. S. N. P. A. L.

I. *Etsi verò Modus concursûs hujus in specie sit ineffabilis: in genere tamen quibusdam exhiberi potest propositionibus generalibus.* Tales regulæ sunt sequentes. a. Concursus providentiæ divinæ & voluntatis humanæ *non est caussarum collateralium* & coæqualium. Est enim concursus Creatoris & creaturæ, quæ toto genere distant. b. Est concursus *caussæ primæ universalis*, hyperphysicæ; & *caussæ secundæ, particularis*, physicæ. c. Concurrit Deus cum voluntate humana, secundum naturam ejus, quam in creatione ei indidit. Ut igitur caussæ vel sunt *definitæ*, vel *indefinitæ*: illæ *naturales*, hæ *liberæ*, ita etiam Naturam caussarum illarum conservat; nec eam destruit. Quo sensu hæ *liberæ* dicuntur, non quasi viribus naturæ se obligârit, aut subjecerit, ut nihil amplius vel minus possit, quàm natura fert. d. Concurrit Deus cum voluntate; non solùm *ratione actuum* sive actionum, quæ ab ipsa eliciuntur, verùm etiam, quatenus spectatur ut fons & principium omnium actionum & motuum. e. Concurrit Deus actu A. *Generali*, quia in ipso

vivimus & movemur, *Act.* 17. 28. & *speciali*, quia speciali quodam modo operatur in homine, & cum singulis ejus actionibus, quâ lubens speciatim concurrit *Psal.* 115. 3. *Psal.* 139. 1. 2. B. *Mediato*, quia mediis utitur in flectenda voluntate, minis & promissis: & *immediato* cùm per se & immediata virtute operatur in cordibus, ut patet exemplo Pharaonis. C. *Physico*, in rebus naturalibus & Civilibus, ut cùm tetigit corda Israëlitarum 1. *Sam.* 10. 26. & *Hyperphysico*, in rebus spiritualibus & divinis, *Act.* 16. 14. f. Concurrit Deus cum voluntate humana, eam determinans aliter in bonis, aliter in malis. In *bonis*, ut eam excitet, adjuvet, &c. In *malis*, ut neque efficiat, neque adjuvet, sed permittat.

X. Immediata *est, quâ Deus per se solum immediatè operatur, sive* [a] *absque mediis, sive* [b] *præter media, sive etiam* [c] *contra ea agat.*

a. *Rom.* 4. *v.* 17. Vocat ea quæ non sunt, tanquam sint. *Exod.* 34. *v.* 28. Moses XL. dies & XL. noctes cibum non comedit, & aquam non bibit.

b. *Num.* 22. *v.* 28. Asina loquitur. *Ioh.* 2. *v.* 9. Aqua mutatur in vinum.

c. *Ios.* 3. *v.* 16. Aquæ Iordanis muri instar adsurgunt. 2. *Reg.* 6. *v.* 6. Ferrum natat. *Dan.* 3. *v.* 27. Ignis non urit.

XI. Finis *Providentiæ respectu Dei* [a] *est gloria*

ria ipsius. Respectu nostri [b] *consolatio & salus Electorum.*

a.. *Prov.* 16. *v.* 4. Omnia fecit Deus propter se ipsum. *Rom.* 11.36. Ex eo, & per eum, & in ipsum sunt omnia.

b. *Rom.* 8. *v.* 28. Diligentibus Deum omnia simul cooperantur in bonum. *Es.* 54. *v.* 17. Nullum instrumentum formatum contra te prosperabitur.

XII. Effecta *sunt* [a] *res omnes conservatæ;* [b] *variisque modis, pro multiformi Dei sapientia, gubernatæ. In quibus excellunt* [c] *miracula, tum etiam alia extraordinaria Dei opera, sive* [d] *beneficia, sive* [e] *judicia ipsius.*

a. *Col.* 1. *v.* 17. Omnia per ipsum consistunt. *Act.* 17. *v.* 28. In Deo vivimus, movemur, & sumus.

b. *Psal.* 104. *v.* 24. Quàm ampla sunt opera tua, ô Iehova, omnia sapienter fecisti.

c. *Psal.* 72. *v.* 18. Benedictus Iehova Deus, qui facit mirabilia solus. *Ioh.* 3. *v.* 2. Nemo potest signa edere, quæ tu edis, nisi sit Deus cum eo.

d. *Psal.* 136. *v.* 1. Celebrate Iehovam, quia bonus est: quia in seculum durat benignitas ejus. *Sic deinceps.*

e. *Psal.* 119. *v.* 137. Iustus es, Iehova, & justa sunt judicia tua. *Apoc.* 16. 7. Etiam Domine Deus

Deus omnipotens, vera sunt & justa judicia tua.

Canones de miraculis.

A. *Miracula, cùm opera sint totius naturæ creatæ vim excedentia, solus Deus edere potest.* Proinde Diabolo simpliciter sunt impossibilia, *Ioh.* 10. *v.* 21. qui præstigiis, sensus fascinando, aut causas naturales, quarum virtutem homines ignorant, adhibendo, mira facit, non miracula, sicut signa ac prodigia mendacia appellantur, 2. *Thess.* 2. *v.* 9.

B. *Miracula sunt vel positiva, vel privativa. Positiva* sunt, cùm novum quiddam efficitur, in rerum *conversionibus*, Exod. 4. v. 3. c. 7. v. 23. Ioh. 2. v. 8. 9. 10. 11. *procreationibus*, Matth. 1. v. 18. Exod. 16. v. 16. & *multiplicationibus* Gen. 7. v. 18. 19. 20. *Privativa* sunt, quibus cursus naturæ inhibetur, ac velut interrumpitur, ut cùm stetit sol, *Ios.* 10. *v.* 13. natavit ferrum 2. *Reg.* 6. *v.* 6. ignis non ussit, *Dan.* 3. *vers.* 24. 25. 26.

XIII. Subjectum *Materiâ providentiæ continetur.*

XIV. Adjuncta *ex Dei Providentiæ attributis dependent & cognoscuntur.* Est [a] *ubique præsens*, [b] *sapientissima*, [c] *liberrima*, [d] *justissima*, & [e] *optima*; [f] *efficacissima*, [g] *immutabilis*, [h] *nobis denique multis partibus incomprehensibilis.*

a. *Psalm.*

a. *Psalm.* 139. *v.* 7. 8. Quò irem à Spiritu tuo? aut quo à facie tua fugerem? si scanderem cœlos, illic es? aut stratum ponerem in inferno, ecce ades.

b. *Iob.* 12. *v.* 13. Penes illum est sapientia & fortitudo illius est consilium & intelligentia.

c. *Dan.* 4. *v.* 35. Pro voluntate sua facit in exercitu cœli & habitatoribus terræ: neque est, qui prohibeat manum ejus, aut dicat ei quid facis? *Ier.* 18. *v.* 6. Ut argilla in manu figuli, ita vos estis in manu mea.

d. *Psalm.* 119. *v.* 137. Iehova justa sunt judicia tua.

e. *Deut.* 32. *v.* 4. Rupis illius opus est perfectum? Deus fortis, fidelis, & expers iniquitatis, justus & rectus est.

f. *Psalm.* 115. *v.* 3. Quicquid voluit, fecit.

g. *Es.* 46. *v.* 10. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet.

h. *Rom* 11. *v.* 33. Quàm imperscrutabilia sunt ejus judicia, & ejus viæ impervestigabiles.

XV. *Talis est* Communis *Providentia.* Propriâ *vocatur, quâ Deus creaturas Intelligentes.* [a] *Angelos &* [b] *Homines, speciatim regit.*

a. *Hebr.* 1. *v.* 14. Angeli sunt ministratorii Spiritus, qui ministerii causâ emittuntur, propter futuros salutis hæredes.

b. 1. *Tim.* 4. *v.* 10. Deus est Servator (*vel potiùs* conservator) omnium hominum, maximè

verò

verò fidelium. *Act.* 17. *v.* 27. 28. Non longè abest ab unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus, movemur & sumus.

XVI. *Hæc ex Objectis sic distinguitur*, *ut* [a] *alia sit bonorum*, [b] *alia malorum*: Illa *Providentia* κατ᾽ εὐδοκίαν *seu beneplacitum*: Ista κατὰ συγχώρησιν *seu permissionem dici solet.*

a. Iac. 1. *v.* 17. Omnis donatio bona, omneque donum perfectum est supernè à Patre luminum.

b. *Iob.* 1. *v.* 21. Iehova dedit, Iehova abstulit. *Act.* 2. *vers.* 23. Hunc Iesum definito consilio ac præcognitione Dei deditum cùm accepissetis, manibus sceleratis cruci adfixum interemistis.

XVII. Prior *est, quâ Deus bonum per se* [a] *vult*, [b] *efficit*, [c] *approbat*, *&* [d] *ad bonum finem dirigit ac deducit.*

a. *Psalm.* 11. *v.* 7. Iustus est Iehova, quæ justa sunt diligit. Rectum adspicit vultus ipsius.

b. *Iac.* 1. *v.* 17. Omnis donatio bona, &c. 1. *Cor.* 4. *v.* 7. Quid habes, quod non acceperis?

c. *Lev.* 18. *v.* 5. Homo qui fecerit ea, vivet per ea. *Luc.* 10. *v.* 28. Hoc fac & vives.

d. *Prov.* 16. *v.* 4. Omnia fecit propter se ipsum.

XVIII. Posterior *est*, *quâ Deus malum sive peccatum* [a] *nec vult*, *nec* [b] *efficit aut adjuvat*, *neque* [c] *approbat*; *sed* [d] *volens permittit*;

mittit, [e] *efficaciter ordinat*, *ac* [f] *justè punit*.

a. *Psal.* 5. *v.* 5. Non es Deus volens iniquitatem, *vel*, *ut alii*, certè non es Deus, qui delectetur improbitate. *Zach.* 8. *v.* 17. omnia ista *scilicet peccata*, sunt, quæ odi, dictum Iehovæ.

b. *Iac.* 1. *v.* 13. Nemo cùm tentatur dicat, à Deo tentor. Nam Deus tentari malis non potest; nec tentat quenquam.

c. *Gal.* 3. *v.* 10. Maledictus omnis, qui non manserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.

d. *Psal.* 81. *v.* 13. Permisi eos ambulare ex sententia animi sui, dicens: abeant cum pravis consiliis suis.

e. 2.*Thess.*2.*v.*11.12. Mittet eis Deus efficaciam erroris; ut credant mendacio: ut damnentur omnes, qui non crediderint veritati, sed acquieverint in injustitia.

f. *Rom.* 1. *v.* 32. Hoc est jus Dei, ut qui talia faciunt, digni sint morte.

CANON.

Peccatum, consideratum abstractivè, ratione formæ, quæ est ἀνομία, sub Gubernationem Dei cadit tripliciter, quoad Initium, Progressum, & Finem. Quod ad initium 1. *permittit peccatum*: non illud indifferens relinquendo, ut repudium permisit Moses, *Matth.* 19. *vers.* 8. sed non impediendo: argumento loci, *Gen.*20.6.

De

De qua permissione dicta sunt, *Psalm.* 81. 13. *Act.* 14. 16. Permittit autem non inscius, nec invitus, aut negligens, sed *consultò & volens*: partim quia permissio voluntatis est actio: partim quia Deus sapientissimus & potentissimus nihil imprudenter, nihil incuriâ, aut invitus agit. Nec tamen peccat permittendo, id est, non impediendo: quia nulla lege ad id obligatur, utpote legibus omnibus superior; & insuper majus bonum ex peccato producit. II. *Subtrahit gratiam peccato adversantem*: tum *Internam*, quâ mens luce & judicio recto destituitur, & cupiditatibus fræna laxantur, *Exod.* 4. 21. *Cap.* 9. 12. *Es.* 9. 9. 10. *Rom.* 1. 24. 26. tùm *Externam*, quâ mortales Sathanæ mundique injuriis variè exponuntur, *Iob.* 1. 12. 1. *Reg.* 22. 22. *Matth.* 8. 31. III. *bonas offert occasiones*, quibus ad peccandum impii perperam abutuntur. Quales sunt, intus bonæ cogitationes: foris, dicta, facta, aliáve in sensus incurrentia: ut Pharaonis *Exod.* 5. 2. Judæorum. *Ioh.* 19. 5. 6. & aliorum exempla docent. *Quoad Progressum* determinat Deus peccatum, hoc est, certis limitibus circumscribit, ne vel longiùs latiúsque serpat, vel diutius duret; ac proinde magis noceat, aut peccatori, si resipiscat, aut aliis, quàm ipsi visum. *Quoad finem* Deus peccatum, præter ejus naturam, pro sua sapientia ad bonum dirigit ac deducit.

ducit. *Gen.* 50. *v.* 20. Vos cogitaveratis contra me malum. Deus autem cogitavit illud in bonum convertere. Alia exempla sunt *Iob.* 1. 11. 12. 22. *Cap.* 2. 9. 10. *Esa.* 10. 5. 6. 7. *Act.* 3. 14. 15. 18. *& alibi.*

XIX. Actus *igitur Providentiæ divinæ circa malum sive peccatum sunt triplices*; Permissio *peccati*, *ejus* ordinatio *sive Regimen*, *ac* Vindicatio.

XX. Permissio *est*, *quâ Deus* [a] *peccata creaturarum intelligentium non impedit*; *sed ab ipsis committi*; *&* [b] *cum Sanctis suis operibus concurrere sinit.*

a. *Psal.* 81. *v.* 13. Permissi eos &c. *Act.* 14. *v.* 16. Præteritis ætatibus sivit Deus omnes gentes suis ipsarum viis ingredi.

b. *Esa.* 10. *v.* 5. 6. 7. Assyrius Virga iræ meæ, & baculus indignationis meæ. In gentem hypocritam immittam ipsum; ipse verò non ita sibi proponit, & animus ejus non ita cogitat: sed perdere est in animo ejus. *Act.* 2. *v.* 23. Hunc Iesum, definito consilio & præcognitione Dei deditum quum accepissetis, manibus sceleratis *cruci* affixum interemistis.

Canones.

A. *Permissio divina non est ἀνεργία sive cessatio providentiæ, in operibus malorum, quâ eventus actionis permissæ incertus, ambiguúsque relinquitur.* Ratio 1. In Scriptura non proponitur ut ἀνεργία, *Gen.* 20. 6. *Cap.* 31. 7. *Ps.* 81. 13. *Es.* 63. 17. 2. Gubernatio

natio Dei non est ἀνεργία. 3. Permissio inseparabiliter conjuncta est cum negatione gratiæ & ordinatione mali ad bonum. 4. Actiones impiorum Deo, ut Iudici, tribuuntur. 5. Permissio, & permissum peccatum, sunt relata. 6. Opera & judicia Dei, quæ per impios exsequi decrevit, sic possent etiam non fieri. S. N. P.

B. *Calumniosè ex doctrina Reformatorum colligitur, Deum esse authorem peccati.* Qui hanc nobis blasphemiam intendunt, non sunt unius ordinis, aut pari impudentia. *Alii* mentiuntur, nostros expressè & totidem quasi verbis id asseverare, ut *Iesuitæ* nonnulli, & nominatim *Becanus* Manual. Controv. lib. 3. cap. 5. quæst. 6. *Alii* nos verbis quidem non profiteri, sed reipsa sentire volunt, ut *Bellarminus* lib. 2. de amiss. grat. & statu peccati cap. 2. *Reliqui* id sequi ex doctrina nostra, ejúsque hypothesibus contendunt: ut plerique moderatiores ex Pontificiis & Lutheranis. Sed *primi* illi, si à crimine mendacii calumniæque se purgare cupiunt, proferant vel locum unum, sive ex Confess. Publicis Ecclesiarum Reformatarum, sive ex Scriptis DD. verè Orthodoxorum privatis, ubi id scribendo profiteantur: doceant. *Bellarminus* ipse hac parte absolvit Calvinum, Bezam, Martyrem, alios, cap. 2. lib. cit. Quo non oculatior, sed multò maledicentior est *Becanus*, dum

dum Calvinum id pronunciare asserit, lib. 1. Instit. cap. 18. ubi tamen nec volâ, nec vestigium hujus apparet. Sect. 3. auctorem intelligit, non peccatorum, ut cavillatur Becanus, sed judiciorum suorum: sicuti subjicit: *Dicant obsecro volénsne an nolens judicia sua exerceat?* Quod in antecedentibus evidentissimum est; imprimis Sect. 1. ubi Deum vocat authorem probationis Iobi, cujus Sathan & scelesti latrones ministri fuerunt. *Alteri* judicium sibi arrogant de conscientiis nostris, quod solius est Dei, tanquam καρδιογνώςε, proprium. *Tertii* depravant nostram doctrinam, Nam 1. Deus secundum doctrinam Reformatorum peccatum non producit; nec inspirat; nec mandat; nec approbat. 2. Deus juxta doctrinam Reformatorum naturam peccantem tantùm conservat, ejus motus ciet, permittit peccatum, ac regit. 3. Doctrina nostra verbis & phrasibus Scripturæ consentanea est. 4. Ex nostra doctrina Deus non est author ἀνομίας. 5. Peccatum est vitium causæ proximæ & instrumenti, creaturæ rationalis, non autem causæ primæ Dei. 6. Effectus idem respectu diversarum causarum bonus vel malus est. 7. Idem sequeretur ex Scriptura. S. N. P. A. L.

XXI. Ordinatio *est, quâ Deus peccatis* [a] *certum modum statuit,* [b] *ne latiùs vagentur,* [c] *plùs noceant, aut* [d] *diutius durent, quàm ipsi visum:*

tum ea c *quoque dirigit ac deducit ad bonum;*

a. *Act.* 4. *v.* 28. Congregati sunt, ut facerent, quæ manus tua, & consilium tuum prius prædestinavit, ut fierent.

b. *Iob.* 1. *v.* 12. Ecce quæcunque sunt ei, in manu tua sunto: tantummodo in ipsum ne immittito manum tuam.

c. *Iob.* 2. *v.* 6. Ecce eum in manu tua, veruntamen vitam ejus serva.

d. *Act.* 2. *v.* 24. Fieri non poterat, ut Christus à morte retineretur, *scil. in sepulchro.*

e. *Gen.* 50. *v.* 20. Vos quidem cogitaveratis adversus me malum, sed Deus cogitavit illud in bonum convertere. *Act.* 3. *v.* 17. 18. Scio vos per ignorantiam ista fecisse: Deus autem, quæ prænunciaverat, implevit.

XXII. Vindicatio *denique est, quâ peccata pœnis temporalibus & æternis justissimè punit.*

Gal. 3 *v.* 10. Maledictus omnis, qui non manserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro Legis, ut faciat ea. *Ezech.* 18. *v.* 4. Anima quæ peccaverit, ipsa morietur. *Rom.* 6. *v.* 23. Stipendium peccati mors est.

XXIII. *Sedes* Loci hujus propria est, in V. T. Iob. Capp. 38. 39. 40. 41. Psal. 91. 104. 105. 107. 136. In N. T. autem Matth. 6. & 10. capp. Act. 14. v. 15. & seqq. Cap. 17. vers. 24. & seqq. & passim.

LOCUS

LOCUS VII.
DE
Peccato in Genere & in Specie.

I. Consequentia Providentiæ Dei duo sunt: Peccatum, & pœna peccati.

Rom. 1. v. 32. Hoc est jus Dei, ut quia talia faciunt, digni sint morte. 2. Theff. 1. v. 6. Iustum est apud Deum, vicissim reddere iis, qui adfligunt vos, afflictionem.

Canon.

Peccatum, à peccando dictum, varia habet in S. Scriptura significata. Sumitur impropriè per Metonymiam efficientis pro *pœna Gen.* 19. 15. item per Metonymiam subjecti pro *sacrificio* peccati *expiatorio, Exod.* 29. 14. 36. 2. *Cor.* 5. 21. Usitatissimè *discrepantiam à lege* significat. In qua significatione voces Synonymæ sunt apud Latinos, *Culpa, malum culpa, malum morale, vitium:* Apud Græcos κακία, πονηρία, ἀνομία.

II. Peccatum *porrò bifariam consideratur, absolutè & relatè.*

III. *Peccatum* absolutè *est* [a] ἀνομία, *sive discrepantia à lege Dei, hoc est, defectus naturæ & actionum in creaturis intelligentibus,* [b] *pugnans cum lege Dei,* [c] *easdémq; obligans ad pœnam, ex ordine justitiæ divinæ.*

a. 1. *Ioh.* 3. *v.* 4. Peccatum est legis trans-

gressio, *Rom.* 2. *v.* 23. Per legis transgressionem, Deum adficis contumelia.

b. *Rom.* 7. 23. Cerno aliam legem in membris meis: belligerantem adversus legem mentis meæ. *Rom.* 8. *v.* 7. Sensus carnis inimicitia est adversus Deum: legi enim Dei non subjicitur: nam ne potest quidem.

c. *Rom.* 1. *v.* 32. Hoc est jus Dei, ut qui talia faciunt, digni sint morte.

CANON.

Peccati nomen concretivum est. Ejus abstracto Latini carent. Ideóque etiam à multis sensu concretivo definitur, quòd sit *inclinatio vel actio pugnans cum lege.* Id tamen non impedit, quò minùs *abstractivè* concipiatur & enuncietur secundum illud 1. *Ioh.* 3. 4. Ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία. Imò hæc definitio potior videtur priori, partim quòd accidens rectiùs definitur per suum genus, quàm per suum subjectum; partim etiam, quia inclinatio & actio sunt res positivæ, à Deo creatæ, eoque bonæ non malæ, ut peccatum.

IV. Efficiens *peccati sunt creaturæ Intelligentes*, [a] *Angeli &* [b] *Homines* [c] *deficientes à Deo & lege ipsius.*

a. 2. *Pet.* 2. *v.* 4. Angelis qui peccaverunt, non pepercit.

b. *Rom.* 3. *v.* 23. Omnes (sc. homines) peccaverunt, & deficiuntur gloriâ Dei.

c. Rom.

c. *Rom.* 3.*v.*12. Omnes defecerunt, simul inutiles facti sunt.

V. Materia *circa quam sive objectum est* [a] *Lex Dei, sive* [b] *mentibus inscripta, sive* [c] *voce prolata, sive* [d] *tabulis consignata : eáque tum* [e] *generalis, tum* [f] *specialis.*

a. 1.*Ioh.*3. 4. Peccatum est Legis transgressio.

b. *Rom.* 2.*v.*14.15. Quum gentes, quæ legem non habent, natura quæ legis sunt, faciant; isti legem non habentes, sibi ipsis sunt lex, ut qui ostendant opus legis scriptum in cordibus suis, unâ testimonium reddente ipsorum conscientia, & cogitationibus se mutuò accusantibus, vel etiam defendentibus.

c. *Exod.* 20.*v.*1. Elocutus est Deus omnia verba hæc, dicendo.

d. *Exod.* 32.*v.*16. Tabulæ *sc.Legis* erant opus Dei; & Scriptura, Dei Scriptura erat, insculpta tabulis.

e. *Eph.*5.*v.*2. Ambulate in charitate v. 3. Scortatio & omnis impuritas, & avaritia, ne nominetur quidem inter vos.

f. *Eph.* 5.*v.*22 Vxores propriis viris subjicite vos. v.25. Viri diligite uxores vestras. *Cap.* 6. *v.*1. Liberi auscultate in Domino Parentibus vestris. *v.*5. Servi auscultate Dominis cum timore.

VI. Forma *est ipsa* ἀνομία *sive discrepantia naturæ & actionum, à lege Dei, & pugnantia cum ea.*

1. *Ioh.* 3. 4. Peccatum eſt Legis tranſgreſſio. *Rom.* 8. *v.* 7. Senſus carnis inimicitia eſt adverſus Deum: legi enim Dei non ſubjicitur: nam ne poteſt quidem.

CANON.

Peccatum formalis ſui ratione, rectè privatio appellatur. Eſt tamen *non pura* privatio, ſicut mors eſt privatio vitæ, verùm etiam *prava qualitas* in natura, juſtitiæq; non *privativè* modò, ſed & *contrariè* opponitur. Nam quatenus eſt carentia juſtitiæ originalis ineſſe debitæ, dicitur *privatio*: quatenus autem ægritudo eſt, ſive putredo permeans ac corrumpens facultates omnes creaturarum rationalium ſuperiores ac inferiores, *prava qualitas* vocatur. Atq; hoc reſpectu ſunt, qui peccato aliquod *poſitivum* tribuunt, non abſolutè, quaſi ſit ſubſiſtens aliquid à Deo conditum, ſed *oppoſitè* ad τὸ ſimpliciter *privativum*, itemque ad nihil meræ privationis.

VII. Finis *reſpectu* [a] *Creaturarum peccantium eſt apparens aliquod bonum: reſpectu* [b] *Dei, gubernantis peccatum, eſt bonum, verum ac ſolidum,* [c] *ad gloriam ipſius ac* [d] *ſalutem electorum pertinens; Ille finis per ſe, hic per accidens.*

a. *Ioh.* 16. *v.* 2. Veniet tempus, ut quiſquis occiderit vos, putabit ſe cultum præſtare Deo.

b. & c. *Prov.* 16. *v.* 4. Deus omnia fecit propter ſeipſum, etiam impium ad diem mali.

d. *Gen.*

d. *Gen.* 50. *v.* 20. Vos cogitaveratis adversus me malum; Deus autem cogitavit illud in bonum convertere.

VIII. Effectum *peccati est* [a] *reatus iræ Dei: & ex eo* [b] *pœna tam temporales, quàm æterna.*

a. *Rom.* 1. *v.* 32. Hoc est jus Dei, &c. *Cap.* 5. *v.* 16. Reatus est ex una offensa ad condemnationem. v. 18. Per unam offensam reatus venit in omnes homines, ad condemnationem.

b. *Psalm.* 5. *v.* 6. 7. Odisti omnes, qui operam dant iniquitati. Perditurus es loquentes mendacium. *Rom.* 6. *v.* 23. Stipendium peccati mors est.

IX. Subjectum *Recipiens indefinitum sunt creaturæ intelligentes*, [a] *Angeli & Homines: definitum verò* [b] *natura &* [c] *actiones utrorumq;.*

a. 1. *Ioh.* 3. *v.* 8. Qui dat operam peccato, ex Diabolo est, quoniam à principio Diabolus peccat.

b. *Ioh.* 8. *v.* 44. Non est veritas in eo, *scil. Diabolo.* Rom. 7. v. 18. Novi non habitare in me, id est, in carne mea, bonum.

c. 1. *Ioh.* 3. *v.* 8. A principio Diabolus peccat. *Rom.* 7. *v.* 8. Peccatum effecit in me totam cupiditatem.

X. Adjunctum *peccati dicimus, quod* [a] *mortale est natura, sed* [b] *gradu inæquale:* [c] *Veniale autem per accidens, quando propter Christum credentibus remittitur.*

a. *Rom. 6. verſ. 23.* Stipendium peccati eſt mors.

b. *Ioh. 19. v. 11.* Qui me tibi tradidit, majus peccatum habet.

c. *Rom. 8. v. 1.* Nulla eſt condemnatio iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu.

Canones.

A. *Omnis actus contra legem per ſe damnabilis eſt.* Ratio I. Prohibetur à lege Dei per ſe. Ergo damnabilis. *Deut. 27. 26.* II. Peccata ignorantiæ, infirmitates ſunt damnabiles per ſe, juxta confeſſionem Sanctorum, *Pſalm. 19. 13. Matth. 6. 12. 1. Ioh. 1. 8. 9.* III. Omnes actus contra legem excludunt à regno cœlorum per ſe *Matth. 5. 19.* IV. Nulla ratio dari poteſt, cur tales actus non ſint damnabiles. Si enim non ſunt damnabiles per ſe, id fit, vel quia veniales ſunt *ſuâ natura*, vel quia tales ſunt ex *fœdere gratiæ*, vel quia *lex Dei* habitus ſolùm vitioſos, non etiam actus interdicit. At nihil horum verè dici poteſt. S.

B. *Nulla ergo dantur peccata per ſe ac ſua natura venialia.* 1. Quodvis peccatum facit tranſgreſſionem legis, *Iac. 2. 10.* 2. Quodvis peccatum eſt dedecoratio Dei, *Rom. 2. 23.* 3. Quodvis meretur mortem temporalem & æternam, *Matth. 5. 19. Deut. 27. 26. Exech. 18. v. 20. Rom. 6. v. 23.* P.

XI. *Ita habet peccatum in* genere. *In* ſpecie *ex*

ex subjectis distinguitur in peccatum Angelorum & Hominum.

1. *Cor.* 11. *v.* 3. Serpens Evam seduxit calliditate sua. 1. *Ioh.* 3. *v.* 8. Qui operam dat peccato, est ex Diabolo.

XII. *Peccatum* Angelorum *est* [a] *quorundam rebellio contra Deum : per quam à nativa sua integritate & dignitate liberè prolapsi* , [b] *ex Angelis bonis mali; ex filiis Dei, hostes ejus perpetui facti sunt.*

a. 2. *Pet.* 2. *v.* 4. Angelis, qui peccaverunt, non pepercit. *Iud. v.* 6. Angelos, qui non conservârunt originem suam, sed reliquerunt domicilium suum, judicio magni illius diei vinculis æternis sub caligine reservavit.

b. *Ioh.* 8. *v.* 44. Ille (Diabolus) fuit homicida à principio, & in veritate non perstitit: non est enim veritas in eo. Quotiescunque loquitur mendacium, de suo loquitur; quia mendax est, & pater ille mendacii. 1. *Ioh.* 3. *v.* 8. A principio Diabolus peccat.

Canon.

Malos Angelos peccâsse certum est, quomodo verò non item. Neque enim Scriptura quale illud fuerit peccatum, disertè indicat. In *genere* Christus docet, non *stetisse eos in veritate Ioh.* 8. 44. & *Iudas* vers. 6. non servâsse originem suam, sed *reliquisse domicilium.* Ex quibus nihil de certa aliqua peccati specie, sed

id

id duntaxat colligitur, quod ab originaria suâ integritate, quæ in sapientia, justitia, & sanctitate consistebat, desciverint, ac propterea ex cœlo tertio, domicilio suo, in tartarum detrusi sint. Nam in cœlo peccâsse certum est, ex 2. *Petr.* 2. 4. *Iud.* v. 6. Qui primus peccati seu defectionis author fuit, dicitur κατ' ἐξοχὴν Diabolus, *Matth.* 25. 41. Sathan, *Iob.* 1. 6. Beelzebub, *Matth.* 12. 24. Deus hujus seculi 2. *Cor.* 4. 4. Cæteri ejusdem defectionis imitatores, Angeli ipsius nominantur, *Matth.* 25. 41. horumque utut magnus *Luc.* 8. 30. nuspiam tamen definitus reperitur numerus. Ex hac prima defectione autem illi *habitum* contraxerunt. Justo namque Dei judicio factum est, ut una actio totam infecerit naturam, quem *habitum immutabilem* dicimus, quia Angeli lapsi fieri nequeunt novæ in Christo creaturæ.

XIII. *Peccatum* Hominum *aliud Primum est, aliud Ortum à primo.*

Rom. 5. v. 12. Per unum hominem peccatum in mundum introiit: & v. 19. Per unius inobedientiam peccatores constituti sunt multi.

XIV. Primum *est* [a] *inobedientia* [b] *primorum hominum, Adami & Evæ, in Paradiso, quâ* [c] *legem Dei, de fructu arboris scientiæ boni & mali non comedendo,* [d] *impulsu Diaboli* [e] *transgressi sunt.*

a. *Rom.* 5. *vers.* 19. Per inobedientiam unius

unius peccatores constituti sunt multi.

b. *Gen.* 3. *v.* 6. Mulier accepit de fructu & comedit: etiamque dedit comedendum viro suo secum, qui comedit.

c. *Cap.* 2. *v.* 17. De fructu arboris scientiæ boni & mali ne comedas: nam quo die comederis de eo, utique moriturus es.

d. *Cap.* 3. *v.* 4. 5. Dixit serpens mulieri, Non utique moriemini. Novit enim Deus, quo die comederitis, aperturos se oculos vestros; & vos fore sicut Deos, scientes boni & mali.

e. 1. *Tim.* 2. *v.* 14. Mulier seducta causa fuit transgressionis.

Canones.

A. *Primum peccatum primorum Hominum infidelitas fuit, non superbia.* Ratio 1. Adam primò ad infidelitatem fuit sollicitatus *Gen.* 3. 1. postea ad superbiam, v. 5. 2. Voluntas determinatur à mente. At infidelitas est mentis, superbia voluntatis. 3. Superbia ex infidelitate processit. 4. Fides contraria infidelitati, causa est omnis justitiæ, *Gal.* 5. *v.* 6. *Rom.* 14. *v.* 23. P.

B. *In uno Adamo totum genus humanum peccavit, & peccatum ejus, omnibus suis posteris imputatur.* Ratio 1. Peccatum per Adamum introiit in mundum. 2. In Adamo omnes mortui sunt 1. *Cor.* 15. 22. 3. Per Christi obedientiam justi constituimur, dum ea nobis imputatur. E. Per Adami inobedientiam peccatores consti-

constituimur. Utraque propositio Pauli est; *Major*, *Rom.* 5. 14. 15. 16. 17. 18. *Minor Rom.* 5. 18. 19. 4. Adam fuit stirps totius generis humani illud repræsentans. *Stirps*; Gen. 1. 27. 28. *illud repræsentans* a. quia imaginem Dei pro se totáque posteritate accepit *Psalm.* 8. 6. 7. b. eandem sibi & posteritati perdidit *Eph.* 2. 3. 5. Proximorum Parentum peccata quandoque transeunt in liberos, *Exod.* 20. 5. Ergo multò magis hoc peccatum. S. N.

C. *Imago Dei per Adami lapsum amissa planè est.* Non quidem; quatenus notat *generaliter* quicquid omnino donorum homo integer à Deo accepit ad suam felicitatem: nec *specialiter*, quatenus declarat reliquias quasdam donorum in mentibus & cordibus hominum post lapsum: sed quatenus *specialissimè* significat id, quod in donis illis præcipuum ac salutare fuit, Sapientiam, Iustitiam, Sanctitatem, Felicitatem: verbo, originalem rectitudinem. Ita amissam esse Dei imaginem, probant Rationes 1. Sapientia, Iustitia, Sanctitas, Immortalitas, sunt amissa, *Gen.* 3. 2. Imago Adami, per lapsum contracta, contraria est imagini Dei, *Gen.* 5. *v.* 1. 3. *Ioh.* 3. 6. *Eph.* 4. *v.* 22. 23. 24. 3. Deus amissionem imaginis suæ minatus est, eamque inflixit, *Gen.* 2. 17. *Gen.* 3. 18. 19. 4. Nuditas hominis lapsi amissionem boni interni etiam notabat. 5. Imago Dei in secundo

do Adamo restituitur. *Col.* 2. 10. *Eph.* 4. 24. S. D. *Mutabilitas, quæ aliâs* mutabilis voluntas *dicitur, &* liberum arbitrium, *primi peccati Adæ causa fuit non quidem per se, sed tamen per accidens.* *Mutabilitas* colligitur 1. *Ex eventu.* Mutatus fuit homo. E. creatus mutabilis. 2. A *modo agendi.* Deus egit cum homine præceptis, interdictis, minis &c. E. Nec enim cum iis, qui sunt immutabiliter boni, sic procedit, ut patet ex altera vita. 3. A *pari* vel *majori*, quia etiam Angeli fuerunt mutabiles. Non *tamen fuit causa lapsus per se* 1. quia fuit conditio concreata homini integro. Ergo bona. 2. Fuit etiam in Angelis electis ante confirmationem ipsorum in statu integritatis. *Est tamen causa per accidens*, sive mutabilitatem ipsam tanquam conditionem naturæ primævæ, sive Protoplasten Adamum attendas. *Priori modo*, quia bonum est causa mali sive peccati per accidens: Sicut unum oppositum non gignit alterum. Mutabilitas est donum naturæ sive conditionis. E. *Posteriore*; qui præter intentionem lapsus est in peccatum & mortem, est causa per accidens non per se. Adamus ita lapsus est; ratio, quia non spectavit transgressionem præcepti divini & defectionem à Deo, sed bonum illud quod huic malo judicabat esse adjunctum ex persuasione Sathanæ, cognitionem sc. boni & mali. *Mutabilitas* igitur est *causa peccati*, quatenus homo muta-

mutabiliter bonus, objecta imagine falsi boni à vero bono descivit, & se suosque præcipitavit in malum.

E. *Aliud est actus mutabilitatis; aliud est mutabilitas ipsa.* *Ille* fuit inclinatio ad malum, lege Dei damnata, & omnis peccati fons: *Hæc* conditio est creaturæ conveniens, & potentia indifferens ad bonum & malum, quâ poterat perseverare in bono, vel etiam ab eo deficere sive potentia *disponibilis* quidem ad malum, at non *disposita*.

F. *Modus permissionis peccati primi explicatur vel negativè vel affirmativè. Negativè* 1. *Deus non impulit Adamum ad peccandum*, a. quia severè prohibuit. b. Moses enarrans causas, nullam Dei facit mentionem. c. Deus condidit hominem rectum, ipse autem proprio sc. motu, suadente & instigante Sathana quæsiverunt ratiocinia plurima. 2. *Deus non subtraxit ei gratiam peccato adversantem*, quia a. illa secuta est in pœnam peccati, ut quæ est privatio imaginis Dei propter peccatum. b. quia secus impulisset hominem ad peccandum: veluti cum subductis columnis, domus necessariò corruit. 3. *Nec ullo modo cooperatus est ipsius peccato. Affirmativè.* 1. Non contulit Adamo adjutorium novæ ac specialis gratiæ, nec juvit ipsum extraordinario auxilio, ut vellet perseverare. 2. Nec impedivit, quò minùs Sathan ipsum tentaret, tentanti-

ſtantique obtemperaret. 3. Ordinavit & direxit lapſum ad fines illos, quos æterno ſuo conſilio præfinierat. Non fines peccati, qui per ſe nulli, ſed permiſſionis divinæ. Sunt autem *fines* alii reſpectu *hominum*, alii reſpectu *Dei*. *Illorum* reſpectu finis *proximus* erat infirmitatis creaturæ manifeſtatio: *remotus* major felicitas & perfectior ſalus in Adamo ſecundo, Chriſto. *Dei* verò reſpectu *proximus* pulchritudo univerſi, quæ ex hac permiſſione exſurgit & in hoc conſiſtit, ut in mundo tanquam magna domo, varia ſint vaſa. *Remotus* patefactio gloriæ, inprimis illuſtratio miſericordiæ ipſius in ſalute electorum propter Chriſtum.

XV. Ortum *peccatum eſt aut Originale aut Actuale.*

Rom. 5. *v.* 19. Per inobedientiam unius, peccatores conſtituti ſunt multi. *Cap.* 7. *v.* 8. Peccatum effecit in me totam cupiditatem.

XVI. Originale *eſt* [a] *defectio omnium naturalium hæredum Adami* [b] *in lumbis ejus*; & [c] *inde ſecuta humana natura corruptio*; [d] *quæ impura generatione in* [e] *ſingulos propagatur.*

a. *Rom.* 5. *v.* 12. Per unum hominem peccatum in mundum introiit. v. 18. Per unam offenſam reatus venit in omnes homines ad condemnationem. v. 19. Per unius inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi.

b. *Rom.* 5. *v.* 12. In quo, *ſcil. Adamo*, omnes

peccârunt. 1. *Cor.* 15. *v.* 22. Omnes moriuntur, h. e. *in lumbis ejus, ex Hebr.* 7. *v.* 9. 10.

c. *Gen.* 5. *v.* 3. Adamus genuit filium ad similitudinem suam, ad imaginem suam. *Rom.* 7. *v.* 18. Novi non habitare in me, id est, in carne mea, bonum. v. 23. Cerno aliam legem in membris meis, belligerantem adversus legem mentis meæ.

d. *Ioh.* 3. *v.* 6. Quod genitum est ex carne; caro est. *Psalm.* 51. *v.* 7. In iniquitate genitus sum: & in peccato concepit me mater mea.

e. *Rom.* 3. *v.* 10. Non est justus, ne unus quidem. *Eph.* 2. *v.* 3. Eramus naturâ filii iræ, sicut & cæteri.

CANONES.

A. *Datur peccatum originale, id est, natura humana lapsu Adæ corrupta est ac vitiata, quæ carnali generatione in omnes omninò homines, ab Adamo ordinariè & naturaliter descendentes, propagatur.* Ratio 1. Omnes in Adamo peccârunt, *Rom.* 5. 12. prout Levi decimatus est in Abrahamo. 2. Omnes per inobedientiam Adami sunt constituti peccatores, *Rom.* 5. 19. 3. Omnes in Adamo sunt mortui, 1. *Cor.* 15. 22. S.

B. *Peccatum originale non tantùm est primi illius peccati effectum & pœna, sed peccatum verè ac propriè dictum.* Ratio 1. quia ei conveniunt propriè dicti peccati nomina, attributa, forma, effecta. *Nomina*: quia absolutè

&

& κατ' ἐξοχὴν peccatum, lapsus, transgressio, inobedientia, iniquitas, caro & concupiscentia appellatur, *Rom.* 5. *v.* 12. 14. 16. 19. *Psal.* 51. *v.* 7. *Ioh.* 3. *v.* 6. *Rom.* 7. *v.* 7. 8. *Cap.* 8. *v.* 13. *Iac.* 1. *v.* 14. *Attributa*: quia dicitur peccatum peccans, *Rom.* 7. *v.* 13. peccatum inhabitans, v. 17. malum adjacens, v. 21. lex membrorum, v. 23. corpus mortis, v. 24. corpus peccati & vetus homo, *Rom.* 6. *v.* 6. sensus carnis *Cap.* 8. *v.* 7. vetus fermentum malitiæ, totam massam corrumpens 1. *Cor.* 5. *v.* 6. 8. peccatum nos circumstans *Hebr.* 12. 1. radix amaritudinis sursum germinans, v. 15. *Forma*: quia legi contrarium est, *Rom.* 7. *v.* 7. 8. belligerans adversus legem mentis, v. 22. inimicum Deo, subjici nescium legi ipsius *Rom.* 8. *v.* 7. & adversus Spiritum Dei concupiscens *Gal.* 5. *v.* 17. *Effecta* denique: quia tum opera carnis *Gal.* 5. *v.* 17. *& seqq.* *Matth.* 15. *v.* 19. *Rom.* 7. *v.* 5. tum etiam iram Dei *Ephes.* 2. *v.* 3. & mortem ac condemnationem, tanquam peccati stipendium producit, *Rom.* 5. *v.* 12. *& seqq.* 2. Peccatum originale, acceptum de imputata transgressione Adami, est illud peccatum, quod per unum hominem introiit in mundum. 3. Peccatum originale, *Synecdochicè* sumptum pro privatione justitiæ originalis, est carentia conformitatis cum lege, inesse debitæ naturæ. 4. Eodem *tropo* sumtum est

prava concupiſcentia, ſive pronitas legi Dei rebellis & inimica. N.

C. *Peccatum Originale vel concretivè conſideratur vel abſtractivè. Illo* modo dicitur inclinatio naturæ corruptæ pugnans cum lege: *Iſto* eſt pravitas ſive corruptio naturæ nobiſcum nata.

D. *Peccatum originale concretivè ſumtum eſt qualitas poſitiva phyſica, ſubjecti reſpectu; at non prava qualitas.* Vocabula Concretiva duo ſignificant, ſubjectum & formam. In peccato originali *ſubjectum* ſunt vires & facultates animæ & corporis: *forma* eſt pravitas, vitioſitas inhærens ſubjecto. Hoc ſubjectum certè eſt qualitas phyſica creata à Deo. E. eſt qualitas poſitiva; ſed non eſt prava qualitas, cùm ad bona naturæ pertineat.

E. *Peccatum originale abſtractivè ſumtum eſt qualitas poſitiva Logica, ſed prava, mala, non autem nuda ac mera privatio.* Privationem eſſe non negamus. Eſt enim defectus ſive carentia juſtitiæ originalis ineſſe debitæ, prout vulgò definitur ex *Anshelmo*, neque tamen eſt mera privatio. Ratio 1. Repugnat Scripturæ, *Gen.6.5. Ier.*17.9. *Rom.* 7.5. *Eph.* 2.3. 2. Tenebræ, ſtultitia & ſapientia carnis in mente: malitia & pravitas in voluntate: impuritas multiplex in affectibus ſunt poſitivæ qualitates pravæ, *Eph.*5 8. 3. Vitia virtutibus non modò privativè opponuntur, ſed & contrariè. At peccatum Originale

ginale est vitium naturæ. 4. Effectus peccati Originalis non modò privativi; sed & positivi sunt, non modò sunt peccata omissionis, sed & commissionis, *Matth.*15.19.*Rom.*3.10.11. 5. Languor & morbus corporis non tantùm est absentia sanitatis, sed & mala corporis dispositio, quæ dolorem parit. P.

F. *Modus derivationis peccati Originalis est tum imputatio peccati Adæ, tum impura generatio. Illa* probatur 1. ex disputatione Apostoli *Rom.* 5. 12. *seq.* & *v.*17. 18. 19. ubi probat homines, etsi actu in Adamo non fuerint, in Adamo tamen peccâsse. 2. à proprio effectu. In Adamo sumus mortui. Ergo rei ipsius peccati, quia mors stipendium peccati. *Hæc* vero stabilitur 1. Scriptura *Iob.* 14.5. *Psalm.*51.7. *Ies.*48.8. *Ioh.*3.6. 2. Rationibus. a. quia cum natura propagatur, *Eph.*2.3. b. Seminali ratione propagatur. *Iob.* 14. 5. c. sumus naturâ filii iræ & transgressores.

G. *Vt imputationis, sic propagationis per generationem, causæ duæ sunt, proxima & remota. Imputationis.* Remota est ordinatio Dei, quâ justo judicio, nobis imperscrutabili, constituerat, ut dona in creatione accepta Adam sibi & posteris simul vel servaret vel perderet. Planè sicut de feudo fit, quo ob rebellionem liberi cum Parentibus mulctantur. *Propinqua* est, quod Adam peccavit non ut persona privata & singularis, sed ut caput, fons, origo & principium univer-

ſale totius generis humani. Hanc cauſam exponit Apoſtolus Rom. 5. 12. *Propagationis per generationem* cauſa *proxima* eſt natura & conditio omnium generantium, qui gignunt ſibi ſimile ſpecie, quoad ſubſtantiam & accidentia ſpeciei. Iam verò peccatum eſt accidens toti ſpeciei humanæ commune poſt lapſum Adæ. *Remota* eſt lex generationis à Deo poſita homini non minus poſt lapſum, quàm ante eum.

H. *Propagatio peccati per generationem ſucceſſiva eſt, tribus potiſſimùm gradibus conſtans.* Succeſſivam eſſe patet, quia eſt idem ordo propagationis peccati humani, qui eſt naturæ humanæ. Atqui illa eſt in ſingulis individuis ſucceſſiva. Tribus autem gradibus abſolvitur. *Primus* eſt in conceptione & generatione corporis, quod gignitur ex ſemine impuro, corrupto, *Iob.* 14. 5. 1. *Pet* 1. 23. *Ioh.* 1. 13. *Secundus* in creatione animæ Rationalis, ubi tamen duæ ſunt ſententiæ. *Vna* eorum, qui animam volunt *creari cum juſtitia originali,* ſed mox ea privari, in pœnam peccati Adæ, quæ *Scholaſticorum* eſt, itemq; *Zanchii. Altera* eorum, qui dicunt, *creari privatam illâ juſtitiâ* in pœnam ejuſdem peccati, eſtq; *Calvini*, *Urſini*, aliorum. Atq; hæc *verior*; a. Quia in Adamo omnes peccârunt, & mortui ſunt. b. Imago Dei & juſtitia originalis non reſtituitur poſt lapſum, niſi per regenerationem. c. ſi creentur puræ, integræ, erunt naturâ juſtæ, deinde fiunt injuſtæ. At

non

non est justus vel unus. *Tertius* gradus est in animatione corporis per animam, sive, in unione corporis cum anima in unam personam humanam, quo gradu peccatum originale perficitur.

I. *Vt autem corruptio Naturæ, sive peccatum originis, omnes animæ facultates, non minùs superiores quàm inferiores pervasit: sic præcipuè in voluntate, tanquam Domina & Principe cæterorum residet; nec proinde extrinsecus tantùm & accidentarius est defectus; sed intrinseca & inhærens in voluntate pravitas.* Rationes. 1. Cor hominis, quod in Scriptura pro *voluntate* sumitur, peccato originis corruptum est. 2. Totus homo peccato corruptus est. 3. Voluntas omni tempore propensa est ad malum. *Gen.* 6. 5. *Gen.* 8. 21. *Iob.* 15 14. 16. 4. Voluntas ex gratia renovatur *Deut.* 30. 4. *Psalm.* 51. 7. *Ephes.* 2. 1. N.

K. *A peccato originali nemo, ne ipsa quidem B. Virgo Maria, immunis est.* Ratio 1. Carnali generatione ab Adamo orta est, *Luc.* 3. 2. Immaculata conceptio est privilegium solius Christi, *Luc.* 1. 35. *Matth.* 1. 20. 3. In Maria fuerunt proprii effectus peccati originalis, mors, calamitates, peccata actualia, *Luc.* 2. 44. *Ioh.* 2. 4. *Luc.* 8. 19. 20. 21. 4. Misericordiâ Christi à peccatis fuit servata, *Luc.* 1. 48. 50. 5. Aliâs non opus fuisset speciali sanctificatione humanæ naturæ Christi in utero ejus. P.

L. Concupiscentia prava, *inprimis quæ in justificatis*

ficatis remanet, ut pars est peccati originalis: ita etiam peccatum propriè sic dictum. Ratio I. Ea in justificatis remanet, nomen peccati habet, & eos peccare facit *Rom.* 7.17. *v.* 13. 18.19. II. Est à Diabolo, 1.*Ioh.* 2.16. *Ioh.* 8.44. III. Est ἀνομία, *Exod.* 20.17. *Deut.* 5.27. P.

XVII. Actuale *est vitiositas actionis sive internæ sive externæ, è peccato originali manans.*

Matth. 15. *v.* 19. Ex corde egrediuntur cogitationes improbæ; Cædes, adulteria, scortationes, furta, falsa testimonia, maledicta. *Iac.* 1. 14.15. Unusquisque tentatur, dum à propria cupiditate abstrahitur, & inescatur. Deinde cupiditas postquam concepit, parit peccatum: peccatum verò peractum gignit mortem.

XVIII. *Hujus* [a] *variè species referuntur in Scriptura, quas inter* [b] *gravissimum est peccatum* in Spiritum Sanctum; *resipiscentiæ, eoq; etiam remissionis expers.*

a. *Rom.* 6. *v.* 12. Ne regnet peccatum in mortali vestro corpore. 1. *Ioh.* 5.17.16. Omnis injustitia peccatum est: sed est peccatum, quod non est ad mortem; & quod est ad mortem. *Psalm.* 19. *v.* 13. Errata quis intelligit? ab occultis meis munda me, 2. *Cor.* 7. 1. Purificemus nos ab omni inquinamento carnis & Spiritûs.

b. *Matth.* 12. *v.* 31. 32. Blasphemia in Sp. S. non remittetur hominibus. Et quisquis locutus

fuerit

fuerit adversus Spiritum S. non remittetur ei, neque in hoc, neque in futuro seculo. *Hebr.* 6. v. 4. 5. 6. Fieri non potest, ut qui semel fuerint illuminati, gustaverintque donum illud cœleste, & participes facti fuerint Spiritus Sancti, gustaverintque bonum Dei verbum, ac virtutes futuri seculi; si prolabantur denuò renoventur, ad resipiscentiam, ut qui rursum crucifigant sibi Filium Dei, & ignominiæ exponant.

CANON.

Actuale peccatum distinguitur commodissimè vel respectu causæ Efficientis; vel Materiæ; vel Formæ; vel Finis; vel Effecti; vel Subjecti; vel Adjuncti. Efficientis respectu 1. Aliud est, quod solâ *animâ*, ut pravæ cogitationes, *Matth.* 15. 19. & concupiscentiæ *Cap.* 5. 28. vel quod *animâ* & *corpore* simul committitur, ut sunt inquinamenta carnis & Spiritus, 2. *Cor.* 7. 1. 2. Aliud est *ignorantiæ*, sive *juris* & voluntatis divinæ, *Luc.* 12. 48. sive *facti*, *Psalm.* 19. 13. aliud *scientiæ*, patratum vel *contra scientiam*, à scientibus, ut abnegatio Petri, vel insuper *contra conscientiam* à scientibus & volentibus, ut adulterium Davidis. *Materiæ* seu *Objecti* respectu, aliud in *Deum* committitur, aliud in *proximum*, aliud in *nos* ipsos. Illud primam, istud & hoc secundam concernit tabulam. *Formæ* 1. Aliud est *per se*, aliud *per Accidens*. *Per se*, quicquid lege Dei prohibetur; *per Accidens*, quod lege quidem præ-

ceptum, eoque bonum est; interim aliquâ boni circumstantiâ deficit; vel in *Efficiente*, quoties non procedit ex fide; vel in *modo*, cùm fit absque interna cordis obedientia; vel etiam *in fine*, cùm non refertur ad Dei gloriam. 2. Aliud *Commissionis*, cùm committimus malum; aliud *Omissionis*, cùm omittimus bonum. Illud, actuale est, directè & per se: hoc reductivè & analogicè. *Finis* respectu, aliud *Casuale* est ac fortuitum; aliud *destinatum*. *Effecti* ratione aliud levius, aliud gravius. *Subjecti*, aliud spirituale ut hæreses, Superbia; aliud *carnale*, ut ebrietas, scortatio &c. Aliud in *mente*; aliud in *voluntate*; aliud in *sensualitate*; aliud in *gestibus*; aliud in *dictis*; aliud in *factis*. *Adjuncti* ratione est 1. *Occultum*, tum agenti, tum aliis; & cognitum. II. aliud *Regnans*, quod dominatur in homine, & cui servit homo absque resistentia; aliud *Non-regnans*; cui resistitur per gratiam Spiritus S. vel saltem cui non servitur ab iis, qui in illud incidunt. III. Aliud *Remissibile*, cui contingit remissio propter satisfactionem Christi, fide apprehensam, *Act.* 26. *v.* 18. Aliud *Irremissibile*, quod est illud, cui non contingit remissio. Et hoc vel *commune*, in quo reprobi omnes promiscuè pereunt; vel *singulare* illud, quod Christus blasphemiam in Spiritum S. *Matth.* 12. *v.* 32. *Marc.* 3. 29. Paulus voluntariam apostasiam, *Hebr.* 6, 4. *& seqq.* *Cap.* 10. 26. *& seqq.* Iohannes pecca-

peccatum ad mortem, 1. *Epist.* 5.16. nuncupat. Ex quorum locorum collatione intelligitur, *peccatum* in Spiritum S. esse veritatis Evangelicæ de qua quis in conscientia sua convictus est, totalem abnegationem, detestationem, & oppugnationem; non ex communi infirmitate humana, sed ex singulari malitia, & odio ejusdem prorsus Diabolico profectam. *Objectum* peccati hujus est Evangelium, *Hebr.* 10.28.29. agnitum, & in conscientia per Spiritum S. confirmatum, sive accesserit externa confessio oris, sive non. Peculiariter in *Sp. S. admitti* dicitur, quia fit contra propriam ipsius operationem, quæ est illuminatio mentium in agnitionem Evangelii. *Irremissibile* vocatur, quia non remittitur in æternum. Est enim illud impossibile, respectu *tum Dei*, qui, quia is est qui se non patitur irrideri *Gal.* 6. 7. finali cæcitate & impœnitentiâ, justo judicio eos punit; tum *Mediatoris Christi*, quia quem semel malitiosè conculcârunt, aliam pro peccatis hostiam non habent *Hebr.* 10. 26; tum *ipsorummet peccantium*, quia, quandoquidem oderunt, & aversantur Evangelium, percipere nequeunt salutarem ejus virtutem.

XIX. *Sedes* hujus loci propria est in V. T. Gen. 3. & 6. Capp. Levit. 26. Deut. 5. & 27. Psalm. 10.14. & 51. In N. T. Ioh. 8.44. 2. Pet. 2. 4. Iud. v. 6. Rom. 1.2.3.5. & 7. Capp. Eph. 2. & 4. Capp.

LOCUS

LOCUS VIII.
DE
Libero Arbitrio in Statu Peccati.

I. R*Elatè ſpectatur peccatum in* Libero Arbitrio, *vires ejus in ſtatu peccati amplius declarans.*

Rom. 3. *v.* 10. *& ſeqq. ad v.* 19. Non eſt juſtus, ne unus quidem. Non eſt qui intelligat, non eſt qui exquirat Deum. Omnes deflexerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat quod bonum eſt, non eſt uſque ad unum. Sepulchrum apertum guttur eorum, linguis ſuis ad dolum uſi ſunt, venenum aſpidum ſub labiis eorum. Quorum os diris & amarulentia plenum eſt. Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Contritio & miſeria in viis eorum. Et viam pacis non cognoverunt. Non eſt timor Dei coram oculis eorum.

II. *Liberum Arbitrium eſt facultas naturalis creaturarum intelligentium, maximè hominis peccato corrupti, quâ circa bonum* [a] *naturale & morale externum aliquid, circa* [b] *ſpirituale verò nihil poteſt, ſed tantùm fertur ad malum;* [c] *utrumque tamen pravio mentis cæca judicio, liberè & ſine coactione vult & agit.*

a. *Rom.* 2. 14. 15. Cùm gentes, quæ legem non habent, naturâ quæ legis ſunt faciant, iſti legem

legem non habentes, sibi ipsis sunt lex. Ut qui ostendant opus legis scriptum in cordibus suis, unâ testimonium reddente ipsorum conscientiâ, & cogitationibus se mutuò accusantibus, vel etiam defendentibus.

b. *Gen.* 6. 5. *& Cap.* 8. 21. Omne figmentum & cogitatio cordis humani tantummodò malum est omni tempore, inde à pueritia ipsius.

c. *Rom.* 1. 32. Non solùm ea (sc. peccata) faciunt, sed etiam facientibus consentiunt ultrò.

CANONES.

A. *Liberum Arbitrium intellectui & voluntati verè est commune.* Nam *Arbitrium* dicitur ratione intellectûs, cujus est arbitrari, hoc est, judicare, judicatáque voluntati monstrare. *Liberum* autem, ratione voluntatis, quæ suapte sponte, sive proprio ac spontaneo motu, objecta sibi monstrata eligit vel repudiat. Atque ita agunt homines ἑκουσίως ex Libero Arbitrio: sicut τὸ ἑκούσιον ipsis tribuit Scriptura, in bonis 1. *Pet.* 5. 2. & malis, *Hebr.* 10. *v.* 26.

B. *Ad Liberum Arbitrium triplex requiritur libertas, una in subjecto, altera ad objectum, tertia ab impedimento.* Una *in subjecto*, quæ in *intellectu* est secundum radicem sive causam, in *voluntate* secundum formam: *altera ad objectum*, sive illud multiplex sit, ubi est *libertas contrarietatis & specificationis*; sive unicum, ubi libertas *contra-*

contradictionis atque *exercitii* locum habet: *& tertia ab impedimento*, sive à coactione. Non verò requiritur *libertas iuris*, sive *dependentia*, neq; etiam talis, quæ sit *ad omne objectum*, bonum & malum. Alioquin creaturæ intelligentes solvendæ essent legibus creatoris; nec amplius in essendo & operando ab eo penderent. Deo etiam Angelisque beatis detrahendum esset liberum arbitrium, quod nec ipse potest velle, nec isti volunt malum. Sicut autem non requirit omnimodam libertatem, ita nec excludit omnem *necessitatem*; verùm eam, quæ *coactionis* dicitur, & in Scriptura ei opponitur *Philem. v.* 14. 1. *Petr.* 5. *vers.* 2.

C. *In homine irregenito nulla supersunt vires ad bonum, quæ ope Dei excitandæ & confirmandæ, non verò restaurandæ & renovandæ sint.* Ratio 1. Non regenitus est mortuus in peccato, *Eph.* 2.1. *Col.* 2. 13. 2. Est mente cœcus, *Eph.* 5. 8. *Ioh.* 1. 5. voluntate pravus, *Ier.* 17. 9. *Gen.* 6. 5. affectibus rebellis, *Tit.* 3. 3. *Rom.* 7. 5. Corpore, omnibusque membris servus peccati. *Rom.* 6.12. 3. In conversione vivificatur, *Col.* 2. 13. *Eph.* 3. *v.* 15. 4. Illuminatur, renovatur; *Eph.* 1.17.18. *Ier.* 31. 6. *Rom.* 6. 2. S.

D. *Falsum est, Reformatos, nec nomen Liberi arbitrii, nec ipsam rem ferre posse, titulum appellantes sine re.* Scripta, Colloquia, ac Disputationes nostrorum abundè nos purgant, ab hac crimi-

minatio-

minatione. Nomen *Liberi Arbitrii* non minùs nobis est usitatum, quàm adversariis. *Res* etiam definita ac probata, sed juxta veritatem Scripturæ: nempe, *quòd sit facultas volendi aut nolendi, eligendi aut repudiandi objectum, ab intellectu monstratum, proprio, spontaneo, ac deliberato motu.* Philosophi Græci τὸ αὐτεξούσιον καὶ ἐλευθέριον προαίρεσιν, Latini Liberum arbitrium plus nimio extulerunt. I. *Ratione Efficientis*, quatenus illud dixerunt ἀδέσποτον, nullius imperio ac gubernationi obnoxium, eoque Liberum etiam à subjectione Providentiæ divinæ. II. *Objecti* respectu, dum in hac corruptione peccati, quam ipsi ignorabant illud constituerunt ἀμφιῤῥεπὲς ad bonum & malum, & in utramque partem æquè flexile & propensum. Utrumq; errorem, longè gravissimum, cùm Pelagiani Veteres & Novi, sub usitato nomine spargant in Ecclesia; Theologi Orthodoxi non modò erroris falsitatem redarguunt, sed monstrant quoque, κατάχρησιν & abusum vocabuli, eúmque cavendum monent; *sanum* interim *usum* approbantes & retinentes. Quanquam cùm vox sit non ἔγγραφος, sed ἄγραφος, aliena à Scriptura, nemini vitio fraudíve esse debeat, si τὸ ἑκούσιον *spontaneum*, quam αὐτεξούσιον sive *liberum arbitrium* dicere malit.

E. *Idem arbitrium diverso respectu vel servum esse potest, vel liberum.* Liberum & servum sunt

sunt differentiæ arbitrii humani non contrariæ, sed diversæ aut disparatæ. Est *Liberum*, quia proprio, spontaneo, ac deliberato motu agit. *Servum* etiam, quia mancipatum peccato nihil potest, quàm peccare. Quo sensu ipsa Scriptura hominem servum peccati nominat; *Ioh.* 8. 34. *Rom.* 6. 17. Proinde servum dicitur non *absolutè*, sed *limitatè*, 1. post lapsum in statu peccati, 2. Nec circa omne objectum, *naturale*, *civile*, *externum*; sed circa objectum *spirituale*, atque etiam *morale per se bonum*.

III. *Hujus* Efficiens, *Remota, est* [a] *Deus; author omnium facultatum, actuumque naturalium, imprimis autem reliquiarum imaginis suæ in homine post lapsum. Proxima, sunt ipsæ creaturæ intelligentes, præcipuè homines*, [b] *cœci mente, ac pravi voluntate.*

a. *Act.* 17. *v.* 28. In Deo vivimus, movemur, & sumus. *Ioh.* 1. *v.* 9. Illuminat omnem hominem venientem in mundum. *Iac.* 3. *v.* 9. Per ipsam (linguam sc.) exsecramur homines, ad Dei similitudinem factos.

b. *Eph.* 5. *v.* 8. Eratis olim tenebræ. *Cap.* 4. *v.* 17. 18. 19. Gentes ambulant in vanitate mentis suæ, tenebris obscuratam mentem habentes, & alienati à vita Dei propter ignorantiam, quæ est in ipsis per obdurationem cordis ipsorum. Qui posteaquam dedoluerint;

runt; sese dediderunt lasciviæ, ad certatim patrandam omnem impuritatem.

IV. Materia *circa quam sive objectum est* [a] *tum bonum naturale ac morale externum, quod* [b] *justitiam externæ disciplinæ dicimus: tum* [c] *malum, specie boni oblatum.*

a. *Rom.* 2. *v.* 14. 15. Quum Gentes, quæ, &c.

b. *Phil.* 3. *v.* 6. Quoad justitiam, quæ est in lege, irreprehensus.

c. *Ioh.* 16. *v.* 2. Veniet tempus, cùm quisquis vos interemerit, se putet cultum præstare Deo.

V. Forma *ex actibus diversis circa diversa objecta cognoscitur. Etenim* [a] *bonum naturale ac morale externum liberè vult & eligit: sed ita, ut vel* [b] *vitio suo, vel* [c] *impulsu alieno, subinde impingat aut deficiat. Bonum verò* [d] *spirituale, aut prorsus ignorat, aut patefactum sibi improbat & aversatur: præ quo* [e] *malum, sub specie boni, approbat, eligit, & persequitur.*

a. *Rom.* 2. *v.* 14. 15. Quum gentes &c.

b. *Iacob.* 3. *v.* 2. In multis impingimus omnes.

c. 2. *Tim.* 2. *v.* 26. A Diabolo captivi facti ad ipsius libitum. 1. *Cor.* 15. *v.* 33. Mores bonos commercia corrumpunt mala.

d. 1. *Cor.* 2. *v.* 14. Animalis homo non est capax eorum quæ sunt Spiritus Dei: sunt enim ei stultitia, nec potest ea cognoscere. *Matth.* 23. *v.* 37.

v. 37. Quoties volui te congregare, sed noluisti. *Rom.* 8. *v.* 7. Sensus carnis inimicitia est adversus Deum. Legi enim Dei non subjicitur: nam ne potest quidem.

e. *Gen.* 6. *v.* 5. Et Cap. 8. v. 21. Omne figmentum ac cogitationes cordis ejus, tantummodo malum est omni tempore. *Ioh.* 16. *v.* 2. Veniet tempus &c.

CANONES.

A. *Ratio formalis Liberi Arbitrii in sola indifferentia ad opposita sita non est.* Non negant Orthodoxi, *indifferentiam pertinere* ad naturam Liberi Arbitrii, quippe per quam distinguitur ab omnibus agentibus naturâ, sive necessitate naturali: sed duo desiderant. I. Quòd indifferentia illa non ex Scriptura, sed ex Pseudo-Philosophia definitur & explicatur. II. Quòd in sola ponatur indifferentia, tanquam forma ejus adæquata, non verò sit partialis, sive pars formæ. Huic ergò sententiæ opponuntur rationes. 1. *Sola indifferentia est tantùm forma partialis.* Ratio a. Quia Liberum Arbitrium non est potentia vel actus simplex, sed mixtus sive compositus ex mente & voluntate. b. Indifferentia quoque est judicii, non voluntatis tantùm. Atque ut libertas *voluntatis* est *electiva*, sic libertas mentis *judicativa* dicitur. 2. Talis indifferentia in nullo subjecto intelligenti reperitur. *Deus* est liberè bonus, i. e. non coactè: indifferenter tamen ut malus

malus esse possit non item, sic θεάνθρωπος, *Angeli*, & *Homines*, tam boni, quàm mali; Vtrique tales, sunt liberè tales. 3. Voluntas determinatur foris à causa prima, intus ab ultimo judicio practicæ rationis; utroque autem modo agit secundum naturam suam. 4. In Libero arbitrio necessitas & Libertas concurrunt. N.

B. *Libertas à coactione ad libertatem arbitrii non sufficit.* Requiri ad eam ipsa Scriptura docet, quæ τὸ ἑκούσιον spontaneum sive voluntarium coacto opponit 1. *Pet.* 5. *vers.* 2. *Philem.* v. 14. *Sufficere* ad constituendum liberum arbitrium, nemo Orthodoxorum asserit. Insuper enim libertas requiritur à *necessitate Physica*, ac *bruta determinatione*: quia utraque differentia homo liberè agens, ab agentibus naturalibus & brutis distinguitur.

C. *Neque voluntas, in statu peccati ex se est, indifferens ad bonum & malum.* Ratio 1. *Liberum Arbitrium naturaliter est corruptum.* a. Homo in genere post lapsum est depravatus naturâ, omnésque ejus facultates vitiatæ. b. Mens & voluntas, ex quibus liberum arbitrium velut potentia composita est conflatum, corrupta sunt. Mens, *Matth.* 4.16. *Ioh.* 1.5.10. *Rom.* 8.7. Voluntas, *Ier.* 17.9. *Matth.* 15.19. *Rom.* 1.24. 2. Liberum Arbitrium est impotens ad bonum, & tantùm fertur ad malum, ídque necessitate naturæ corruptæ. 3. Est servum peccati &

 libe-

liberum justitiæ, *Rom.6. 20. Ioh.* 8. 34. 4. Inclinatio ad malum à naturæ vitio: ad bonum, à regenerationis beneficio est, *Ezech.36.17. Ioh.* 3.5.6. N.

D. *Imò homo non renatus, ne in civilibus quidem particularibus, arbitrium habet à speciali Dei auxilio & motione, & à servitute peccati liberum.* Ratio 1. Scriptura subjecit Liberum Arbitrium speciali Dei motioni *Proverb.* 21. 1. *Cap.* 20. 24. & 16. 19. Exemplo Iacobi, *Gen.* 43. 14. Israëlitarum, *Exod.* 12. 36. 2. Homo in civilibus servituti peccati est obnoxius, *Rom.* 1. 29. 30. 31. *Ier.* 9. 2. 3. 3. Generale tantùm auxilium, nihil magis in hominibus, quàm in brutis efficeret, quia sic utrobique concurrit Dei auxilium, quo vivunt, moventur, &c. P.

E. *Neque tamen propterea hominem omni libertate spoliatum, vertimus in truncum & stipitem.* Libertas variè dicitur. Est *libertas à coactione, à Physica necessitate, à bruta determinatione*: hæc homini etiam post lapsum competit. Est prætereà *libertas à servitute peccati*, quæ est ex corruptione naturæ, itémque à miseria & pœna peccati, quâ spoliatus est post lapsum culpâ suâ. Neque tamen *propterea truncus aut stipes dicendus est.* Exercet enim proprios ac spontaneos motus ac actiones potentiæ Rationalis. Retinet reliquias quasdam imaginis Dei, circa discrimen honesti & turpis, moderationem

loco-

locomotivæ, & disciplinæ externæ studium. Denique, ne quidem in *conversione violenter cogitur*, sed efficaciter movetur, flectitur, adeóque actus agit, licèt primi illi motus *excitentur* & *efficiantur* à gratia: non autem *eliciantur è viribus* arbitrii humani.

F. *Neque doctrina nostra de libero arbitrio est noxia & inimica pietati: eò quod non relinquat homini, sc. non renato, ut pius esse velit.* Sic ipsa Scriptura adversa fuerit pietati, quæ expressè docet non minùs τὸ θέλειν, quàm τὸ ἐνεργεῖν à Deo esse, *Phil.* 2. *v.* 13. non esse aut volentis aut currentis, sed miserantis, *Rom.* 9. *v.* 16. *Doctrina pietatis* est, non quæ homini animali intelligentiam spiritualium, injusto, justitiæ desiderium ac studium, impio pietatis exercendæ voluntatem ac facultatem attribuit: sed quæ *peccatorem adducit in agnitionem peccati*, & ἀδυναμίας suæ; excutit ei securitatem & superbiam, adducit ipsum ad veram humilitatem, ac sanctam desperationem de viribus suis, accendit in ipso desiderium gratiæ in Christo, precationem, fidem, urget eundem ad resipiscentiam, novam obedientiam & perseverantiam in ea. Quæ omnia cùm præstet nostra Doctrina secundum verbum Dei; apparet Magistram atque Matrem esse veræ pietatis, non hostem aut adversariam.

G. *Neque omnem potentiam naturalem ad*

bonum morale, sive ad opera pietatis, saltem remotam, homini non renato adimit. Remota potentia dicitur *ambiguè*; vel de *aptitudine* sive *capacitate passiva* subjecti, vel de *activa quadam ejus facultate. Primò* sensu convenit homini illa potentia: ut qui naturalibus ἐνεργείαις intelligendi, volendi, nolendi, & rationaliter agendi præditus est; absque quibus ne homo quidem foret. *Altero* verò sensu, si quis eidem tribuere velit, arrogabit ei, quod non habet, videlicet ejusmodi vires ad bonum, quæ impeditæ solùm & sopitæ per gratiam prævenientem, excitentur, & ex potentia in actum deducantur. Loquimur verò hîc de *bono morali* & *spirituali propriè*, quod opus pietatis dici meretur secundum Scripturam, & Deo placet. Alioquin minimè diffitemur, *aliquod bonum morale*, generaliter & indefinitè sic dictum, solis naturæ viribus præstari posse; ut est *Rom.* 2. *v.* 14. Atque hujus respectu non tam *remota* quàm *proxima potentia* ad bonum homini inest.

VI. Finis *est partim* [a] *gloria Dei per demonstrationem bonitatis, justitiæ, & judicii ipsius, partim* [b] *societatis humanæ conservatio*: *partim denique* [c] *creaturarum peccantium* ἀναπολόγησις *& justa condemnatio.*

a. *Prov.* 16. *v.* 4. Deus omnia fecit propter se ipsum, etiam impium ad diem mali.

b. *Rom.* 2. 14. 15. Cùm gentes &c.

c. *Rom.* 1. *v.* 20. 21. Ad hoc, ut sint inexcusabiles;

biles: propterea quòd, quum Deum cognoverint, tamen ut Deum non glorificaverunt.

CANON.

Falsus est finis, Liberum Arbitrium homini esse datum, ut gloriam sempiternam, per propria merita, tanquam modo nobilissimo consequatur. Ratio 1 Imago Dei primo homini hoc fine non est collata; ut quod nec Scriptura expresse docet, nec per consequentiam. 2. Cultus Dei spontaneus pendet ex naturali obligatione, quæ obligatio ut infert debitum naturale, ita meritum est indebitum, & merces pro eo, officii indebiti compensatio. 3. Modus ille consequendi gloriam est servilis & impius, quia mercenariorum proprius, & repugnat modo nobilissimo habendi gloriam per meritum Filii Dei, qui solus pro nobis solvit λύτρον. 4. De nullo hominis statu id dici potest. Non de primo, quia statu illo excidit homo per liberum arbitrium. Nec de secundo, est enim peccati ac mortis, non vitæ ac gloriæ. Nec de statu gratiæ, quia nullus unquam per merita operum servatus est. P.

VII. Effecta *sunt, alia* [a] *bona, videlicet opera justitiæ civilis, seu disciplinæ externæ in non renatis; alia* [b] *mala, nempe peccata per se, vel per accidens, libera peccantium voluntate patrata.*

a. *Rom.* 2. *v.* 14. 15. Quum gentes &c. *Phil.* 3. *v.* 6. Quoad justitiam, quæ est in lege, irreprehensus.

b. *Rom.* 1. 32. Non solùm ea faciunt, sed &c. Cap. 14. 23. Quicquid ex fide non est, peccatum est.

CANON.

Homo non renatus, solis naturæ viribus, sine speciali Dei auxilio, bonum morale absque peccato præstare non potest. Ratio 1. Homini ad tale opus nullæ sunt vires. a. quia est mortuus in peccato. b. Facultates omnes, interiores & exteriores, sunt corruptæ. 2. Opus morale irregeniti neque habet essentiam, neque conditionem boni moralis essentiales. Illa est interna cordis purificati obedientia, *Tit.* 1. 15. Hæc respectu efficientis, fides, *Rom.* 14. 22. 1. *Tim.* 1. 5. respectu finis, gloria Dei 1. *Cor.* 10. 31. 3. Illud Scriptura viribus humanis adimit, *Ier.* 13. 23. *Matth.* 7. 18. *Rom.* 3. 12. & speciali Dei auxilio tribuit, 2. *Cor.* 3. 5. *Eph.* 2. *v.* 9. 10. P.

VIII. Subjectum *recipiens sunt creaturæ intelligentes,* a *Diaboli &* b *Homines peccatores in statu peccati, maximè* c *adulti, saná mente præditi.*

a. *Ioh.* 8. *v.* 44. Vos ex Patre Diabolo estis, & cupiditates Patris vestri vultis explere. Ille fuit homicida à principio.

b. *Rom.* 3. *v.* 10. *& seqq.* Non est justus, &c. *Eph.* 2. *v.* 1. Eramus mortui in lapsibus & peccatis.

c. *Rom.* 5. *v.* 14. Regnavit mors ab Adamo, usque

usque ad Mosen, in eos etiam, qui non peccaverunt ad similitudinem transgressionis Adami, Cap. 1. 28. 18. Non visum est eis Deum in notitia retinere: Dei veritatem in injustitia detinent.

IX. Adjuncta *tria sunt I. quòd est* [a] *dependens subjectum Providentiæ Dei. II.* [b] *Servum peccati. III. etiam* [c] *pravitate suâ inemendabile, naturâ.*

a. *Prov.* 21. *v.* 1. Ut rivi aquarum, sic cor Regis est in manu Iehovæ; quocunque vult, inclinat eum.

b. *Ioh.* 8. *v.* 34. Qui dat operam peccato, servus est peccati.

c. *Ier.* 13. *v.* 23. Si potest Æthiops mutare pellem suam, aut pardus liventes maculas suas; etiam vos potestis benefacere, edocti malefacere. *Matth.* 7. *v.* 18. Non potest arbor mala bonos fructus ferre.

CANON.

Arbitrium, sive voluntas hominis, ab omni necessitate non est liberum. Ratio 1. Est creatum. a. Omnis creatura necessariò dependet à suo creatore. b. Dei arbitrium absolutissimum, non est liberum ab omni necessitate, multò minùs hominis, quia necessariò Deus secundum naturam suam agit, bonus benè. 2. Scriptura aliquam necessitatem cum libertate voluntatis copulat. Sic *bonis* tribuitur *necessitas* 1. *Cor.* 9. 16.

libertas v. 17. de *malis*, *necessitas* Matth. 18.7. *libertas*, Ibid. Væ autem homini &c. 3. Libertas non omni necessitati *opponitur*: sed cuidam in sacris literis *subordinatur*. *Opponuntur* autem τὸ ἑκούσιον & ἀναγκαῖον (pro ἀκουσίῳ sive *coacto*, per synecdochen generis accepto) 1. *Pet*. 5. 2. *Philem*. 14. 16. ubi libertas arbitrii rebus inanimatis & brutis derogatur *Ioh*. 1. 3. 4. 5. *Subordinatur* verò *Libertas* necessitati *dependentiæ*, Prov. 21. 1. Ier. 10. v. 23. & *immutabilitatis* in natura corrupta, Ier. 13. 23. Matth. 7. 18. 4. Quædam necessitas libertatem voluntatis non destruit, qualis est a. necessitas *dependentiæ* à Deo tanquam causa prima. b. necessitas *immutabilitatis*. c. necessitas *determinationis* per ultimum judicium practicæ rationis, quia liberum arbitrium cùm ordinatè agit, est τὸ ἑκούσιον προβεβουλευμένον, *actus spontaneus*, *deliberatus*, & mens naturaliter determinat voluntatem ad unum, hoc est, movet eum ad sponte volendum vel nolendum, eligendum vel repudiandum unum & non aliud, licèt per se sit apta nata ad volendum nolendúmve diversum. N.

X. *Sedes* hujus loci propria est in V. T. Gen. 6. Psalm. 10. 14. & 53. Es. 1. *In* N. T. Rom. 1. 2. 3. & 7. Capp. itémque Eph. 2. & 4. Capp.

LOCUS

LOCUS IX.
DE
Pœna Peccati.

I. RE*ſtat* pœna peccati. *quæ eſt paſſio à Deo, ex ordine juſtitiæ, inflicta peccatori propter peccatum ipſius.*

Rom. 1. *v.* 32. Hoc eſt jus Dei, ut qui talia faciunt, digni ſint morte. 2. *Theſſ.* 1. *v.* 6. Juſtum eſt apud Deum viciſſim reddere iis, qui vos adfligunt, afflictionem.

CANONES.

A. *Pœna peccati in Scriptura Mors* (Geneſ. 2. v. 17. Rom. 6. v. 23.) *&* malum, *abſque additione* (Amoſ. 3. v. 6. Eſa. 45. v. 7.) *in communi uſu Malum pœna vocatur. Mors* quidem, quia peccantis eſt deſtructio. *Malum* autem, quia pœna mala, id eſt, moleſta eſt patienti: cum in ſe, ſuóque genere bona ſit, tanquam proprium effectum juſtitiæ Divinæ. Unde liquet, cum malum in *Culpa* & *Pœna* diſtinguitur, eſſe tantùm diſtinctionem vocabuli æquivoci in ſua æquivocata; non autem generis univoci in ſuas ſpecies. Malum enim non *univocè*, ſed *æquivocè* de turpi & moleſto dicitur.

B. *Pœnæ omnes non ſunt ejuſdem generis.* Aliæ ſunt *ſimplices*, quæ tantùm ſunt pœnæ; aliæ *mixtæ*, quæ

quæ ita sunt pœnæ, ut simul etiam sint culpæ ; & quidem vel *per se*, subjecti respectu, vel *per accidens* solùm; quomodo ipsa Scriptura distinguit, *Rom.* 1. *v.* 27. *Ioh.* 9. *v.* 39. 2. *Thess.* 2. *v.* 11. *Gen.* 4. *v.* 13.

II. Efficiens *pœna* [a] *communiter est Deus, mundi Iudex*, [b] *singulariter Filius Dei, Iesus Christus* Θεάνθρωπος, *cui datum est omne judicium. Impulsiva externa* [c] *est ipsum peccatum, interna* [d] *justitia Dei vindicatrix. Ministri & instrumenta sunt* [e] *omnes creaturæ, subservientes justitiæ Divinæ.*

a. *Gen.* 18. *v.* 25. An Iudex totius terræ non exerceret jus?

b. *Ioh.* 5. *v.* 22. Pater omne judicium dedit Filio.

c. *Rom.* 1. *v.* 18. Retegitur ira Dei è cœlo adversus omnem impietatem & injustitiam hominum.

d. 2. *Thess.* 1. *v.* 6. Iustum est apud Deum &c.

e. Angeli, *Exod.* 12. *Esa.* 37. Homines *Esa.* 10. *Rom.* 13. Animata, *Exod.* 8. *Num.* 11. & 21. & inanimata; Ignis, *Gen.* 19. Aqua, *Cap.* 7. Terra, *Num.* 16.

III. Materia *circa quam sive objectum, nec non subjectum recipiens* [a] *primarium, sunt Creaturæ intelligentes, reæ peccati, nempe Angeli & homines peccatores* : [b] *secundarium censentur reliquæ creaturæ, animata & inanimata, vanitati & cor-*

& corruptioni, hominis ob culpam, obnoxia.

a. *2.Pet.2.v.4.* Deus Angelis, qui peccaverunt, non pepercit. *Gen. 2. v. 17.* Quocunque die comederis, morte morieris. *Ezech. 18. v. 4.* Anima quæ peccavit, ipsa morietur.

b. *Genes. 3. v. 17. 18.* Maledicta esto terra propter te, eaque spinam & carduum proferto tibi. *Rom. 8. v. 20.* Vanitati mundus hic conditus subjectus est, non suâ sponte, sed propter eum, qui subjecit eum isti vanitati.

IV. Forma *est* [a] *privatio boni &* [b] *inflictio paßioque mali,* [c] *peccato analoga: idque* [d] *secundùm ordinem justitiæ divinæ, verbo nobis patefactum.*

a. *Hos. 2. v. 9. 11.* Recipiam frumentum meum tempore suo, & mustum meum tempestate sua, eripiámque lanam meam, & linum tecturum nuditatem ipsius; & abolebo omne gaudium ejus. *1. Sam. 16. v. 15.* Spiritus Iehovæ recesserat à Saule.

b *Deut. 28. v. 22.* Percutiet te Iehova tabe, calidaque & æstuante febre. *v. 28.* Percutiet te Iehova amentiâ & cœcitate, ac stupore cordis.

c. *Luc. 12. v. 47. 48.* Servus sciens voluntatem Domini, & non faciens, cædetur multis plagis: nesciens paucis.

V. Finis *quoad Deum est* [a] *declaratio justitiæ, potentiæ, nec non veritatis ipsius; quoad causas ministras*

nistras [b] *integritas externa disciplinæ, vel etiam* [c] *tyrannica animi libido.*

a. *Rom.* 1. *v.* 18. Retegitur ira Dei è cœlo &c. *Cap.* 9. *v.* 22. Volens ostendere iram suam, & notam facere potentiam suam, pertulit multa lenitate vasa iræ. *Psalm.* 51. *v.* 6. *Id agnosco*; ut justificeris in sermonibus tuis, purus sis, quando tu judicas.

b. *Rom.* 13. *v.* 3. Magistratus non sunt metui bonis operibus, sed malis. 1. *Pet.* 2. *v.* 14. Ad ultionem facinorosorum, & laudem beneagentium.

c. *Esa.* 10. *v.* 7. Ipse non ita sibi proponit, & animus ejus non ita cogitat; sed perdere est in animo ei, & exscindere gentes non paucas.

VI. Effecta *generatim ex finibus perspiciuntur.*

Confer Lev. 26. Deut. 27. & 28. Capp.

VII. Subjectum *ipsa materia fuit expressum.*

VIII. Adjuncta *tria sunt*: *I. est* [a] *justissima II.* [b] *Infinita duratione. III.* [c] *gradu dispar & inæqualis.*

a. *Psalm.* 119. *v.* 137. Justus es Jehova, & justa judicia tua.

b. *Esai.* 66. *v.* 24. *& Marc.* 9. *v.* 44. Vermis eorum nunquam morietur, ignis nunquam exstinguetur.

c. *Matth.* 11. *v.* 24. Terræ Sodomorum tolerabilior erit conditio in die judicii, quàm tua.

IX. *Porrò*

IX. *Porrò distinguitur Pœna peccati ex subjectis Recipientibus, in pœnam Angelorum & Hominum.*

Matth. 25. *v.* 41. Abite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & angelis ejus.

X. *Pœna* Angelorum *est eorum abjectio ex domicilio & felicitate cœlesti in gehennam ignis æterni.*

2. *Pet.* 2. *v.* 4. Deus Angelis, qui peccaverunt, non pepercit, sed in tartarum detrusos catenis caliginis tradidit, damnationi servatos.

XI. *Pœna* hominum *alia est temporalis, alia æterna.*

Matth. 10. *v.* 28. Ne timete vobis ab iis, qui trucidant corpus, animam autem non possunt trucidare: sed timete potius eum qui potest & animam & corpus perdere in gehenna.

XII. Temporalis *est, quam in hac vita luunt, circa anima, corporis & externa bona.*

Deut. 28. *v.* 28. Percutiet te Jehova amentiâ. *v.* 22. Percutiet te Jehova tabe &c. *v.* 17. Maledictus corbis tuus, & mactra tua.

CANON.

Dolores partus in mulieribus, & spina atq; tribuli terræ, dici possunt & debent pœna peccati. Illi 1. sunt irrogati mulieri pro transgressione. 2. Adversantur primævæ felicitati. 3. Ex gratia mitigantur mulieribus fidelibus, 1. *Tim.* 2. *v.* 15. *Hi* 1. sunt ex maledictione Dei, 2. Sterilitas

litas terræ est pœna violatæ Legis, *Levit.* 26. *Deut.* 27. 3. Contra eos Deus pios solatur per gratiam, *Gen.* 5. *v.* 29. S.

XIII. *Ab ea tamen excipiuntur Afflictiones temporales fidelium: quæ non sunt* [a] *pœnæ peccati propriè dictæ; sed vel* [b] *παιδεῖαι, paternæ castigationes delictorum, vel* [c] *δοκιμασίαι explorationes virtutum; vel* [d] *μαρτύρια testimonia doctrinæ, etiam sanguine sancita.*

a. *Rom.* 8. *v.* 1. Nulla est condemnatio iis, qui sunt in Christo Iesu.

b. 1. *Cor.* 11. *v.* 32. Dum judicamur, à Domino castigamur, ne cum mundo condemnemur.

c. *Iac.* 1. *v.* 3. Scientes explorationem fidei vestræ efficere tolerantiam.

d. *Psalm.* 44. *v.* 23. Propter te occidimur quotidiè: æstimamur ut pecudes mactandæ.

CANONES.

A. *Afflictiones fidelium in hac vita, veræ ac propriè dictæ peccatorum pœnæ non sunt.* Pœnæ vocabulum vel *latè* sumitur, vel *strictè*. *Latè* est castigatio ob peccatum peccanti imposita, qua ostendit Deus, se illud aversari, ac omissum emendatúmve velle, *Psalm.* 50. *v.* 21. *Strictè* est peccati admissi vindicatio, non alio fine instituta, quàm ut per eam satisfiat justitiæ divinæ, *Matth.* 16. *v.* 26. *Primo* sensu est παιδεία 1. *Cor.* 11. *v.* 32. *Altero* τιμωρία sive ἐκδίκησις, quæ solis impiis infligitur, quo nomine piorum

pœnæ

pœnæ venire non possunt. Ratio 1. Omnes fidelium afflictiones aut sunt παιδεῖα, *Hebr.* 12. *v.* 5. aut δοκιμασία, 1. *Pet.* 1. *v.* 6. 7. aut μαρτύρια, 2. *Cor.* 6. *v.* 4. E. non τιμωρεία. 2. Fideles sunt filii, amici, dilecti, reconciliati, expertes damnationis. E. non competit illis nomen pœnæ propriè dictæ. 3. Afflictiones in hac vita tantùm piis immittuntur; At pœna propriè sic dicta æterna est & infinita. 4. Non sunt satisfactiones pro peccatis, tùm quia satisfactio ejusmodi homini est impossibilis, *Rom.* 8. *v.* 3. tum, quia semel à Christo pro nobis præstita est; *Matth.* 20. *v.* 28. E. non pœnæ propriè dictæ. 5. Non proficiscuntur ab irato judice; sed propitio Patre, *Heb.* 12. *v.* 5. 6. Non inferunt afflictiones fidelium destructionem. 1. *Cor.* 11. *v.* 32. P.

B. *Miseriæ naturæ humanæ, ex peccato ortæ, dici possunt languores, morbi & vulnera naturæ.* Sed ex *Scripturâ* mente explicandæ sunt, non sensu *Pelagianorum*, qui naturam *vulneratam peccato*, non mortuam in eo: vires ejus ad bonum *infirmatas*; non *exstinctas* & amissas esse docent. Proinde cautionis loco duo hîc tenenda sunt. *Prius* est: Nomina illa non accipi *Physicè*, tanquam defectus aut difficultates naturales: sed *Theologicè*; ut quæ significant res aberrantes à norma legis, & pugnantes cum eâ; hoc est, peccata damnabilia in judicio Dei.

N *Alte-*

Alterum est: declaranda esse aliis vocabulis synonymis, in Scriptura usitatis, quibus corruptio & mors spiritualis plenius ac evidentius exprimitur. Cujusmodi sunt, quod dicitur *mors in peccatis*, *Eph.* 2. v. 3. *Coloss.* 2. *v.* 13. *inimicitia adversus Deum*, Rom. 8. v. 7. *ineptitudo ac impotentia ad bonum*, Rom. 3. vers. 10. 11. & seqq. 1. Cor. 2. v. 14. *propensio verò ad malum omni tempore; inde à pueritia*, Gen. 6. v. 5. Cap. 8. v. 21. & similia plura.

XIV. Æterna, *est æterna condemnatio impiorum post hanc vitam, in inferno; qua separati à beata Dei communione, cum Diabolo & Angelis ejus, infinitis cruciatibus animâ pariter & corpore subjicientur, & continenter æternumq; torquebuntur.*

Matth. 25. v. 41. Abite à me &c. *Cap.* 10. *v.* 28. Timete eum, qui potest &c.

CANONES.

A. *Pœna damni & pœna sensus, in morte æterna, sunt verè inseparabiles.* Ratio 1. Scriptura hæc inseparabiliter conjungit, *Es.* 66. *v.* 26. *Matth.* 3. *v.* 12. *Cap.* 25. *v.* 41. 2. In beatitudine cohærent inseparabiliter carentia miseriæ, & sensus gaudii, *Psalm.* 16. *v.* 11. *Matth.* 5. *v.* 4. 6. 8. *Cap.* 8. *v.* 11. 3. Ut peccatum est privatio boni, & habitus mali; ita pœna non damni modò est; sed etiam sensus. 4. Damnum & sensus in nullo subjecto realiter separantur; Neque

enim

enim Angeli, neque homines separationem istam admittunt. 5. Neque quantitas peccati, neque ἐπιείκεια Dei (quam urgent adversarii) separationem illam efficit. Non *illa*, quia minima peccata merentur exclusionem à regno cœlorum: non *hæc*, quia Scriptura eam ignorat. P.

B. *Pœnæ hujus æternæ in judicio divino, rei sunt non modò adulti, tam propter peccatum actuale, quàm originale; sed etiam Infantes infidelium, propter solum peccatum originale.* Ratio 1. Omnes omnino homines in Adamo peccârunt. E. rei mortis ejusdem, *Rom.* 5. *v.* 12. 15. 16. 17. 18. 19. Vbi de imputatione transgressionis Adami loquitur, quæ peccati originalis, latè sic dicti, pars est. 2. Omnes in peccato concepti & nati sunt. At, a. omnis peccati stipendium mors est. b. Peccatum originis est corpus illud mortis, quod omnes, etiam sanctissimi circumferunt. 3. Omnes sunt irregeniti, propter peccatum originale, *Ioh.* 3. *v.* 3. 5. 4. Etiam infantes sunt filii iræ, *Eph.* 2. *v.* 3. 5. Infidelium infantes sunt obnoxii maledictioni, *Rom.* 3. *v.* 19. idque propter peccatum originis, 1. *Cor.* 15. *v.* 22. 6. Ira Dei retegitur adversus omne peccatum, *Rom.* 1. *v.* 18. in genere; in specie de peccato originis probatur, *Gen.* 6. *v.* 5. 7. Peccatum originis est propriè dictum peccatum, neque est omnibus condonatum, non certè illis, qui non sunt in Christo, *Rom.* 8. *v.* 1. *Eph.* 2. *v.* 11. 12. N.

C. *Fidelium tamen infantes, sine baptismo decedentes, mortem æternam necessariò non subeunt; neque in peculiari limbo, damni, non sensus, vel saltem exigui sensus pœnam experiuntur.* Ratio 1. Ad tales pertinet promissio gratiæ. *Gen.* 17. *v.* 7. *Act.* 2. *v.* 39. Sancti sunt ab utero, *Rom.* 11. *v.* 16. 1. *Cor.* 7. *v.* 14. 2. A baptismo non dependet salus; nam & latro absque baptismo est servatus, *Luc.* 23. & Simon Magus baptizatus damnatus. 3. Infantes in V.T. ante octavum diem sine circumcisione decedentes, non damnabantur. 4. Damnarentur propter culpam simpliciter alienam, contra Scripturam, *Ezech.* 18. *v.* 20. 5. Non datur ejusmodi limbus. 6. Neque separatio sensus à damno. P.

XV. *Sedes* hujus loci propria est in V. T. Gen. 3. Lev. 26. Deut. 27. & 28. In N. T. Matth. 25. Luc. 16. Rom. 5. v. 12. & seqq. 2. Thess. 1. 2. Pet. 3. Apoc. 20. & 22. Capp.

LOCUS X.
DE
Lege DEI.

I. H*Vcusque fuit Exsecutio Decreti Generalis, in Creatione & Providentia.*

II. *Succedit Exsecutio DECRETI SPECIALIS sive prædestinationis; imprimis quod Hominum Electionem vel Reprobationem attinet.*

Rom. 9. *v.* 18. Miseretur cujus vult, quem vult

vult indurat. *Matth.* 11. *v.* 25. 26. Gloriam tibi tribuo Pater, Domine cœli & terræ, quod hæc occultaveris à sapientibus & intelligentibus, & ea retexeris infantibus. Etiam Pater, quia ita placuit tibi.

III. Illâ *electi ad vitam æternam redimuntur à peccato & morte, per Christum.*

Gal. 3. *v.* 13. Christus nos redemit ab execratione legis, dum pro nobis factus est exsecratio. *Apoc.* 5. *v.* 9. Redemisti nos Deo per sanguinem tuum, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione.

IV. Istâ *reprobi aut* [a] *relinquuntur in statu peccati, aut* [b] *vocati in statum gratiæ* [c] *ex eo relabuntur, &* [d] *æternum pereunt. Vtrumque cùm partim ex ante dictis, partim ex deinceps dicendis abundè liqueat, nihil opus de iis agere sigillatim.*

a. *Act.* 14. *v.* 16. Præteritis ætatibus sivit Deus omnes gentes suis ipsarum viis ingredi.

b. *Matth.* 20. *v.* 16. & *Cap.* 22. *v.* 14. Multi sunt vocati, pauci electi.

c. 2. *Pet.* 2. *v.* 21. 22. Melius eis fuisset non cognovisse viam justitiæ, quàm cognitâ eâ regredi à sancto præcepto sibi tradito. Sed accidit eis, quod vero proverbio dici solet: Canis reversus est ad suum ipsius vomitum, & sus lota ad volutabrum cœni.

d. *Ioh.* 3. *v.* 36. Qui non credit filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

V. *Quare Exsecutionem* ELECTIONIS *potissimum pertexemus*; *unde* opera Gratiæ *sive* Redemptionis *exsurgunt*.

Rom. 8. *v.* 30. Quos prædestinavit, hos vocavit, justificavit, glorificavit. *Eph.* 2. *v.* 8. Gratiâ servati estis, per fidem.

VI. Redemtio *est* [a] *gratuita Electorum liberatio à peccato, ejusque pœna*: *ac* [b] *restitutio justitiæ, sanctitatis, ac vitæ æternæ, per & propter Christum*: *quæ in* [c] *hac vita inchoatur*, *& in* [d] *altera consummatur*.

a. *Rom.* 3. *v.* 24. 25. Justificamur gratis ejus gratia, per redemptionem factam in Iesu Christo, quem præstituit Deus placamentum per fidem in sanguine ipsius. *Gal.* 3. *v.* 13. Christus nos redemit &c.

b. 1. *Cor.* 1. *v.* 30. Christus Iesus factus est nobis à Deo sapientia, justitia, sanctificatio & redemptio.

c. 1. *Cor.* 6. *v.* 20. Emti estis pretio. 1. *Pet.* 1. *v.* 18. 19. Redemti estis, non auro, nec argento, sed pretioso sanguine Christi.

d. *Luc.* 21. *v.* 28. Attollite capita vestra, quoniam appropinquat redemtio vestra. *Rom.* 8. *v.* 23. Adoptionem exspectamus, i. e. redemtionem corporis nostri.

VII. *Hujus spectanda tam præcedanea, quàm partes.*

VIII. Præcedanea *sunt* [a] *Lex & Evangelium*; [b] *illa*

[b] *illa necessitatem redemtionis demonstrans*, [c] *hoc modum ejus declarans.*

a. *Ioh.* I. *v.* 17. Lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum præstita est.

b. *Rom.* 3. *v.* 20. Ex operibus legis nulla caro justificabitur in conspectu ejus: per legem enim est agnitio peccati.

c. *Rom.* I. *v.* I. 2. 3. 4. Separatus ad prædicandum Evangelium Dei, quod ante promiserat, de Filio suo Iesu Christo, Domino nostro. *Rursum* v. 16. 17. Evangelium est potentia Dei ad salutem cujusvis credenti. Iustitia enim Dei per illud revelatur de fide ad fidem.

IX. Lex Dei *est* [a] *doctrina faciendorum & omittendorum*, [b] *à Deo tradita per Mosen*: [c] *obligans populum ipsius ad obedientiam*, *cum* [d] *promissione præmii erga observatores & comminatione pœnæ adversus transgressores.*

a. *Rom.* 3. *v.* 27. Lex operum, h. e. *doctrinæ operum.*

b. *Exod.* 34. *v.* 27. Edixit Iehova Mosi scribe tibi verba hæc. *Ioh.* I. *v.* 17. Lex per Mosen data est.

c. *Deut.* 12. *v.* 32. Unamquamque rem quam ego præcipio vobis, eam observantes facite: Ne addito ei, neque detrahito ex ea. *Ezech.* 20. v. 19. Ego sum Iehova Deus vester, in præceptis meis ambulate, & jura mea observatote, & facite ea.

d. *Deut.* 11. *v.* 26. 27. 28. Ego propono vobis hodie benedictionem aut maledictionem. Benedictionem, si auscultabitis præceptis Iehovæ Dei vestri, quæ ego præcipio vobis hodie. Maledictionem verò, si non auscultabitis præceptis Iehovæ Dei vestri; sed recedetis ab hac via, quam ego præcipio vobis hodie.

CANONES.

A. *Lex Hebrais* תורה, *Græcis* Νόμος *à legendo dicta, varia habet significata.* Notat in genere *quamvis doctrinam*, ipsius etiam Evangelii, *Psal.* 19. *v.* 8. *Es.* 2. *v.* 3. *Ierem.* 31. *v.* 33. in specie autem, jam *totum Vetus Testamentum*, *Ioh.* 15. *v.* 25. *Rom.* 3. *v.* 19. jam aliquam ejus partem, ut *Pentateuchum* Mosis, *Luc.* 24. *v.* 44. *Rom.* 3. *v.* 21. jam *faciendorum & omittendorum regulam*, quod propriissimè designat, *Rom.* 3 *v.* 28. *Synecdochicè* quoque accipitur *pro una alteráve Legis specie. Ioh.* 1. *v.* 17. & metonymicè pro dominio & impulsu, *Rom.* 7. *v.* 23. *Cap.* 8. *v.* 2. denique καταχρηστικῶς *de ordine naturæ* divinitus sancito intelligitur. Spectatur hìc, non ut hominum mentibus impressa est, quæ *Lex naturæ* & *naturalis* vulgò; *Rom.* 2. *v.* 14. opus legis scriptum in cordibus appellatur, sed ut sermone Dei προφορικῷ enuntiata, posteàque scripto fuit comprehensa.

B. *Lex Dei hominem & ad obedientiam obligat & ad pœnam, cum distinctione tamen tum temporis, tum*

tum ordinis, tum diversorum statuum. Temporis, quia Lex secundùm idem, ad idem & eodem tempore non obligat ad obedientiam & pœnam simul, sive copulativè. Probatur I. *dictis* S. Sc. *Deut.* 11. & 30. *Ies.* 1. ubi disjunctivè proponitur. II. *Ratione.* Injustum enim foret obligare ad pœnam, qui nihil peccavit, *Rom.* 6. *v.* 23. *Ordinis.* Lex in se & absolutè considerata *primò* & per se obligat ad obedientiam: *secundò* & ex eventu ad pœnam. Patet *Rom.* 7. *v.* 10. 12. 13. & ex natura rei, quia pœna tam diu locum non habet, quamdiu obedientia præstatur Legi. *Diversorum statuum.* In statu *integritatis* obligat ad obedientiam tantùm, quia nondum homo peccarat. In statu *lapsus* ad obedientiam & pœnam copulativè. *Illam*, homo debet Deo tanquam creatura creatori; hanc contraxit per peccatum. Ad pœnam *primò*, quia inobedientes fuimus in Adamo; ad obedientiam *secundò*, quia non desinit Deus eam à nobis flagitare. In statu *gratiæ* ad obedientiam tantùm; Non *ad pœnam*, quia nulla condemnatio iis, qui sunt in Christo Iesu. *Rom.* 8. *v.* 1. neque castigationes paternæ sunt pœnæ propriè sic dictæ: Ad *obedientiam* tamen, quia gratia Evangelii non tollit; sed stabilit legem, *Rom.* 3. *v.* 31.

X. Efficiens principalis *Legis est* a *supremus Legislator Deus*; *Minus principalis sive administra*

sunt, [b] *S. Angeli*; *inprimis autem* [c] *Vir Dei Moses, quorum ministerio fuit promulgata.*

a. *Exod.* 20. *v.* 1. Elocutus est Deus omnia verba hæc. *Iac.* 4. *v.* 12. Unus est Legislator, qui potest servare & perdere.

b. *Act.* 7. *v.* 53. Accepistis legem per dispositionem Angelorum. *Gal.* 3. *v.* 19. Lex ordinata per Angelos.

c. *Ioh.* 1. *v.* 17. Lex data est per Mosen. *Gal.* 3. *v.* 19. Lex ordinata per Angelos, per manum Mediatoris sive internuncii. *videlicet Mosis.*

CANON.

Etiam Christus, certo respectu, est dicive potest Legislator. Christus spectatur bifariam; *absolutè* qua Deus cum Patre & Spiritu S. & *Relatè*; qua Mediator θεάνθρωπος, inter Deum & homines. *Illo modo* est unus ille Legislator, qui potest servare & perdere, *Iac.* 4. *v.* 12. qui etiam legem dedit in monte Sinai. *Isto modo* nec *propriè* est Legislator, ut Moses fuit: quia Mosi ejúsque Legi opponitur, tanquam gratiæ ac virtutis author, *Ioh.* 1. *v.* 17. Neque etiam *principaliter.* Nam *principale officium* ejus fuit, proferre Evangelium è sinu Patris, intercedere & fieri victimam pro nobis, & dato Spiritu S. nos Deo reconciliare; *Ioh.* 1. *v.* 18. *Matth.* 20. *v.* 28. 2. *Corinth.* 5. *v.* 19. 20. 21. Dici tamen potest Legislator *impropriè*, quia fuit restau-

restaurator ac vindex Legis, *Matth.* 5. 6. 7. *Capp.* tum etiam *secundariò*, ac minus principaliter: quum vindicatio Legis sit pars quædam muneris ipsius Prophetici: in erudiendo populo Iudaico; *Ibid.*

XI. Materia *ex qua sunt* [a] *variæ sententiæ de rebus faciendis vel omittendis*, [b] *non modo externo opere, sed etiam interna cordis obedientiâ.*

a. *Deut.* 30. *v.* 16. Præcipio tibi hodie ut diligas Iehovam Deum tuum, ambulando in viis ejus, & observando præcepta ejus statutáque ejus, & judicia ejus. *Psalm.* 147. *v.* 19. Indicat verba sua Iacobo, statuta sua & jura sua Israëli.

b. *Matth.* 22. *v.* 37. *& Marc.* 12. *v.* 30. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua, & ex totis viribus tuis. 1. *Tim.* 1. *vers.* 5. Finis mandati est charitas, ex puro corde, & conscientia bona, & fide minimè simulata.

XII. Forma *duplex est: Vna Intrinseca, posita* [a] *in sententiarum illarum congruentia cum natura & voluntate Dei: Altera Extrinseca, in modo* [b] *Legislationis ac* [c] *Sanctionis consistens.*

a. *Rom.* 7. *v.* 12. Lex ipsa sancta, & præceptum illud sanctum, & justum, bonum. Et v. 14. Scimus legem esse spiritualem.

b. Describitur *Exod.* 19. & 20. *Capp.*

c. *Lev.* 18. *v.* 5. Qui fecerit ea homo, vivet

in

in eis, *Deut.* 27. *v.* 26. Maledictus, qui non præstiterit verba Legis hujus faciendo.

XIII. Finis, *quoad* [a] *Deum, est patefactio naturæ ac voluntatis ipsius, nec non supremæ potestatis, quam in populum suum, adeóque in omnes homines, tanquam creaturas suas obtinet. Quoad* [b] *nos est tum gubernatio hominum, tum aliorum ab aliis discretio, sive distinctio.*

a. *Psalm.* 147. *v.* 19. Indicat verba sua &c. *Ezech.* 20. *v.* 19. Ego sum Iehova Deus vester &c.

b. *Deut.* 4. *v.* 6. Hæc est sapientia vestra & prudentia vestra ante oculos populorum: qui audientes omnia statuta ista dicent; tantum gens ista maxima, populus sapiens est & prudens. & v. 8. Quæ gens maxima futura est? Cui sunt statuta & judicia justa, sicut est tota hæc lex, quam ego propono vobis hodie. *Psalm.* 147. *v.* 20. Non sic fecit ulli genti, ideóque jura ista non noverunt.

XIV. Effecta *sunt varii usus Legis, pro vario hominis statu distincti.*

Rom. 7. *v.* 7. 8. Peccatum non cognovi nisi per legem. Nam ipsam quoque cupiditatem non nossem, nisi lex dixisset: Non concupisces. Sed peccatum, occasione per illud præceptum sumtâ, effecit in me totam cupiditatem. *Rurs.* *v.* 10. 11. Inventum est illud præceptum, quod erat ad vitam, mihi cedere ad mortem. Nam pecca-

peccatum, per illud præceptum occasione sumta, seduxit me, & per illud occidit.

Canones.

A. *Usus Legis pro diversitate statuum diversus etiam est. Usus Legis Moralis* in statu *Integritatis* erat, ut homo justificaretur, & justificatus viveret per eam. Nam qui legem præstat, justificatur, *Rom.* 2. *v.* 13. & qui facit eam vivit in ea, *Levit.* 18. *v.* 5. In statu *corruptionis*, sive *peccati*, usus ejus est I. ut *contineat* hominem comminatione pœnarum, & promissione præmiorum in disciplina externa, *Rom.* 1. *vers.* 14. 1.*Tim.* 1. *v.* 9. 10. II. *Ut accuset, & convincat* eum peccati, & propter illud damnet, *Rom.* 3. *v.* 19. 20. III. Per accidens etiam accendit peccandi desiderium, *peccatúmque auget*; *Rom.* 7. *v.* 5. 8. non suo aliquo, sed naturæ corruptæ vitio v. 12. 13. In statu denique *Regenerationis* sive *Gratiæ* usus ejus est I. Ut hominem agnitione peccati & iræ Dei, ad Christum desiderandum ac quærendum, *compellat*, *Gal.* 3. *v.* 21. 24. *Act.* 2. *v.* 37. II. Ut eidem *cultus* Divini, vitæque secundùm Deum instituendæ *Regula* sit, *Psalm.* 119. *v.* 105. *Ier.* 31. *v.* 33. *Rom.* 8. *v.* 4. Usus legis *Ceremonialis* fuit. I. Ut populum veterem, tanquam Pædagogus, ad Christum deduceret, *Gal.* 3. *v.* 24. inque bonorum promissorum exspectatione contineret, *Heb.* 10, *v.* 1. II. Ut eundem ab aliis populis distin-

distingueret, *Eph.* 2. *v.* 14. 15. III. Ut etiam tam operoso cultu ab idololatria omni, & superstitione, in quam natura & exemplis vicinorum propensissimus erat, *Deut.* 12. *& 31. & alibi*, ipsum avocaret. Usus legis *judicialis* fuit: I. Ut populus Iudaicus certâ juris publici normâ regeretur: essetque ut civitas: nervis legum aptè coagmentata & cohærens, *Psalm.* 122. *v.* 3. II. Vt idem populus hac etiam ratione ab aliis populis discriminaretur, *Psalm.* 147. *vers.* 19. 20. *Deut.* 4. *v.* 6. 7. 8. III. Ut eidem regnum Christi, ac spiritualis ejus administratio hac forma regiminis adumbraretur, *Psalm.* 2. *v.* 6. *Ezech.* 34. *v.* 33. 34.

B. *Ex hac ipsa usuum diversitate de singularum Legis specierum abrogatione vel duratione judicari potest. Lex Moralis abrogata* est quoad *justificationem*, *respectu omnium.* Nam ex operibus legis non justificatur ulla caro, *Rom.* 3 *v.* 20. Estque illud post lapsum Legi impossibile; quòd viribus per carnem est destituta, *Cap.* 8. *v.* 3. Quoad *maledictionem & coactionem* verò respectu solorum credentium. Sed agit ac ducit eos per Spiritum adoptionis, *Rom.* 8. *vers.* 14. 15. ut qui sub gratia sunt, & non sub Lege, *Rom.* 6. *vers.* 14. eóque voluntarius populus, *Psalm.* 110. *v.* 3. Non autem abrogata est Lex Moralis, vel *incredulis*, quoad maledictionem, coactionem, & irri-

& irritationem ; vel *credentibus*, quoad agnitionem peccati, & cultûs vitæque regulam. Venit enim Christus, non ut dissolvat, sed ut impleat Legem : *Matth. 5. vers.* 17. etiam in credentibus. *Rom. 6. vers. 6.* utpote qui non secundùm carnem ambulant, sed secundùm Spiritum, *Cap. 8. vers.* 4. Lex Ceremonialis in totum est per Christum abrogata. Interim illius abrogatio non uno, sed duplici gradu perfecta est. *Primò* enim ceremoniæ Veteres abrogatæ de *jure* per passionem ac mortem Christi, *Ioh.* 19. *vers.*30. *Coloss.* 2. *vers.* 14. eóque ex vivis mortuæ, ex necessariis factæ sunt indifferentes. Hinc Apostoli data occasione adscenderunt in templum, *Act.* 3. *v.* 1. Paulus Timotheum circumcidit, *Act.* 16. *v.*3. Titum non circumcidit, *Gal.* 2. *v.* 3. & Synodus Apostolica, propter Fratrum nonnullorum infirmitatem sanxit, ut Ecclesia ad tempus à rebus suffocatis & sanguine abstineret. *Act.* 15. *vers.* 20. *Deinde* autem *facto ipso* sunt abolitæ ; & quidem partim per promulgationem Evangelii de typorum omnium complemento in Christo, *partim* per destructionem urbis templíque Hierosolymitani, ubi sacrorum omnium sedes erat. A quo tempore ex mortuis mortiferæ ; & indifferentibus simpliciter illicitæ evaserunt ; nullo unquam tempore in usum Ecclesiæ revocandæ. *Lex Iudicialis*

diciatus simpliciter abrogata est, quoad distinctionem Iudæorum à Gentibus, *Eph.*2. *v.* 14. 15. & typicam regni Christi significationem *Coloss.*2. *v.* 17. *Heb.* 10. *v.* 1. *Secundum quid* verò, quantum attinet formam gubernationis civilis. Nam quod juris in ea fuit *particularis*, Iudæos peculiariter concernens, qualis fuit Lex de officio Leviratus; item alia de hæreditatibus, de tribu in tribum non transferendis, id omne cessavit. Quod autem juris fuit *communis*, *secundùm* Legem Naturæ omnibus communem, sancitum, cujusmodi sunt Leges de pœnis scelerum, aliæque; id totum manet. *Ratio* est, quia ingreditur ordinem Legis Moralis ac perpetuæ: præscriptúmque est Iudæis, non quâ Iudæi, sive populus peculiaritar in fœdus adscitus, sed quâ homines, naturæ legi, ut aliæ Gentes, subjecti. *Cognoscitur* autem juris communis ratio, si idem ab aliis quoque legislatoribus, ex luce naturæ conclusum ac sancitum fuisse; vel ad tuendam Præceptorum Decalogi obedientiam facere comperiatur.

XV. Subjectum occupans [a] *indefinitum est homo*; [b] *definitum populus Dei V. & N. T.* Recipiens *sunt* [c] *cùm tabulæ & libri sacri*; *tum* [d] *mens ac voluntas humana, gratiâ Spiritus S. regenerantis renovata.*

a. *Rom.* 3. *v.* 19. Scimus, quæcunque lex dicit, iis qui in lege sunt dicere, ut omne os ob-

os obstruatur, & obnoxius fiat totus mundus condemnationi Dei.

b. *Psal.* 147. *v.* 19. 20. Indicat verba sua &c. *Matth.* 28. *v.* 19. 20. Docete omnes gentes; docentes eos observare omnia quæ præcepi vobis.

c. 2. *Cor.* 3. *v.* 7. Mortis ministerium in literis positum, & informatum in lapidibus.

d. *Ier.* 31. *v.* 33. Indam legem meam menti eorum, & cordi eorum inscribam eam.

XVI. Adjuncta *tria sunt I. Lex Dei est* [a] *sancta, justa, ac bona. II.* [b] *immutabilis aut* [c] *mutabilis, pro voluntate ipsius. III.* [d] *universalis aut* [e] *particularis; prout omnes, aut aliquos duntaxat, obligat.*

a. *Rom.* 7. *v* 12. Lex ipsa sancta &c.

b. *Matth.* 5. *v.* 18. Amen dico vobis, usque dum præterierit cœlum & terra, jota unum, aut unus apex nequaquam præterierit ex lege, usq; dum omnia facta fuerint.

c. *Gal.* 3. *v.* 24. 25. Lex pædagogus noster fuit, in Christum respiciens. At postquam venit fides, non amplius sub Pædagogo sumus, *sc. lege.*

d. *Rom.* 3. *v.* 19. Scimus quæcunque lex &c.

e. *Exod.* 21. *v.* 2. Quum emeris servum Hebræum, sex annis serviet.

XVII. Species *Legis divinæ censentur tres; Moralis, Cærimonialis & Iudicialis.*

Deut. 6. *v.* 1. Hoc est præceptum, statuta, judiciaq; illa, quæ præcepit Iehova Deus vester, *Item*

v.20. Testimonia, statutáque, & judicia illa, quæ præcepit Iehova. *Rom.9 v.4.* Israëlitarum sunt pacta, & legis constitutio & cultus.

XVIII. *Moralis agit de* [a] *officiis perpetuis erga Deum & proximum; cujus* [b] *epitome est Decalogus, in duas tabulas divisus.*

a. *Matth.22.v.37.38.39.* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. Istud est primum & magnum mandatum. Secundum autem est simile huic, Diliges proximum tuum, ut te ipsum.

b. *Exod. 31.v.18.* Dedit Mosi duas illas tabulas testimonii, tabulas lapideas, scriptas digito Dei. & *Cap. 34. v. 28.* Inscripsit Iehova tabulis verba fœderis hujus, decem illa verba.

Canones de Lege Morali in genere.

A. *Promissiones Legis moralis diverso respectu, aut sunt & dici possunt gratuitæ, vel non sunt, nec dici possunt.* Sunt aut dici possunt gratuitæ non absolutè, quo sensu gratuitum est quod Deus donat neque ex debito, neque ex pacto perfectæ obedientiæ; sed ex mera misericordia; verùm secundùm quid, quâtenus gratuitum est, quod Deus donat quidem ex pacto perfectæ obedientiæ; non tamen ex debito. Rationes, 1. Quia Deus nulli est debitor, *Rom. 11. v. 35.* 2. Creatura est debitrix omnibus, & per omnia suo creatori. 3. Inter officium creaturæ, & beneficium

neficium creatoris nulla est proportio, *Rom.* 8. *v.* 18. 4. Omnes promissiones legales & tota legislatio commendatur, ut beneficium gratiæ ipsius, *Psalm.* 147. *v.* 19. 20.

B. *Christum legem moralem à Mose latam non modò ut imperfectam complevisse; sed etiam ut doctrinæ suæ contrariam correxisse, falsum est.* Rationes I. Christus non venit ut dissolvat legem: sed ut compleret. *Matth.* 5. *v.* 17. i. e. præstaret ac faceret. II. Legem ceu summæ perfectionis normam suis præscribit, *Matth.* 22. *v.* 37. *Luc.* 10. *v.* 27. III. Lex moralis omnimodè perfecta est. Est enim a. Perfecta omnibus *partibus* tum *essentialibus*; tum *integralibus*: Omnibus denique *gradibus*. b. Ei nihil addi nihil detrahi potest, *Deut.* 4. *v.* 1. 2. c. In utroque Testamento vitæ regula est æqualiter, *Es.* 8 *v.* 20. *Matth.* 5. *v.* 17. *Luc.* 16. *vers.* 29. IV. Lex una eademque est in V. & N. Testamento. Nam a. Lex Moralis Vetus & Nova ex Scripturæ sententia eadem est. b. Eadem utrobique sunt præcepta, eadem etiam est summa. S. A.

C. *Consilia proinde Evangelica, quæ sic usitatè appellantur, nec verè sunt diversa à præceptis Christi, adeòque lege morali; nec meritoria aut efficacia ad promerendum Deum., & pro aliis satisfaciendum.* Rationes 1. Consilia illa, quæ Pontificii talia esse volunt, sunt præcepta, a. *Dilectio*

 inimicis

inimici, Matth. 5. v. 44. Rom. 12. v. 20. b. *Patientia injuriæ*, Matth. 5. v. 39. c. *Castitas*, vel etiam *cœlibatus*, si adsit donum continentiæ, & ex aliqua causa requiratur, 1. *Cor*. 9. *v*. 5. d. *Voluntaria paupertas* propter Christum & Evangelium ipsius; *Luc*. 14. *v*. 33. 2. Consilia illa nec *strictè* nec *latè* ad Evangelium referri possunt. E. nullo modo sunt Evangelica. Non *strictè*, quia sic est doctrina fidei. At consilia illa circa mores versantur. Neque *latè*, quia Evangelium sic acceptum est tota doctrina N. T. fidem & bona opera complectens. 3. Consilia Evangelica possunt ex adversariorum hypothesi, impunè omitti. Sed hæc non possunt impunè semper omitti. 4. Consilia illa lege dilectionis Dei & proximi continentur. E. non sunt diversa à præceptis Christi. 5. Ad Christianismi perfectionem faciunt. E. mandata sunt à Christo. 6. Nemo potest minus & facilius, quod lege Dei mandatum est. E. nec potest quod majus & difficilius censetur ex consiliis Evangelicis. Procedit hoc argumentum ab hypothesi Pontificiorum. 7. Omnia opera dilectionis, quæ ad Dei gloriam, aut proximi ædificationem faciunt sunt debita. E. nulla meritoria aut supererogatoria. P.

D. *Neque Leges ac ordinationes Ecclesiasticæ, de rebus adiaphoris, sunt obligatoriæ ac meritoriæ.* Rationes 1. Ecclesia non habet potestatem Legislatoriam in divinis & Ecclesiasticis, *Matth.*

20. v. 25.

20. *v.* 25. 1. *Pet.* 5. *v.*3. *Coloff.* 2. *verſ.* 16. utpote quæ ſoli Deo propria, *Iac.* 4. *v.* 12. ab eodem per Chriſtum dependet , *Matth.* 16. *verſ.* 18. *Eph.* 1. *v.* 22. 23. 2. Leges Eccleſiaſticæ non conſtituunt religionem pari jure cum divinis , *Eſ.* 29. *v.* 13. *Ezech.* 20. *v.* 19. 20. *Matth.* 15. *v.* 9. 3. Adiaphora tantùm neceſſaria ſunt in caſu ſcandali , aliâs libera , *Actor.* 15. *verſ.* 28. 29. 1. *Cor.* 10. *v.* 27. *Coloff.* 2. *v.* 16. E. non ſimpliciter obligatoria 4. Leges Eccleſiaſticæ non habent Imperium in conſcientiam per ſe , a. quia inferior ſuperiorem vinculo Religionis non obſtringit: at conſcientia ſuperior eſt legibus Eccleſiaſticis, 1. *Corinth.* 4. *v.* 3. 4. b. Nihil externum imperat conſcientiæ per ſe; quæ tota eſt interna. c. Deus nos liberavit à legibus Iſraëlitarum ceremonialibus E. non vult iis denuò nos implicari. 5. Leges Eccleſiaſticæ non ſunt pares præceptis divinis. 6. *Libertati* Chriſtianæ & *juſtitiæ* fidei obligatio hæc repugnat. *Illi*, quia eximit conſcientias hominum poteſtate, 1. *Cor.* 3. *v.* 21. *Cap.* 7. *v.* 23. *Huic*, quia in imputatione juſtitiæ, abſque operibus conſiſtit, *Rom.* 4. P.

E. *Creaturarum, atq; etiam Dei & SS. Trinitatis imagines religionis ergò facere, locis ſacris collocare , cultúque religioſo afficere fas non eſt.* Rationes 1. Dei nulla eſt repræſentatio. a. Dei imaginem nullus vidit, *Deut.* 4. *v.* 12. 16.

b. Est immensus & infinitus, *Es.* 40. *v.* 18. c. Omnis ejus repræsentatio, per imagines & sculptilia, nihil est nisi ignominiosa mutatio, *Rom.* 1. *v.* 23. 2. Creatoris & creaturarum imagines Deus retinet, *Exod.* 20. *v.* 4. 5. 6. *Deut.* 5. *v.* 7. 8. 9. 3. Ad cultum Dei non pertinent. Deus enim à sui cultu eas amovit tanquam mendacia & falsitates, *Es.* 44. *v.* 18. eruditio vanitatum, *Ierem.* 10. *v.* 8. Doctores falsi, *Hab.* 2. *v.* 18. Nihil, 1. *Cor.* 8. *v.* 4. 4. Cum Idololatriæ peccato sunt conjunctæ; quod experientia in plebejis testatur. 5. Offendunt Christianos infirmos, Iudæos & Muhammedanos. 6. Cultus religiosus imaginum est Idololatria & earum cultores Idololatræ; *prius* probatur a. quia incurvatio &c. simulacris præstita est Idololatria. b. Cultus divinus rei, quæ non est Deus, Idololatria est. *Posterius*, quia omnes, qui per imaginem, Deum repræsentârunt & coluerunt, fuerunt Idololatræ. Iudæi, *Exod.* 32. *v.* 4. 5. 1. *Reg.* 12. *v.* 28. Gentiles prudentiores, qui imagines tantùm pro *signis Deorum* ut Cicero loquitur, habuerunt. P.

F. *Angeli & sancti defuncti non sunt invocandi.* Ratio 1. Non sunt omnipotentes nec omniscii, quod Scriptura requirit; *Es.* 55. *v.* 6. *Psalm.* 145. *v.* 10. 11. *Psalm.* 4. *v.* 2. Non *illi*, Eph. 3. v. 10. 1. Pet. 1. v. 12. Neque *hi*, Es. 63, Eccl. 9. v. 7. 2. Reg. 22. v. 20. 2. Angeli & Sancti

Sancti vivi respuunt adorationem *Apoc.* 19. *v.*10. *Cap.* 22. *v.* 9. *Act.* 10. *v.* 25. 26. 3. Non sunt Mediatores nostri apud Deum. Nam solus Christus a. *Mediator* est, 1. *Tim.* 2. *v.* 5. b. Non sunt pro nobis mortui, 1. *Cor.* 1. *v.* 13. quod Mediatoris est, *Rom.* 8. *v.* 34. 4. Horum invocatio non nititur Dei mandato, vel piorum exemplo. 5. Damnatur hæc invocatio à Scriptura; *Col.* 2. *v.* 18. *Es.* 8. *v.* 19. 6. Religiosa invocatio soli Deo convenit, *Deut.* 6. *vers.* 13. *Matth.* 4. *v.* 10. P.

G. *Vota, quæ vocant Monastica, perpetuæ continentiæ, voluntariæ paupertatis, & regularis obedientiæ licita non sunt.* Rationes 1. Non sunt conformia voluntati divinæ. Non *illud*, quia testatur Christus donum continentiæ non esse cujusvis, *Matth.* 19. *v.* 11. Non *istud*, quia sine speciali vocatione nemo debet facultates abjicere, *Matth.* 19. 21. 28. nec tentandus Deus, *Matth.* 4. *v.* 7. aut charitas negligenda, *Eph.* 4. 28. Nec hoc, quia repugnat libertati Christianæ; & est ἐθελοθρησκεία damnata, *Coloss.* 2. 2. Non sunt in potestate voventis. Non *illud*, quia est speciale Dei donum. Non *hoc*, quia vovere non est in potestate liberorum, parentibus subditorum, ex Lege. 3. Præstantur peculiaris cultus & meriti opinione. At neque in N.T. pars sunt aliqua cultus per se, neque vel in V. vel N. T. fuerunt meritoria. P.

H. *Neque reliquiæ sanctorum locis sacris asser-vandæ, atque etiam circumgestandæ sunt religion. & cultûs causâ.* Rationes 1. Reliquiæ non sunt capaces cultûs religiosi a. reliquiæ, i. e. ossa sanctorum terræ debentur, tum communi lege, tum speciali promissione, *Gen.* 15. *v.* 15. 2. *Reg.* 22. *v.* 20. *Esa.* 57. *v.* 6. b. Præter honestam sepulturam nihil iis tributum fuisse legimus, *Gen.* 4. 5. 23. 25. 35. *&c.* 2. Sancti vivi honorem eum non admiserunt. E. multò minus mortui. Ratio procedit ab integro ad membra; & à majori ad minus. 3. Nullo mandato aut promisso divino sancitur; nec ullo exemplo laudato comprobatur, sed factis Dei & sanctorum repugnat. 4. Cultus reliquiarum est ἐθελοθρησκεία & Idololatria. 5. Est superstitio hypocritica Pharisæorum à Christo damnata *Math.* 23. *v.* 29. P.

I. *Neque templorum distinctio, situs, consecratio, usus atque ornatus, qualis in Papatu obtinet, necessarius aut sanctus est.*

I. *Distinctio* est, quâ, haud secus quàm olim in V. T. templum Salomonis tribus partibus distinguunt, *Atrio*, *Sancto*, & *Sancto Sanctorum*. Rejicitur, quia fuit ceremonialis in V. T.

II. *Situs ad orientem* impugnatur, quia sic alligaretur precatio ad certum locum, contra Christum, *Ioh.* 4. *v.* 21. 23. Paulum, 1. *Tim.* 2. *vers.* 8.

III. Con-

III. *Consecratio ritualis* perfici solet superstitiosis precibus, & ludicris ineptísque ceremoniis, duodecim crucibus pictis, totidemque ad eas cereis accensis Alphabethi characteribus Græcis & Latinis, super cineres pavimento inspersos ab angulo ad angulum, in crucis formam descriptis, lustratione aquæ cum vino & sale cineribus adspersæ, parietum quoque & altaris inunctione. *Rejicitur*, quia talis consecratio 1. non fit ad Ecclesiæ ædificationem. 2. *Consecratio* illa fit Creaturis. Multa enim templa Angelis consecrantur aut hominibus. Cui repugnat; Quod solus Deus debet coli in templis, E. ab eo tantùm denominari: quia templa ad cultum publicum extruuntur, & ab eo sortiuntur denominationem, qui in eis colitur, argumento locorum, *Es.56.v.7. 1. Cor.3.v.16.17.*

IV. *Usum* faciunt triplicem, nimirum ut *sacrificia externa*, propitiatoria propriè dicta illic offerantur; *reliquiæ Sanctorum* cultûs causâ ibidem asserventur, *preces* deniq; privatæ *ordinariè* ibidem peragantur. Damnatur hic usus quia legitimus usus positus est in prædicatione & auditu verbi, administratione & usurpatione Sacramentorum, precibus, Psalmodiis &c. *Matth.23. v.19.20. Act.2.v.42. & Cap.4.v.31.*

V. *Ornatus* consistens in *altaribus, imaginibus, crucibus, aulæis, ciboriis* &c. repugnat simplicitati Christi & Apostolorum. *Generaliter* autem

hi abusus rejiciuntur 1. De hisce nullum ex
Dei præceptum. 2. Sanctitas templorum e
trinseca & relativa solùm est; E. non sunt sanc
per se; aut sanctiora aliis locis. P.

K. *Neque dies festi per se sunt sanctiores a
diebus, nec præcisè necessarii in N. T. uti fuer
in V. T., multò minus honori Sanctorum dicandi
Ecclesia Christiana.* Rationes 1. In Eccle
Apostolica aut nullus, aut indifferens fuit
storum usus. 2. Non nisi fabulas pro fu
damento habent. 3. In N. T. omnes di
inter se sunt æquales, *Rom.* 14. *v.* 5. 6. 4. I
storum necessitas pædagogiam Iudaicam red
cit, libertatem Christianam abolet, *Gal.* 4.
9. 10. *Col.* 2. *v.* 16. 17. 5. Consecratio fes
rum est solius Dei axioma, *Exod.* 20. *v.* 10.
Festa Pontificiorum sunt in se superstitiosa
idololatrica. P.

L. *Omnium tamen festorum usum & s
lennia Reformati non tollunt.* Dies festi, a
sunt *Christi*, alii *Sanctorum*. *Priores* utili
servantur & possunt servari, ordinis, dec
ac politiæ Ecclesiasticæ causa, citra opinione
necessitatis, aut cultûs. *Posteriores* non eu
dem in finem destinantur atque adhibentu
Qui in cultum Sanctorum abeunt, prout
Papatu fit, sunt suo genere impii, non feren
in Ecclesia. Qui verò ad conservandam Sa
ctorum memoriam comparati sunt; ut ne

ta

tam ipsi, quàm Deus in ipsis celebretur, itémque populus ad imitationem fidei, charitatis ac constantiæ ipsorum excitetur; hi etsi impietate ac superstitione, non tamen periculo carent, ut satius sit omitti aut aboleri in sacris publicis, quam retineri in iis.

M. *Imaginum fabrica vel factura ex objecto vel licita vel illicita censetur.* Imagines *Dei* simpliciter sunt *illicitæ*: tum quia ipse immensus est ac invisibilis naturâ, *Esa.* 40. *v.* 18. *& seqq.* tum quia id verbo suo expresse vetuit, *Deut.* 4. *v.* 12. *& seqq.* *Imagines* verò *creaturarum* licitæ sunt *per se*; utpote indifferentes naturâ atque usu. Fiunt autem illicitæ per *accidens*, quoties vel ad cultum, vel in loco cultûs, nempe in templis ponuntur, vel alias cum scandalo habentur & tolerantur.

B. Speciales de *Decalogo* Canones.

A. *Christus universis & singulis Decalogi præceptis nihil adjecit quod ad perfectiorem Dei cultum in* N. T. *pertineat.* Rationes 1. Christus in N. T. nec alia præcepta, nec aliam eorum traditit Interpretationem. 2. Legi Dei non addi magis, quàm detrahi aliquid debet aut potest. 3. Decalogus vitam æternam pollicetur, & dare potest, si perfectè observetur, *Levit.* 18. *v.* 5. *Luc.* 10. *v.* 25. 28. 4. Additiones, quas statuunt Sociniani, vel comprehenduntur sub *præceptis*, vel

vel ab iis *alienæ* ſunt, vel iis repugnant. E. n
poſſunt eſſe vel cenſeri veræ additiones, neq
ipſorum præceptorum imperfectionem ul
pacto arguunt. Ad *primam* Claſſem pertin
Oratio Dominica, quatenus ſumitur pro cul
Dei interno; itémque *cultus Chriſti*, tanqua
mediatoris: *fuga Idolorum*: *Invocatio Chriſti*
teſtem; *honos ſuperioribus* omnibus debitu
Interdictum iræ & vindictæ *privatæ*, & cæte
quæ ſeptimo octavo, nono & decimo præc
ptis ſubjiciuntur. Ad *Claſſem ſecundam* referu
tur Oratio Dominica, quoad formam & enu
ciationem externam; quomodo ſub tertio pr
cepto continetur; itémque *abrogatio Sabbat*
quæ præcepto quarto nihil addit morale, doc
verò quid in eo ceremoniale ac mutabile h
beri debeat. Sub *tertia Claſſe* comprehend
mus *interdicta* tum *juramenti*, etiam de rebus v
ris, *tum vindictæ publicæ*, per Magiſtratum: qu
cùm repugnent ipſis præceptis, additiones pr
ceptorum nullo titulo dici queunt 5. Ne ip
quidem Sociniani & Novatores 4. & 5. præcep
agnoſcunt additiones. S. A. N.

B. *Neque toti Decalogo Chriſtus nova adjec
præcepta, ſub eo minimè comprehenſa, quibus pe
fectio vitæ Chriſtianæ peculiariter definitur
præſcribitur.* Differt hic Canon à ſuperio
ille agit de additamentis *ſingulorum* præcept
rum, quibus ea perficiuntur in Decalog
h

hic *alia* planè præcepta proponit, quæ non modò numerum decem præceptorum; ſed etiam *genus* eorum & doctrinam excedunt. Cujuſmodi Sociniani, Novatores & Anabaptiſtæ tria recenſent *Abnegationem noſtri*, ſive privatæ voluntatis noſtræ, & cupiditatum malarum renunciationem: *Tolerantiam crucis* propter Chriſtum; & denique *imitationem Chriſti* in virtutibus moralibus; præcipuè autem fiducia erga Deum, in charitate Dei & proximi, humilitate, nec non precum aſſiduitate. Sed nova acceſſiſſe pręcepta per Chriſtum negamus. 1. Quia Chriſtus abſolutam vitæ regulam dilectione Dei & proximi definivit, *Matth.* 22. *v.* 37. 38. 39. 40. 2. Ipſe Chriſtus non aliam vitæ regulam ſecutus eſt, quàm Legem, *Hebr.* 4. *verſ.* 15. *Ioh.* 8. *verſ.* 46. 3. Virtutes illæ mandantur in Decalogo, & exemplis V. T. illuſtrantur. *Abnegatio noſtri*, quæ Deum reſpicit, itémque *toleratio crucis* propter Deum, ſunt *præcepti primi* virtutes. Abnegatio noſtri quæ proximum ſpectat, & praves cupiditates refrænat decimo præcepto imperatur. *Imitatio* verò Chriſti fertur in totam legem. Specialis demonſtratio habetur *Elenct.* Nova. pag. 424. S. A. N.

C. *Prout præcepta Decalogi vel ſimplicia ſunt vel mixta; & illa iterum vel à natura Dei fluunt, vel à voluntate ejus, ita vel mutabi-*

mutabilia sunt vel immutabilia. Simplicia su *mere moralia* 1.2.3.5.6.7. & reliqua. *Mix* componuntur ex *morali & ceremoniali*, ut *qu* *tum. Mixta* non sunt immota & immutabil quoad *genus ceremoniale*. Ratio 1. quia to Lex ceremonialis temporaria fuit & mutabili *Luc.* 16.*v.*16. *Gal.*3.*v.*24.25. 2. Horum im tabilitatem Scriptura docet, de Sabbatho, *Col.* *Simplicia* pendentia à voluntate Dei sunt in mutabilia, quoad nos, non quoad Deum. *Qu ad nos* 1. Quia sumus subditi Legislatoris De *Iac.* 4.*v.*11.12. 2. quia solvere legem, adder detrahere sub condemnationis pœna est inte dictum, *Matth.* 5.*v.*19. *Quoad Deum* non ite 1. Contrarium illis præceptis sancire non im plicat contradictionem; vid. 4. 5. 6. 8. 10 Nam, 4. præcepit sanctificationem diei septi mi. Id neglectum; *Matth.* 12.*v.* 8. & muta tum; *Col.* 2. *v.* 16. Quintum jubet honorar parentes, sed prohibet, si impia mandan *Act.* 5.*v.* 29. Sextum prohibet homicidium; a Magistratui permittitur, *Gen.* 9. *v.* 6. Octav prohibet furtum, & jubet tamen Ægyptiis quod ipsorum erat, eripi. Decimo vetat con cupiscere res proximi; jussit tamen Israëlita concupiscere res Ægyptiorum, *Exod.* 3. *v.* 21 Præcepta, quæ fluunt ex *natura Dei*, etiam *quoa ipsum*, sunt immutabilia. *Ratio*, quia Deus nihil facit aut facere potest contra naturam suam.

suam. Non igitur præcipit habere Deos alienos, colere Idola, nomen suum pejerando profanari; nefariis libidinibus homines sese impurè polluere; falsum testimonium dicere.

D. *Axioma ergò commune*: Decalogum immotam justitiæ divinæ esse regulam; *secundùm quid intelligi debet.* Nimirum quia nulli hominum fas est regulam hanc mutare, aut ab ea exorbitare. Alioquin Dei respectu non ita simpliciter, sed in iis demum immota est præceptis, quæ absolutè pendent à *Dei natura*, ut contraria eis velle aut præcipere ἀδύνατον sit: cujus generis sunt præcepta; I. II. III. VII. IX. In cæteris verò, quæ non à natura, sed à *libera* Dei *voluntate* fluunt, uti sunt præcepta IV. V. VI. VIII. & ex parte X. regula est mutabilis pro eadem voluntate: sicut exempla docent; *Matth.* 12. *v.* 3. 4. 10. *Act.* 4. *v.* 19. *Cap.* 5. *v.* 29. *Genes.* 22. *v.* 2. *Exod.* 11. *vers.* 2. 3. Ideòque hic locum habet regula Theologorum, *Lex generalis cedit speciali : antecedens consequenti.*

E. *Mutilatio præcepti secundi Decalogi, ex fine est æstimanda.* Qui hoc consilio aut mutilarunt Decalogum aut mutilatum approbant, ut facilius persuadeant rudioribus Idololatriam non esse peccatum, eos non veremur sacrilegii arguere, & reos agere. Est enim notoria ac palpabilis mutilatio verbi divini: contra interdictum, *Deut.* 4. *vers.* 2. & comminationem

Apocal.

Apocal. 22. *v.* 19. Sed qui *infirmitati* rudioru ut quidem ipsi obtendunt, hic subsidium qu runt, aliàs verò Decalogum integrum retine & ex eo idololatriam quoque redarguunt, *humanum* est *consilium*, pertinaciâ etiam differ endi firmatum: absit tamen ut tam gravi ce sura notemus aut damnemus.

F. *Ad explicationem Decalogi notandæ sunt regulæ.* I. Tabula secunda cedit primæ-Act v.19. Cap.5.v.29. Eph.6.v.1. II. Præceptum bulæ primæ ceremoniale, cedit præcepto mo tabulæ secundæ. Hos. 6. v.6. Matth. 12. v. 3. 10. Cap.15.v.3.4.5.6. III. Quæ generaliter præceptis Decalogi docentur, per partes exp canda sunt. IV. Omnia Decalogi præcepta nunciantur per Synecdochen speciei & me bri; idque Metonymicè: nempe ut cum cau intelligatur effectus, cum antecedente cons quens, cum affirmato negatum, cum rela correlatum. V. Præceptum Nonum pecul riter exponendum per Synecdochen generis, falso testimonio contra famam proximi.

XIX. *Cerimonialis agit de cerimoniis sive ri bus populi Israëlitici, circa cultum Dei externu in V. Testamento.*

Eph. 2. *vers.* 15. Lex mandatorum, quæ ritibus posita est. *Hebr.* 10. *vers.* 1. Lex umbra obtinet futurorum bonorum, non ipsam e pressam formam rerum.

Can-

Canones.

A. *Lex ceremonialis generatim occupatur circa Res & personas sacras: Res autem sacræ dicuntur, quæ Verbo Dei ad usus sacros sanctificantur: Suntque vel Donaria, vel Sacrificia.* *Donaria* sunt oblationes rerum vitæ expertium: & quidem tum frugum; tum pecuniæ. *Frugum*, ut Primitiarum, Decimarum, Libaminum: offerebanturque jam crudæ; jam paratæ: sive in furno coctæ essent, sive in sartagine frixæ; sive igne tostæ. *Pecuniæ*: quæ solvebantur in redemturam vitæ, à maribus annum vicesimum superantibus. Ea tamen capitatio non perpetua, sed temporaria fuit, ad exstructionem tabernaculi singulariter imperata. *Sacrificia* sunt victimæ rerum animatarum: quæ vel de *armentis*; ut bos, vitulus; vel de *grege* ut aries; caper; hircus; vel de *avibus*, ut turtures; pulli columbarum, passeres jugulabantur. Distinguuntur in *Hilastica* & *Eucharistica*. *Hilastica*, propitiatoria erant; quibus expiabatur vel *peccatum*, vel *delictum*. *Peccatum*, quod ab imprudentibus admissum erat: puta à Sacerdote, aut Principe; aut populo, sive toto; sive uno è vulgo. *Delictum*, quod admissum erat à prudentibus, contra scientiam aut conscientiam. *Eucharistica* sive pacifica, pro beneficiis acceptis; vel etiam promissis, speratisque offerebantur: & in *Gratulatoria*, *Votiva* ac *Voluntaria* distinguebantur.

B. *Sacrificia propitiatoria V. T. unicum ill* *sacrificium pro peccatis nostris oblatum*, *adu* *brârunt*. Rationes I. Ea Christus ut umbr sui sacrificii in N. T. abrogavit, *Heb.* 8. 9. 1 *Capp*. II. Fuerunt umbræ seu typi sacrifi Christi. Nam a. Totus cultus Legalis fu umbra, *Coloss.* 2. *v.* 17. *Heb.* 10. *v.* 1. *C.* 8. *vers.* *Cap.* 9. *v.* 9. b. Christus est veritas typis M saicis respondens, *Ioh.* 1. *v.* 17. *Cap.* 14. *v.* 6. co pus umbrarum, *Coloss.* 2. *v.* 17. S.

C. *Accidunt autem rebus sacris locus & temp* *Locus* ex Dei ordinatione tabernaculum fui in quo ut coli se Deus præcepit, ita præsentia suam signis adspectabilibus exhibuit. I eodem quoque Arca Fœderis, Altare hol causti & suffitûs, Mensa, cum panibus prop sitionis, aliáque cultûs ceremonialis instru menta adservabantur. Illud tamen, cùm *pr* *mum* ambulatorium in deserto ac Cananæa *deinde* autem in Siloh, Gibeah, montéqu Sione statarium fuisset, in Templum mutatur fuit. Ad *tempus*, præter juge sacrificium quo tidie manè & vesperi offerri solitum, *Fest* pertinent, triplicis generis: *hebdomadaria* *menstrua* & *annua*. *Hebdomadarium* erat, die septimi festivitas, sabbathum dictum. Fest *Menstrua*, Neomeniæ vocabantur, singulo rúmque mensium Calendis celebrabantur, si ne ulla tamen operum externorum intermis

sion

fione. *Annua* erant, tum anniversaria, tum post annorum certorum intervallum recurrentia. *Anniversaria* erant festa Paschatis, in liberationis à servitute Ægyptiacâ, *Pentecostes*, in acceptæ Legis, & Tabernaculorum, in tuguriorum deserti, memoriam instituta. Postremum mense septimo, qui Octobri nostrò respondet, peragebatur, in eúmque Festa etiam alia, *Tubarum*, *Expiationis*; *Collectæ*, incidebant. Ex his *primum* de anni civilis initio; sive partis ab hoste victoriis, *alterum* de condonatione idololatriæ, circa aurei vituli cultum; *tertium* de vectigalibus sacris persolvendis, commonebat. *Post certorum annorum intervallum recurrentia* festa fuerunt *Annus Sabbatarius* & Jubilæus: quorum *ille* septimo; *hic* quinquagesimo quoque anno intermissionem culturæ; *posterior* insuper manumissionem servorum, remissionem debitorum, bonorum venditorum ad dominos reditionem imperabat.

D. *Hæc de rebus sacris: Personæ sacræ erant, quæ ex vocatione & consecratione peculiari, ministerio sacro vacabant. Harum duo genera fuerunt, Extraordinariæ & Ordinariæ. Extraordinariæ* erant *Prophetæ*, quos immediatè excitabat Deus; ut vel constituerent Ecclesiam, vel collapsam restituerent; futura quoque certissimè prædicerent. Proinde per visiones, somnia, aut internum Sancti Spiritûs afflatum ad

prophetandum instruebantur. *Ordinariæ* erant, quæ mediatè vocatæ ordinem in Ecclesia semel constitutum curabant ac tuebantur. Tales erant *Sacerdotes* & *Levitæ*. E *Sacerdotibus* unus *Summus*, qui & Pontifex Maximus, alii *Inferiores* dicebantur. *Summi Sacerdotis* singularis consecratio, singularis habitus, singulare munus fuit: quò pertinet, quòd semel quotannis, festa Expiationum, sanctum sanctorum ingrediebatur, pro se populóque sacrificans, & orans. *Inferiores* etiam sacra faciebant, odores adolebant, manus populo cum benedictione imponebant. Atque hi unà cum summo Sacerdote, perpetua successionis serie, ex Familiâ Aaronis per Filios ipsius Eleazarum & Ithamarum descendebant, in Classes quatuor & viginti postea distincti: quarum singulæ per vices hebdomadum sacris operabantur. *Levitæ* dicti sunt speciatim, qui loco primogenitorum sacris adhibiti, in vasorum sacrorum emundatione, mactatione & ablutione pecudum, appositione panum, aliisque, Sacerdotibus serviebant. Qui quidem aucti numero, diversa sortiti sunt munia: ab iisque *Doctores sive Interpretes Legis*, *Musici*, *Ianitores*, *Thesaurarii*, *Iudices Ecclesiastici*, *Politicique* appellati sunt. Præter administros sacrorum, personis sacris annumerantur *Nazaræi*; quorum alii *votivi*, alii *nati*, sive divinitus erant imperati. Hi ab omni

potu

potu inebriante abſtinebant, capillum non tondebant, peculiarémque ſanctimoniam, ſive ad certum, ſive ad totum vitæ tempus præſtabant.

XX. *Iudicialis agit de gubernatione civili populi Dei, itidem in V. Teſtamento.*

Exod. 21. *v.* 1. Hæc ſunt judicia illa, quæ propones eis, *& quæ ſequuntur.*

CANONES.

A. *Commune Legis Iudicialis objectum ſunt Perſonæ, & Res. Duo autem Perſonarum conſtitui poſſunt genera, Magiſtratûs & Subditorum. Primi generis* ſive *Magiſtratûs* ſpectantur I. Qualitates. II. Species. *Qualitates* vel *animi* ſunt, quæ *Exod.* 18. *v.* 21. & alibi recenſentur; vel *corporis* ut thoro legitimo ſit natus, non ſpurius, eunuchus, Moabita vel Ammonita. *Species* ſunt, quòd alii temporarii, alii perpetui fuerunt. *Temporarii*, circumactâ certi temporis periodo, in totum defecerunt. *Iudices* in Samuele, *Reges* ſtirpis Davidicæ in Zedeckia. Horum inauguratio ſolenni unctione peragebatur. Ius deſcribitur, *Deut.* 17. *Perpetui* non defecerunt, quamdiu Politia Moſaica ſtetit. Horúmque alii *ſuperiores*, alii *inferiores* fuêre. *Superiores* erant LXX. Seniores, qui ex omnibus tribubus in ſupremum populi Senatum allegebantur. *Inferiores* fuerunt Principes, Tribuum, II. Familiarum, III. Civita-

tum; in Chiliarchos, Centuriones, Penteco-tarchos, & Decuriones subdistincti. *Minis[tri]* erant Scribæ, qui Notariorum instar acta Mag[i]stratuum in scripta referebant; ab iis, qui Legis [in] Templo ac Synagogis agebant interpretes, n[e-]non qui Regibus à Secretis erant, diversi. *S[e]cundi generis* Personæ sunt *Subditi*, tam *Ecc[le]siastici*, quàm *Politici* ordinis. Nam n[on] minus *illos*, quàm *istos* Mosi ac Magistrat[ui] Civili subjecit Deus. Utrorumque verò n[e]gotia, in judiciis tractabantur, quæ in port[is] Civitatum communiter instituebantur. H[ic] suæ partes *actori*, suæ *reo*, suæ *Iudici* præscr[i]buntur: eique singulariter interdicitur, [ne] personam accipiat, aut munus, neve innocente[m] pro nocente plectendum substituat: præcipitu[r] verò singulariter, ut causas viduarum, orphano[-]rum, peregrinorum sibi commendatas habea[t]. *Pœnæ* quæ decernebantur in judiciis, erant v[el] *Capitales*, ut *Lapidatio* Incestuosorum, Sodom[i-]tarum: *combustio* filiæ Sacerdotis scortantis. *D[e]collatio* homicidarum: *strangulatio* sive *crucifixi[o]* blasphemorum, Idololatrarum, Adulterorum[:] vel non capitales; ut *membri alicujus amputa[-]tio*, *quadrupla vel quintupla restitutio*, *ven[-]ditio & exilium* in casu homicidii involun[-]tarii. *Mulctam* & *fustuarium* Judex pro r[e] nata definiebat: sic tamen, ut in hoc nu[-]merum plagarum quadraginta non posse[t]

excede-

excedere *Exſecutio* non per unum aliquem carnificem, ſed per totum populum fiebat: ut odium ſcelerum, ſtudiúmque juſtitiæ univerſi oſtenderent. Teſtes autem in plectendis damnatis manum primi applicabant. Diſtinguitur *Iudicium* in *ſupremum* & *ſubalternum*. *Illud* erat Seniorum ſeptuaginta tribunal, *Conſiſtorium* גזית, *Synedrium magnum*, itémque *Sanhedrim* appellatum. *Sedes* ejus regni Metropolis fuit, primo quidem Siloh, tribus Ephraim; inde Hieroſolyma, tribus Iudæ. Cogebat illud aut Rex, aut Dux populi, aut Pontifex: prout res regionis aut religionis agebatur. Judicium *Subalternum* fuit, tum *Triumvirorum*, qui pecuniarum & injuriarum cauſas; tum Viginti trium, qui res capitales cognoſcebant. Huc uſque de perſonis.

B. *Res ſuccedunt, quæ triplicis erant generis, Eccleſiaſtica, Oeconomica & Politica.* Leges de rebus *Eccleſiaſticis* aut ipſam *religionem*, aut *bona Eccleſiaſtica* ſpectant. Primi *ordinis* ſunt, quæ omnia cultus divini impedimenta amoveri, omniáque idololatriæ inſtrumenta, ceu Imagines, altaria, excelſa, aboleri volunt. *Secundi* ordinis ſunt, quæ Sacerdotibus Levitíſque ſartam tectam bonorum ſuorum poſſeſſionem ac fruitionem ſanciunt; *quæ*

 vel

vel in urbibus *vel* in certis reditibus consist
bant. *Vrbes* quadraginta octo cum earum su
urbiis,agrísque, ad bis mille cubitos, divinit
ipsis fuerunt assignatæ. *Reditus* erant primiti
decimæ, pectus armúsque dexter ex sacrifici
panes propositionis, pecuniæ pro redimenc
hominum primogenitis, ipsáque primogeni
jumentorum. Leges de rebus *Oeconomicis* occ
panturpotissimùm circa conjugia, hæredita
& usuras. In *conjugiis* requirunt I. Perso
rum contrahentium pubertatem. II. Revere
tiam sanguinis in gradibus prohibitis, consa
guinitatis & affinitatis, excepto tamen levi
tûs officio. III. Veræ religionis unitate
Permittunt autem libellum repudii; suspect
que pudicitiæ mulieri potum Zelotypiæ i
perant. Quoad *Hæreditates*, vetant eas tra
ire de tribu in tribum. Inter filios autem i
dividi volunt, ut primogenito duæ, cæte
una portio cedat. In horum deficientiu
locum filias, & post eas proximos consang
neos surrogant. *Vsuras* denique accipere
extraneis permittunt, à Fratribus egenis exig
re prohibent. Leges de rebus *Politicis*, tu
Pacis sunt, tum *Belli*. De *illis* dictum jam b
na ex parte. *Istæ* belli suscipiendi, gerendi,
finiendi rationem præscribunt. In *bello susc*
piendo milites legi volunt, non timidos, ne
gamos, aut ædium novarum habitatores,

rob

robustos, animosos, justæque ætatis: præmitti exploratores, transitum peti per fines fratrum; hostibúsque extraneis, non Cananæis, pacem ante offerri, quàm inferri bellum. Deinde in bello *gerendo* jubent, ut Sacerdotes fiduciâ Jehovæ exercitum animent, & pro victoria vota faciant; Duces primos se in acie offerant, exemplóque præeant; milites arbores frugiferas non exscindant: Universi autem ab omni injustitia caveant, nec sordibus castra polluant. Denique præcipiunt, ut *finito* bello in partes æquales duas dividatur præda; quarum una militibus, altera domi relictis cedit.

C. *Leges forenses vel juris particularis sunt Iudaici, positivæ dictæ: vel communis, adeóque Naturæ & Gentium. Illæ abolitæ sunt, hæ non item. Illas* abolitas esse, probatur 1. *Dictis* Scripturæ, *Gen.* 49. *v.* 10. ubi sceptrum & legislator conjunguntur; *Gal.* 3. *v.* 28. *Non est Iudæus neque Græcus: Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu.* Distinctio populi abolita. E. & leges distinguentes: *Coloss.* 3. *v.* 11. *Non est Græcus & Iudæus &c.* ubi loquitur de consuetudinibus & ordinationibus diversarum Politiarum. 2. à *Genere.* Deus destruxit totam Politiam Judaicam. *Matth.* 24. *Act.* 6. E. & leges. 3. à *causis* abrogationis, quæ sunt a. ut populus Iudaicus, ex quo nasciturus erat Messias, hac Politiæ forma discerneretur ab aliis Gentibus. b. ut

illa Politia esset Ecclesiæ sedes, & certus locus patefactionum Dei. 4. Ex axiomate Theologico; Evangelium non abolet Politias; sicut Apostoli prædicantes ubiq; vixerunt quarumvis gentium legibus, *Matth.* 22. *v.* 21. *Rom.* 13. *v.* 1. 1. *Pet.* 2. *v.* 13. *Hæ non sunt abolitæ* 1. Lex Naturæ & moralis non est abrogata. *Matth.* 5. *v.* 17. 2. Christus eas leges non sustulit; sed vindicavit, *Matth.* 5. *v.* 38. *Exod.* 21. *vers.* 24. 3. Hæ leges Magistratum Christianum adhuc obligant a. quia Dei Minister & Vicarius est, *Rom.* 13. *v.* 4. b. Judicium non hominum; sed Dei est, *Deut.* 17. *v.* 8. 4. Si eas abrogâsset Deus, alias eis substituisset; prout maledictioni, legis moralis gratiam, umbræ ceremoniali corpus substituit. 5. Ita Deus melius prospexisset populo Veteris, quàm Novi Testamenti.

D. *Falsum proinde est, Reformatos docere Legem forensem æquè ac moralem obligare Christianos.* Lex Forensis sive Judicialis Mosaica, Reip. Judaicæ peculiariter accommodata, non minus nobis abrogata est quàm ipsa lex ceremonialis. Quia verò in lege illa deprehenduntur nonnulla, quæ sunt generis *moralis*, non modo Legi Decalogi, sed etiam naturæ congruentia, hujusmodi quæ sunt, ea dicimus etiam Christianos obstringere, iisque observanda esse.

Sedes hujus loci propria est in Vet. Testam. Exod.

Exod. 20. 21. & seqq. Capp. Deut. 5. 6. & seqq. Capp. In N. T. Matth. 5. 6. 7. Capp. Rom. 7. 12. 13. Capp. & ad Galat. 3. 4. Capp.

LOCUS XI.

DE

Evangelio & Fœdere Evangelico.

I. E*Vangelium est* [a] *doctrina de gratuita nostri reconciliatione cum Deo, remißione peccatorum, regeneratione Spiritus, & vitâ æternâ, per & propter Christum;* [b] *fidem in ipsum cum resipiscentia præcipiens, simulq́; promittens.*

a. *Rom.* 1. *v.* 16. 17. Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti. Justitia enim Dei per illud retegitur de fide in fidem, sicut scriptum est: Justus ex fide vivet. 2. *Cor.* 5. *v.* 19. Deus erat in Christo reconcilians sibi mundum, non imputando eis offensas eorum, posuitque in nobis sermonem reconciliationis.

b. *Marc.* 1. *v.* 15. Resipiscite & credite Evangelio. *Act.* 20. *v.* 20. 21. Docui publicè & domatim, attestans Iudæis simul & Græcis conversionem ad Deum, & fidem, quæ est in Dominum nostrum Iesum Christum.

CANONES.

A. *Evangelium propriè sic dictum, & quatenus est gratia N. T. quæ est Lex scripta in cordi-*

bus & Spiritus vivificus , *non est doctr*
operum , *gradu perfectionis distincta à Le*
Rationes 1. Evangelium est doctrina de Gra
Dei in Christo , ad remissionem peccatoru
Luc. 2. 10. 11. *Rom.* 1. 2. *v.* 16. 17. *C.* 3. *v.* 21. 22.
2. Vitam æternam pollicetur sub conditio
solius fidei, *Ioh.* 3. *v.* 16. *Marc.* 16. *v.* 16. *Rom.*
v. 28. 3. Evangelium est potentia Dei ad
stitiam & salutem, *Rom.* 1. *v.* 16. 17. item Mi
sterium Spiritus & vitæ. 2. *Cor.* 3. *v.* 7. 8. 4. Eva
gelium cœlitus soli Ecclesiæ patefactum e
non naturâ omnibus notum. Doctrina ve
operum in genere vel in specie luce naturæ no
est. 5. Evangelium non præstatur operand
sed credendo, *Rom.* 10. *v.* 8. 9. 10. 6. Tribu
mercedem absque operibus indebitam. 7.
Lege, formâ specificâ differt , distinguitur, o
ponitur, *Rom.* 3. *v.* 27. 28. *Gal.* 2. *v.* 16. 21. 8
Absque lege manifesta facta est justitia Evang
lica. 9. Legi non inferior perfectionis grad
tribui potest, quàm Evangelio. a. quia lex
suo genere æquè perfecta est , utpote cui nih
addi , nihil detrahi potest. b. Nec præcept
nec promissis inferior est Lex. Non *illis*, qu
non alia præcepta tradiderunt Christus & Apo
stoli, quàm olim tradita sunt à Mose & Pro
phetis. Neque *his*, quia Lex & Evangeliu
ejusdem vitæ æternæ promissiones habent, lic
causæ & conditiones sint diversissimæ. P.
A. N. cum Pel. B, N

B. *Neque tamen concio resipiscentiæ ab Evangelio, cujus propria est, removeri potest aut debet.* Ut superior thesis contra Pontificios, Socinianos, Novatores, Anabaptistas, Semíque Pelagianos ab excessu fuit vindicanda; ita hæc contra Antinomos, qui nullum in Evangelii definitione locum relinquunt *resipiscentiæ*, stabilienda venit. Rationes autem, quibus simul causam *Melanchthonis* & discipulorum, quos *Synergistas* & *Adiaphoristas* Flacciani Antinomi appellârunt, defendimus, sunt, 1. Christus venit in hunc mundum, ut peccatores resipiscentes salvos faceret à peccatis, 1. *Tim.* 1. *v.* 15. E. Concio resipiscentiæ propria est Evangelii: Hujus enim præcipuum munus est explicare officium Christi & finem adventus eius. 2. Evangelii proprium est præceptum de resipiscentia: propria item promissio præcepto annexa. 3. Evangelii est invitare ad resipiscentiam, spe gratiæ & remissionis peccatorum. E. ejusdem est eam prædicare. 4. Christus ejúsque beneficia universa sunt objectum Evangelii & ad ejus prædicationem pertinent. Atqui non minus resipiscentia, quàm fides vel remissio peccatorum est beneficium Christi, *Act.* 5. *v.* 13. *Cap.* 11. *v.* 18. 5. Baptismus est Sacramentum Evangelii. Et tamen est Sacramentum resipiscentiæ ad remissionem peccatorum, *Act.* 2. *vers.* 39. 40. *C.* 19. *v.* 3. 4. 6. Quod non efficit salutem,

nec resipiscentiam efficit: Quia resipiscentia est ad salutem, 2. *Corinth.* 7. *vers.* 10. Quod autem non est causa causæ, neque causa est causati. Atqui Lex non efficit salutem. *Galat.* 3. *vers.* 10. Ergò &c.

C. *Reformati à doctrina Evangelii bona opera absolutè, & omni respectu non excludunt.* Evangelium vel latè, vel strictè sumitur in Scriptura. *Latè* pro doctrina tum gratiæ & fidei; tum resipiscentiæ & novæ obedientiæ, *Rom.* 1. *vers.* 2. *Cap.* 2. *vers.* 16. 1. *Cor.* 9. *vers.* 14. Ita bona opera quoque complectitur. *Strictè* pro doctrina gratiæ & fidei tantùm, sive de gratuita remissione peccatorum, per fidem absque operibus; propter solius Christi meritum. Quæ propria ejus significatio est, *Luc.* 4. *vers.* 18. *Matth.* 11. *v.* 5. *Rom.* 1. *v.* 12. & passim. Sic verò excludit Bona opera: uti Apostolus docet, *Rom.* 3. *v.* 27. tum quia est fidei non operum doctrina; tum quia opera nullo pacto patitur concurrere cum fide ad nostri justificationem. Interim cùm illa demum sit vera fides, quæ efficax est per opera charitatis secundum Legem, *Gal.* 5. *v.* 6. Insuper gratia Evangelii non modo sit *Iustificationis* ad vitam, sed etiam *Sanctificationis* ad novam obedientiam: luce clarius est, doctrinam de bonis operibus non labefactari, sed stabiliri per Evangelium

gelium eidémque esse subordinatam, *Rom.* 3. *v.* 31. *& Cap.* 6. *toto.*

D. *Promissiones Evangelii sunt conditionales secundùm quid.* Fuerunt superiori seculo ex nostris qui negârunt, Evangelii promissiones esse conditionales; sed *aliquatenus* sive *secundùm quid. Conditionale* enim sensu legali accipiebant, de eo, à quo res promissa, tanquam à causa merente dependet, ut vita æterna ex perfecta legis obedientia. Eo quidem modo Evangelium non est conditionale. *Conditionale* verò quatenus præscribit & exigit conditionem fidei, ad consequendam justitiam & vitam, *Rom.* 10. *v.* 9. *Ioh.* 3. *v.* 16. non ut causæ alicujus meritoriæ, sed tanquam organi utramque amplectentis, ex Dei ordinatione atque dono, *Rom.* 5. *v.* 17. *Cap.* 10. *vers.* 8. 9. *Eph.* 2. *v.* 8. 9. eatenus illud non excludebant.

E. *Evangelium peccatum* commune *in Legem ostendit, arguit & damnat indirectè*; Singulare *in Evangelium, sive incredulitatem directè.* Peccatum aliud est *commune* in legem; unde & *ἀνομία* vocatur 1. *Ioh.* 3. *vers.* 4. aliud *singulare* in Evangelium, quod *incredulitas* dicitur, *Ioh.* 3. *v.* 18. *Hoc* directè & in specie monstrat & redarguit Evangelium, *Ioh.* 16. *v.* 9. *Alterum* in genere & ex hypothesi solum facit: quatenus pronunciat nos esse peccatores & per ministerium Legis, sibi subordinatum nos peccati convincit;

quo

quo ita ad Christum confugiamus. Co
Rom. 3. v. 20. 21. & *seqq.*

F. *Promissiones Evangelii, diverso respecti*
sunt universales, vel non. Sunt univers
quoad promulgationem sive prædicatio
Siquidem citra discrimen gentis, sexûs,
ætatis, omnibus promiscuè per totum
bem offeruntur, vel saltem offerri poss
ex præcepto Christi, *Matth.* 28. v. 18. 19
Non sunt, quoad applicationem; efficaci
& fructum earundem; qui omnibus &
credentibus obtingit: utpote qui soli
gratiam Christi; conditionem iis anne
implent ac præstant, *Rom.* 3. v. 22. *Ioh.* 3.
16. 17. 18. Qui verò promissiones Evan
absolutas, & indistinctè credentibus &
credulis communes faciunt, næ illi ipsum
vangelium abolent.

II. *Et sub forma Fœderis Evangelici lucule*
simè in Scriptura S. proponitur & explicatur.

Vide *Gen.* 17. *Ier.* 31. & 32. *Heb.* 8. *Cap.*

III. *Est autem* Fœdus Evangelicum [a]
ctum gratuitum inter Deum offensum, & hom
offendentem, Christo θεανθρώπῳ *mediatore,*
tum: [b] *in quo Deus gratis; propter Chris*
homini pollicetur remissionem peccatorum, reg
rationem Spiritus, & vitam æternam; [c] *Hom*
cissim, fretus eâdem gratiâ, stipulanti Deo fide
resipiscentiam addicit.

a. Ie

a. *Ierem.* 31. *v.* 31. 32. 33. 34. *Hebr.* 8. *v.* 6. 8. 9. 10. 11. 12. Noster ille Pontifex eò præstantius ministerium sortitus est, quò etiam præstantioris est pacti Mediator, quod præstantioribus promissis sancitum est. Nam incusans eos, inquit, Ecce dies venient, dicit Dominus, cum pangam cum domo Israëlis, & cum domo Iuda pactum novum. Non secundùm illud pactum, quod feci cum Patribus ipsorum, quo die prehendi manum ipsorum, ut educerem eos ex Ægypto; Nam ipsi non perstiterunt in illo meo pacto; & ego despexi eos; dicit Dominus. Quamobrem hoc est pactum; quod paciscar Domui Israëlis post dies illos; dicit Dominus: Indam legem meam menti eorum, & cordi eorum inscribam; & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus. Neque docebunt singuli proximum suum; & singuli fratrem suum, dicentes: Cognosce Dominum: nam omnes cognoscent me, ab eo, qui pusillus fuerit inter eos, ad eum usque qui magnus fuerit inter eos. Ero enim propitius iniquitatibus eorum; & peccatorum ipsorum, & transgressionum ipsorum non recordabor amplius.

b. *Ier.* 32. *v.* 40. 39. 38. Pangam ipsis fœdus perpetuum; fore ut non avertam me à prosequendis ipsis, benefaciendo ipsis: & reverentiam mei indam animo ipsorum, ut non recedant à me. Indam enim illis cor unum, &

Q viam

viam unam, ad reverendum me omnibus d
bus, ad bonum ipsorum & filiorum ipsor
post ipsos; denique erunt mihi populus; & e
ero ipsis Deus.

c. *Genes.* 17. *v.* 1. Ego sum Deus for
omnipotens, indesinenter ambula coram m
& esto integer. *Psalm.* 27. *v.* 8. Tuum ill
requirite faciem meam, cogitat animus me
faciem tuam Iehova, requiro. *Hos.* 2. *v.* 23.
cam ipsi, populus meus es; & ipse dic
Deus mi.

IV. Efficiens *principalis Fœderis Evangelic*
a *Deus in Christo, mundum sibi reconcilians, &*
cum eo Filius, & Spiritus S. sive tota S. S. Tri
tas, tribus personis sese clarissime patefaciens. S
ordinatæ sunt: Impulsivæ, c Interna gratuita
φιλανθρωπία & misericordia, & d externa Chri
Mediatoris satisfactio & intercessio: Instrumen
e *verbum promissionis Evangelicæ, de Christo p*
mum exhibendo, inde exhibito, nec non f
gilla ejus Sacramenta, vetera & nova: mini
denique omnes g præcones hujus promissionis in
& N. T.

a. *Genes.* 17. *v.* 1. Ego sum Deus fortis om
potens. v. 7. Stabilio fœdus meum inter me
te, ac semen tuum post te, per ætates suas, ut f
dus sit perpetuum, me esse tibi Deum, & sem
tuo post te. 2. *Cor.* 5. *v.* 19. Deus erat in Chri
mundum sibi reconcilians.

b. *Heb*

b. *Heb. 9. v. 15.* Christus novi pacti mediator est, ut morte ad redemptionem earum transgressionum intercedente; quæ fuerant sub priore pacto, qui vocati erant promissam æternam hæreditatem acciperent. *Esaj. 59. v. 21.* Hoc erit fœdus meum cum istis, ait Iehova: Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo; non recedent ex ore tuo, aut ex ore seminis tui; aut ex ore seminis seminis tui; ait Iehova, ex hoc tempore usque in seculum.

c. *Tit. 3. v. 4. 5. 6.* Postquam benignitas & erga homines amor apparuit Servatoris nostri Dei. Non ex operibus justis quæ fecerimus nos, sed ex sua misericordia servavit nos, per lavacrum regenerationis, & renovationis Sp. S. Quem effudit super nos copiosè per Iesum Christum, Servatorem nostrum.

d. *Heb. 9. v. 15.* Christus novi pacti mediator est &c. *Cap. 7. v. 22. 25.* Tantò melioris pacti sponsor factus est Iesus. Unde & servare perfectè potest eos, qui per ipsum accedunt ad Deum; semper vivens, ut interpellet pro eis.

e. *Rom. 1. v. 1. 2. 3. 4.* Apostolus separatus ad prædicandum Evangelium Dei (quod antè promiserat per Prophetas suos in Scripturis Sanctis,) de Filio suo, facto ex semine Davidis secundùm carnem; declarato Filio Dei potenter, secundùm Spiritum sanctificationis, per resur-

rectionem ex mortuis, nempe Iesu Cl
Domino nostro.

f. *Gen.* 17. *v.* 11. Circumcidetis ca
præputii vestri, ut sit signum fœderis inte
& vos. *Luc.* 22. *v.* 20. Hoc poculum est no
illud fœdus, per sanguinem meum; qu
vobis effunditur.

g. *Rom.* 1. *v.* 2. Quod ante promisera
Prophetas suos. 2. *Corinth.* 3. *v.* 6. Deus
ut idonei essemus ministri novi pacti, non l
sed Spiritûs.

V. Materia *sunt partes inter se paciscente*
terventu Mediatoris: Deus offensus, Homo
dens, & Mediator θεάνθρωπος, *offendentem*
offenso reconcilians.

Genes. 17. *v.* 1. Ego sum Deus fortis &c. &
stabilio autem fœdus meum inter me & te
1. *Tim.* 2. *v.* 5. 6. Unus est Mediator Dei &
minum, homo Christus Iesus. Qui sese d
redemtionis pretium pro quibusvis.

VI. Forma *consistit* [a] *in mutua partium*
ligatione; qua [b] *Deus gratis promittit ac d*
remissionem peccatorum, regenerationem Spir
& vitam æternam: [c] *Mediator gratis sponde*
præstat satisfactionem pro homine, ejusque ren
tionem: [d] *Homo vero Fidem & Resipiscentian*
fœdere requisitam, per gratiam Spiritus S. pol
tur; & reapse implet.

a. C

a. *Gen.* 17. *v.* 7. Stabilio fœdus meum inter me & te.

b. *Ierem.* 32. *v.* 40. 39.38. Pangam ipsis &c. *Ezech.* 36. *v.* 26.27.28. Dabo vobis cor novum, & Spiritum novum ponam in medio vestri; & amovens cor lapideum è carne vestra, indam vobis cor carneum. Et Spiritum meum ponam in medio vestri; quo faciam, ut in statutis meis ambuletis, & jura mea observetis, facientes ea; eritísque mihi populus, & ego ero vobis Deus.

c. *Heb.* 9. *v.* 15. Christus novi pacti mediator est, ut morte &c. *Cap.* 10. *v.* 9. 10. Ecce adsum, ut faciam, Deus voluntatem tuam. Qua voluntate sanctificati sumus; per oblationem corporis Iesu Christi, semel factam.

d. *Actor.* 2. *v.* 41. Qui libenter receperunt sermonem, baptizati sunt, & additi Ecclesiæ. *Cap.* 8. *v.* 37. Credo Iesum Christum esse Filium illum Dei.

VII. Finis *est partim* [a] *gloria Dei, nec non* [b] *Christi Mediatoris, per declarationem sapientiæ, φιλανθρωπίας ac Misericordiæ, Iustitiæ & veritatis ipsius; partim hominis* [c] *salus & æterna beatitudo.*

a. 1. *Pet.* 2. *v.* 9. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus quem sibi Deus ut proprium vendicat, ut vir-

tutes prædicetis illius, qui vos vocavit è t
bris in admirabilem suam lucem.

b. *Phil.2. v. 9.10,11.* Deus extulit Chri
in summam sublimitatem, ac donavit ei no
quod est supra omne nomen : Ut ad no
Jesu omne genu se flectat, cœlestium ac t
strium, & subterraneorum : Omnisque li
profiteatur, Iesum Christum esse Dominun
gloriam Dei Patris.

c. *Psalm.33. v. 12.* Beata gens cujus Iel
Deus est, populus quem elegit in possessio
sibi. & *Psalm.144. v. 15.* Beatus populus, c
Iehova est Deus.

VIII. Effecta *sunt* [a] *omnia Dei beneficia ex*
tuita Electione in Christo manantia [b] *omnia*
fidei ac resipiscentiæ officia, sive opera, ab hor
fideli præstita.

a. *Heb. 8. v. 10. 11. 12.* Hoc est pactum
1. Corinth. 1. v. 30. Christus Iesus factus est n
sapientia à Deo, justitia, sanctificatio, &
demptio.

b. *Luc. 1. v. 72. 73. 74. 75.* Memor est pact
sancti; Et jurisjurandi, quod juravit Abraha
Patri nostro, se daturum nobis; ut sine m
è manu inimicorum nostrorum liberati,
viamus ipsi cum sanctitate & justitia, in ip
conspectu, cunctis vitæ nostræ diebus.

IX. Subjectum *occupans materiâ contine*

R

Recipiens sunt [a] *omnes electi & fideles in V. & N.T. nullo sive* [b] *ætatis, sive* [c] *sexûs discrimine.*

a. *Gen,17.v.7.* Stabilio fœdus &c. *Rom.4.v.11. 12.* Abraham signum accepit circumcisionis, sigillum justitiæ fidei receptæ in præputio; ut esset Pater omnium credentium in præputio, imputatâ etiam ipsis justitiâ; Et Pater circumcisionis, iis *videl.* qui non solùm sunt ex circumcisione, sed qui etiam incedunt per vestigia fidei Patris nostri Abrahami, quæ fuit in præputio.

b. *Act. 2. v. 39.* Vobis facta est promissio, & liberis vestris.

c. *2. Cor. 6. v. 18.* Ego ero vobis pro Patre, & vos eritis mihi pro filiis & filiabus.

X. Adjuncta *censentur: quod* [a] *fœdus substantiâ sive re unicum est:* [b] *modo autem administrationis quasi duplex apparet, Vetus & Novum: quorum illud* [c] *solis Iudæis* [d] *obscurius, ac* [e] *minore cum gratiæ efficacia; hoc* [f] *omnibus promiscuè gentibus* [g] *clariùs* [h] *efficaciúsque administratum fuit, &* [i] *administrabitur usque ad consummationem seculi.*

a. *Gen. 17. v. 7.* Stabilio fœdus meum &c. ut sit fœdus perpetuum, me esse tibi Deum, & semini tuo post te. *Act.15. v. 11.* Per gratiam Domini Jesu Christi credimus nos servatum iri, quemadmodum & illos, *sc. Patres nostros ex v. 10.*

b. *Hebr. 8. v. 13.* Dum novum dicit, antiquavit prius, *sc. vetus.*

c. *Gen.* 17. v. 7. Stabilio &c. *confer antecedentia.* Exod. 19. v. 5. 6. Si ſedulo attenderis voci meæ, & ſervabitis fœdus meum, utique eritis mihi peculium præ omnibus aliis populis; nam mea eſt tota terra; voſque eritis mihi regnum ſacerdotale & gens ſancta.

d. *Heb.* 10. v. 1. Lex umbram habet futurorum bonorum, non ipſam expreſſam formam rerum.

e. *Gal.* 3. v. 24. Lex Pædagogus noſter fuit in Chriſtum reſpiciens. *Ioh.* 7. v. 39. Nondum erat Spiritus S. quia Chriſtus nondum erat glorificatus.

f. *Matth.* 28. v. 19. *Marc.* 16. v. 15. Ite in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ, docentes omnes gentes.

g. *Tit.* 2. v. 11. Illuxit gratia illa Dei ſalutifera quibuſvis hominibus.

h. *Ioh.* 7. v. 38. 39. Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina aquæ vivæ fluent ex ventre ejus. Hoc autem dixit de Spiritu illo, quem accepturi erant credentes in eum. *Act.* 2. v. 17. Et erit ultimis temporibus, dicit Dominus, effundam ex Spiritu meo in quamvis carnem.

i. *Matth.* 28. v. 20. Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſeculi.

CANONES.

A. *Fœdus gratiæ idem eſt Subſtantiâ in V. & N. T.*

N. T. Rationes 1. Fœdus Abrahamicum idem est in V. & N. T. A. *duratione.* quia est perpetuum, immutabile, *Gen.* 17. *v.* 7. 2.*Sam.* 23. *v.* 5. B. *Comparatione.* Fœdus enim hoc in V. T. primò initur & sancitur, *Gen.* 15. Secundò distinctius repetitur, *Gen.* 17. *v.* 1. & Sacramento Circumcisionis obsignatur. Tertiò per totum V. T. inculcatur, promissâ ejus speciali renovatione in Christo. In N. verò T. idem speciatim applicatur, primò ad Iudæos, *Act.* 2. *v.* 39. 40. Deinde ad gentes, *Act.* 13. *v.* 46. 47. *Rom.* 1. *v.* 16. *Eph.* 2. *vers.* 11. 12. Hoc verò Abrahamicum est fœdus gratiæ. 2. Quia *Evangelium* propriè dictum, quod est fœdus gratiæ, idem est substantiâ in V. & N. T. Est enim a. Immutabile & æternum, *Apoc.* 14. *v.* 6. b. In utroque Testamento tam Veteri, quàm Novo ponitur & extat propria doctrina Evangelii. Commendatur enim in V. T. gratia & misericordia Dei, *Exod.* 34. *v.* 6. 7. *Psalm.* 103. *v.* 8. memoratur renovatio redemtio & reconciliatio per Christum, *Iob.* 33. *v.* 24. *Psal.* 22. & 48. *Es.* 53. Exigitur & præstatur fides, *Habac.* 2. *v.* 4. *Iob.* 19. *v.* 25. Promissiones Evangelii applicantur credentibus, ad justitiam & vitam, *Gen.* 15. *v.* 6. *Psalm.* 2. *v.* 12. De N. T. res longè clarissima est. c. Fœdus gratiæ idem est *materiâ* & *formâ* in utroque Testamento. *Materia* gratuiti fœderis sunt partes inter se paciscentes

& fœderatæ, Deus offenſus, homo peccat
fendens, & Mediator utroſque inter ſe rec
lians. *Forma* eſt pactio fœderalis, mutuâ
tium inter ſe obligatione conſtans, quæ ex
Dei eſt gratuita promiſſio remiſſionis pec
rum, regenerationis Spiritus, & vitæ ætern
parte *Mediatoris* gratuita deprecatio & ſp
pro homine peccatore de ſatisfactione pro
catis ipſius, & renovatione Naturæ, ut d
peccare. Ex parte autem *hominis* peccator
bita ſtipulatio fidei & novæ obedientiæ pe
tiam Dei in Chriſto. d. Fœdus gratiæ per o
ætates Eccleſiæ unum idémque ſemper fuit
in Veteri, quàm N.T. utrumque hoc argu
tum prolixè tractat Author *Elenct. Nov. p.* 4
& ſequens. e. Fœdus gratiæ in N. T. ex V
demonſtratur tam in genere quàm in ſp
Vide *Luc.* 1. *v.* 70. C. 24. *v.* 27. *&* 47. *Ioh.* 1.
f. Lex Moſis Patres V. T. de fœdere gratiæ
divit, *Rom.* 10. *v.* 4. 2. *Cor.* 3. *v.* 13. *Ioh.* 1.
Matth. 11. *v.* 13. g. Lex Moſis prout deſcri
poſterioribus quatuor libris, paſſim ve
promiſſionibus gratiæ, *Exod.* 19. *v.* 6. C. 20
2. 5. 6. h. Fœderis gratuiti Sacramenta in
que T. eadem ſunt, re ſignata. Unde S
mentis V. T. tribuuntur nomina Sacram
rum N. T. & vice verſa. Dicta ſunt nota 1.
10. *v.* 1. 2. 3. 4. *Cap.* 5. *verſ.* 7. *Coloſſ.* 2. *verſ.*
§. N. A. cum Pel.

B. *Diverso tamen respectu vel unum potest vocari fœdus, vel duo diversa.* Quidam vetus fœdus tam *laxè* sumunt, ut totum genus doctrinæ Mosaicæ complectatur. Alii adeò *arctant* & contrahunt, ut nihil nisi legale, promissioni gratiæ oppositum, contineat. *Priore* modo unum fœdus; posteriore duplex rectè statuitur. Atque sic Theologi Orthodoxi sibi constant, dum alii duo fœdera diversa, alii unum duntaxat constituunt.

Sedes Loci hujus propria est in V. T. Genes. 17. & Ierem. 31. 32. Capp. Ezech. 36. In N. T. Hebr. 8. 2. Corinth. 3. Gal. 3. & 4. Capp.

LOCUS XII.

DE

Persona & Officio Christi.

I. S*Equuntur* Partes Redemptionis: *quæ Acquisitione ejus & Applicatione continentur.*

Ioh. 10. v. 15. 28. Animam meam depono pro ovibus: & vitam æternam do eis. *Rom.* 4. v. 25. Iesus Christus traditus in mortem propter lapsus nostros, & resuscitatus ad nostri justificationem.

II. Acquisitio [a] *facta est per Iesum Christum, Personâ θεάνθρωπον, officio Mediatorem inter Deum & homines. Vt cognitionis Christi* [b] *duo summa capita constitui oporteat; unum de Persona, alterum de officio ipsius.*

a. Rom.

a. *Rom. 9. v. 5.* Ex quibus (scil. Iudæis) Christus, quod ad carnem attinet: qui est su[p] omnes, Deus laudandus in secula. 1. *Timoth* *v. 5.* Unus Mediator Dei & hominum, ho[mo] Christus Iesus.

b. *Esai. 9. v. 6. 7.* Puer natus est nobis, [Fi]lius datus est nobis, cujus humero adest pr[in]cipatus ipse; cujus nomen vocat Ieho[va] admirabilem; consiliarium, Deum fortem [ro]bustissimum, Patrem æternitatis, Princip[em] pacis; amplitudini illius principatûs & pa[cis] nullus erit finis. *Ierem. 23. v. 5. 6.* Ecce di[es] venturi sunt dictum Iehovæ, quibus excitab[o] Davidi germen justum, qui regnabit Rex, [et pro]cundabitúrque, ac exercebit jus & justitiam [in] terra. Diebus ejus servabitur Iuda, & Isr[ael] habitabit securè; atque hoc nomen ejus e[st] quo vocabunt eum, Iehova justitia nostra. *G[al.]* *4. v. 4. 5.* In plenitudine temporis emi[sit] Deus Filium suum, factum ex muliere, fact[um] legi obnoxium, ut eos, qui legi obnoxii era[nt] redimeret. 1. *Tim. 3. v. 16.* Deus manifest[atus] factus est in carne, justificatus est in Spirit[u] conspectus est ab Angelis, prædicatus est ge[n]tibus; fides illi habita est in mundo, sursum r[e]ceptus est in gloriam.

III. *Persona Christi* [a] *una est; & singular[is]* [b] *duabus constans naturis divinâ Filii Dei & h[u]manâ.*

a. 1. C[o]

a. 1. *Cor.* 8. *v.* 6. Vnus Dominus Iesus Christus. 1. *Tim.* 2. *v.* 5. Vnus Mediator &c.

b. *Ioh.* 1. *v.* 14. Sermo ille (sc. *Deus ex v.* 1.) factus est caro. *Rom.* 1. *v.* 3. 4. Christus ortus ex semine Davidis, secundùm carnem, declaratus filius Dei potenter, secundùm Spiritum sanctificationis.

IV. Divinam *naturam habet à* [a] *Patre*, [b] *per æternam generationem; secundùm quàm* [c] *Patri est* ὁμοούσιος *& æqualis.*

a. *Ioh.* 1. *v.* 14. Vnigenitus à Patre. *Heb.* 1. *v.* 5. Ego ero ei Pater, & ipse erit mihi Filius.

b. *Hebr.* 1. *v.* 5. Filius meus es tu; ego hodie genui te. *Ioh.* 5. *v.* 26. Sicut Pater habet vitam in seipso, sic dedit & Filio habere vitam in seipso.

c. *Ioh.* 10. *v.* 30. Ego & Pater unum sumus. *Phil.* 2. *v.* 6. Christus cùm esset in forma Dei, non duxit rapinam parem esse cum Deo.

V. Humanam *naturam habet* [a] *ex matre Maria Virgine*, [b] *per conceptionem ex Spiritu S.* [c] *secundùm quam similis est hominibus per omnia;* [d] *excepto peccato.*

a. *Matth.* 1. *v.* 16. Iacob genuit Iosephum virum Mariæ, ex qua genitus est Iesus ille, qui dicitur Christus: & v. 18. Quum mater ejus Maria desponsata esset Iosepho, priusquam ipsi convenissent, comperta est prægnans esse è Spiritu S. *Rursum v.* 22. 23. Totum hoc autem

tem factum est, ut impleretur, quod ait D
nus per Prophetam, dicentem; Ecce virg
prægnans erit, & pariet filium, & vocabis
men ejus Emmanuel, quod est, si interpret
nobiscum Deus.

b. *Matth.* 1. v. 18. Comperta est præg
esse è Spiritu S. & v. 20. Quod in ea gen
est, ex Spiritu S. est.

c. *Hebr.* 2. v. 17. Debuit per omnia similis
tribus fieri. *Phil.* 2. v. 7 8. Ipse, *Christus*, sese exi
vit, formâ servi acceptâ, similis hominibu
ctus, & habitu inventus ut homo.

d. *Hebr.* 4. v. 15. Absque tamen pec
(*cap.* 7. v. 26. Talis enim nos decebat Pont
sanctus, innocens, impollutus, segrega
peccatoribus.

CANONES.

A. *Christus carnem & sanguinem ex subst*
Virginis Mariæ assumsit. Rationes 1. Eam c
nem carnis Christi Scriptura ostendit. a
semine mulieris. *Hebr.* 2. v. 14. b. Abrah
Matth. 1. v. 1. *Galat.* 3. v. 16. c. Judæ, *He*
v. 14. d. Davidis, *Luc.* 1. v. 32. *Rom.* 1
e. Ex virgine, *Gal.* 4. v. 4. 2. Ex hominibu
& ab iis genealogiam deducit *Matth.* 1. L
Galat. 4. v. 4. *Ioh.* 1. v. 14. 3. Sententia
mans, Christum natum vel ex semine Patri
sermone æterno, est absurda, neq; defendi p
a. Scriptura, quæ non docet, originem c

C

Christi vel ex ſemine Patris, vel ſermone illo æterno. b. Neque ex interno, neque externo Sermone Dei natus eſt. c. quia hinc ſequeretur 1. Sermonem non factum eſſe carnem; ſed ex ſermone factam eſſe carnem. 2. Sermonem fuiſſe in potentia, ac mutationem paſſum eſſe. 3. Carnem Chriſti ex ſermone illo deciſam, Deum eſſe, cùm materiatum referat naturam ſuæ materiæ: quod contra Scripturam eſt & rationem A.

B. *Calumnia eſt, Reformatos negare Virginitatem Mariæ in partu.* Hanc quidam calumniam extruunt, quòd aſſerant, naturali modo, aperto utero peperiſſe; contra oracula Prophetica, *Eſ.* 7. *verſ.* 14. *Ezech.* 44. *verſ.* 2. & complementum eorum Evangelicum, *Matth.* 1. *verſ.* 21. *& ſeqq.* ex quo credimus in Symbolo, Servatorem non modò conceptum, ſed & natum eſſe ex virgine. Ad quam calumniam reſpondendum eſt diſtinctè. Si virgo eſt, quæcunque intacta à viro phraſi Scripturæ, *Matth.* 1. *Luc.* 1. 1. *Corinth.* 7. & paſſim; certè non negant virginitatem Mariæ, qui eam aperto utero peperiſſe cenſent. Concepit, cùm virum non cognoviſſet, *Luc.* 1. *v.* 34. nec cognovit eam Joſephus, uſque dum peperiſſet filium Ieſum, *Matth.* 1. *v.* 25. Ergo virgo concepit, virgo peperit. Et tamen peperit *reſerato virginalis uteri* meatu. I. enim hæc propria verbi ſignificatio circa partum fœminarum. II. obſer-

vavit.

& cognoſcitur. *Perſonalitas* conſiſtit in ſeparata ſubſiſtentia naturæ intelligentis ſingularis, veritatem eſſentiæ habentis. Eſtque *accidens* naturæ intelligentis individuæ, *inſeparabile* quidem *communiter*; ut exempla oſtendunt; *ſeparabile* tamen *ſingulariter*, idque *ſupra naturam*, in Chriſto, per gratiam unionis. 1. *Timoth.* 3. *v.* 16. *præter naturam* verò in monſtris quibuſdam, quando unum trahitur ad ſubſiſtentiam alterius, & duorum ſingularium, inter ſe concretorum, unica fit ſubſiſtentia. Scriptura & nominatim Apoſtolus *Phil.* 2. tribuit Chriſto *veritatem* naturæ humanæ, quoad partes & utriuſque generis proprietates. v. 7. & 8. *perſonalitatem* verò humanam ei ademit; partim dum formam ſervi acceptam ſive aſſumtam fuiſſe teſtatur à Filio Dei, in ὑπαρξιν ipſius *v.* 7. partim quatenus aſſerit, aſſumtione hac ſimilem factum eſſe hominibus, quoad ſpeciem & communionem ejuſdem naturæ; non verò ſimilem huic vel iſti homini, quoad perſonalitatem individui, ſeorſim ſive ſeparatim ſubſiſtentis v. 7. Manet igitur in Chriſto veritas humanæ naturæ etiam abſque perſonalitate.

D. *Etſi ſententia illa, de ſucceſſiva Naturæ Humanæ productione, multis improbatur, qui omnia illa momento facta fuiſſe volunt: Scripturæ tamen illa maximè videtur conſentanea.* Etenim, ſi Chriſtus, teſte Apoſtolo, in Naturæ humanæ

virtute Spiritus S. absque interventu viri, b *ex sanguine & Substantia Virginis Mariæ, formata est.*

a. *Luc.* 1. *v.* 34. 35. Quomodo erit istud, quandoquidem virum non novi? Spiritus S. superveniet in te, & virtus altissimi inumbrabit te. *Matth.* 1. *v.* 20. Quod in ea genitum &c.

b. *Luc.* 1. *v.* 35. Quod ex te nascetur v. 42. Fructus uteri tui. *Rom.* 1. *v.* 3. ortus ex semine Davidis, *scil. per Mariam.*

VIII. Sanctificatio *est, quod in ipso conceptu* a *ab omni labe peccati originalis*, b *cui Maria erat obnoxia, eadem Spiritûs S. virtute segregata ac præservata fuit.*

a. *Luc.* 1. *v.* 35. Propterea id etiam, quod ex te nascetur Sanctum, Filius Dei vocabitur. *Hebr.* 7. *v.* 26. Sanctus, innocens, impollutus.

b. *Rom.* 5. *v.* 12. In quo *sc. Adamo*, omnes peccârunt: *Cap.* 3. *v.* 10. Non est justus ne unus quidem. *Nec usspiam Maria excipitur.*

IX. Assumptio *denique est*, a *quâ λόγος, Filius Dei, in ipso formationis ac sanctificationis momento, Naturam Humanam, propria ὑποστάσεως expertem, assumsit in unitatem suæ personæ*: b *ut λόγου adsumentis, & humanæ Naturæ adsumptæ una eadémque sit ὑπόστασις seu persona; extra quam ipsa nec subsistit unquam, nec subsistere potest.*

a. *Phil.* 2. *v.* 6. 7. Christus, cùm esset in formâ Dei, non duxit rapinam parem esse cum Deo: sed ipse sese exinanivit, forma servi acceptâ,

ſimilis hominibus factus. *Hebr.* 2. *v.* 16. Non Angelos, ſed ſemen Abrahæ adſumpſit.

b. *Ioh.* 1. *v.* 14. Sermo ille factus eſt caro, & commoratus eſt inter nos, (& ſpectavimus gloriam ejus, gloriam ut unigeniti egreſſi à Patre) plenus gratiæ ac veritatis, *Rom.* 1. *v.* 3. 4. Chriſtus ortus ex ſemine Davidis ſecundùm carnem, declaratus Filius Dei potenter ſecundùm Spiritum ſanctificationis.

Canones.

A. *Duæ naturæ ad unam perſonam ſe non habent ut partes propriè dictæ, ſed ut principia numero diverſa.* Ratio 1. Partes ſunt incompletæ, reſpectu totius, id utut maximè de humana, de divina tamen natura non rectè dicitur. Vnde ὑπόστασιν Chriſti σύνθετον, *numeri* potiùs quàm *partium* reſpectu vocarunt veteres. Si tamen partes appellare libeat, *extraordinariæ* dicendæ ſunt, quemadmodum Chriſtus perſona eſt extraordinaria. Vnde etiam ſequetur, Deum & hominem non eſſe diſparata in Perſona Chriſti; ſed habere ſe ut principia unam certam hypoſtaſin conſtituentia, ſive inſtar partium toti homogenearum. 2. Partes ſunt in potentia, quoad totum; nec ſunt totum actu. 3. Partes realiter differunt à toto, & conſtituunt tertium quid. Non ſic naturæ in Chriſto. 4. Nec ſunt partes univerſales, nec eſſentiales, nec integrales.

tegrales, Reductivè tamen & Analogicè vocari possunt Partes Essentiales.

B. *Filius Dei naturam humanam sic assumsit, ut Christus Deus & homo sit in una Persona.* Rationes 1. Filius Dei est incarnatus, sive assumpsit semen Abrahæ, *Heb.* 2. *v.* 16. 17. *C.* 4. *v.* 15. *Phil.* 2. *v.* 6. 7. 8. 1. *Tim.* 3. *v.* 16. *Coloss.* 2. *v.* 9. 2. Tribuuntur Christo in Scriptura Nomina, Attributa & opera divina & humana, adeóque ea quæ contradictoria videntur, in persona ejus, ad divinam vel humanam naturam restringuntur, *Marc.* 2. *v.* 8. *Rom.* 1. *v.* 3. 4. *Cap.* 9. *vers.* 5. 1. *Pet.* 3. *v.* 18. *Cap.* 4. *v.* 1. E. duæ in illo naturæ. 3. Quia humana Christi Natura ἀνυπόστατος in se, ἐνυπόστατος facta in λόγῳ. *In se* ἀνυπόστατος; quia a. accipiens formam servi, assumens semen Abrahæ, jam erat Persona, ut qui ὕπαρξιν suam habuit in forma Dei, & operationes suppositorum proprias exercuit. b. *Acceptum* non persona est, sed *natura.* Neque enim homo appellatur; sed caro, *Ioh.* 1. *v.* 14. non servus, sed forma servi, *Phil.* 2. *v.* 7. semen Abrahæ, *Heb.* 2. *v.* 16. c. Vna est personalitas, sicut unus Christus est. Illa autem neque dependet à Natura humana, neque à divina & humana simul. Non ab *illa*, quia 1. λόγος jam erat in principio. 2. Ignobilius non est subsistentia nobilioris. Neque *ab his*, a. quia sic imperfecta fuisset personalitas, τῦ λόγυ ante In-

carnationem. b. Natura humana & divina coivissent in unam tertiam aliquam personalitatem, prout fit in hominibus, quorum anima & corpus in naturam simul & personam uniuntur, quod non fit. Nam 1. λόγος non venit in compositionem propriè dictam. 2. Caro non in personam, sed in persona λόγῳ unita fuit, secundùm receptam sententiam. S.

C. *Propositio* Deus est homo, homo est Deus, *consideratione Logicâ est Prædicatio Synonymica, vel Paronymica; Rhetoricâ verò, prædicatio est Tropica. Synonymica*, cùm subjectum & prædicatum sumuntur concretivè, propter unitatem Personæ, ut sensus sit; *Persona, quæ Deus, etiam homo est*: sic etiam species infima prædicatur de Individuo extraordinario, & singulari. *Paronymica*, cùm subjectum quidem concretivè, & prædicatum abstractivè, sive partialiter sumitur, ut sensus sit: *Persona, quæ Deus, humanitatem habet*. Nam ita pars prædicatur de toto. *Tropica* denique, quia Subjectum & prædicatum eandem quidem designant Personam: verùm καθ' ἄλλο, καὶ ἄλλο, *illud*, quoad Deitatem, *istud*, quoad humanitatem & vicissim, ubi synecdoche totius pro parte, eóque Tropica prædicatio negari nequit. Verum quidem est neutram naturam esse de alterius essentia, eoq; nec prædicari de altera in quæstione quid sit; interim utraque est de substantia personæ θεανθρώπου, & prædicatur de Christo

in

in quæstione quid sit. Sic, etsi *Christus* non habet rationem *generis* aut *speciei propriè* habet tamen *Analogicè*; nec disparatum est ad hominem Christum; sed unum personale cum eo *Tropica* prædicatio, Deus est homo, &, Homo est Deus, non resolvitur in hanc propriam, *Deitas est Deus, humanitas est homo.* Verùm in istam, *Christus Deus secundùm Deitatem, est homo secundùm humanitatem*; & vicissim. Quomodo etiam, quoad subjectum alterum, resolvimus *Deus est passus*, id est, *Christus, qui Deus est, secundùm Deitatem, passus est, at non Deitate, verùm carne*, ut Petrus docet 1. *Epist.* 4. *v.* 1. Atque has prædicationes, propter materiam sive subjectum, *inusitatas* dicendas, non modò ultrò concedimus, verùm etiam ipsi urgemus.

X. *Duæ igitur naturæ Christi* a *unitæ sive conjunctæ sunt inseparabiliter in una persona*, b *absque omni conversione, aut confusione*. c *salvis ac inter se distinctis earum essentiis, proprietatibus & operationibus.*

a. *Act.* 20. *v.* 28. Deus acquisivit Ecclesiam proprio sanguine. 1. *Cor.* 2. *v.* 8. Dominum gloriæ crucifixerunt.

b. *Philip.* 2. *v.* 6. 7. Christus cùm esset &c. *Hebr.* 2. *v.* 16. Non Angelos sed semen Abrahæ assumsit.

c. *Rom.* 1. *v.* 3. 4. Ortus ex ſemine Davidis &c. 1. *Pet.* 3. *v.* 18. Morte adfectus carne, vivificatus autem Spiritu. *Marc.* 2. *v.* 8. Agnovit Ieſus Spiritu ſuo eos ita ratiocinari. *Ioh.* 11. *v.* 15. Gaudeo me illic non fuiſſe.

CANONES.

A. *In Chriſto unica tantùm eſt unio hypoſtatica.* Duplex quidem unio eſt, *animæ & corporis in natura, & naturæ Divinæ ac Humanæ in perſona*; at non duplex, ſed *unica* unio *hypoſtatica*, quemadmodum una tantùm eſt Chriſti Perſona. Nec aliud Noſtri ſentiunt aut docent.

B. *Λόγον, extra carnem aſſumptam eſſe, diverſo reſpectu vel affirmatur, vel negatur.* Si extra carnem eſſe, eſt *ſeparatum exſiſtere à carne*, negatur. Sin, non eſſe commenſuratum aut *incluſum carni*, affirmatur. Atque hoc vult Catecheſis Palatina dum ait; *Divinitatem quæ comprehendi nequit, & omni loco præſens eſt, eſſe etiam extra naturam Humanam, & nihilominus ei perſonaliter unitam remanere.*

C. *Cùm natura humana ſuas retinuerit proprietates, anima Chriſti ab ipſa ſui creatione ita repleta non fuit ſcientiâ & gratiâ, ut nihil unquam didicerit, neque ullam triſtitiam, aut perturbationem ſenſerit.* Rationes 1. Chriſtus etiam infirmitatibus nobis ſimilis factus eſt, *Hebr.* 2. *verſ.* 14. 16. 17. *Cap.* 4. *v.* 15. 2. Crevit Sapientiâ, *Luc.* 2. *v.* 40. 51. 3. Quædam ignoravit, ut,

ut, utrum ficus essent in arbore, *Marc.* 11. *v.* 13. 4. Christus secundùm humanam naturam doctus est à Patre, *Ioh.* 8. *v.* 28. didicit, *Heb.* 5. *v.* 8. seriò inquisivit de sanato Dæmoniaco, *Marc.* 9. *v.* 20. numero panum, *Marc.* 6. *v.* 38. 5. Ejusmodi infirmitatum exempla Scriptura proponit: Tristitiæ, *Matth.* 26. *v.* 38. *Marc.* 4. *v.* 33. Perturbationis, *Ioh.* 11. *v.* 38. correctionis, *Ioh.* 12. *v.* 27. *Matth.* 26. *v.* 39. P.

D. *Humanæ Naturæ Christi, per unionem personalem, Essentiales Dei proprietates, Omnipræsentia, Omniscientia, Omnipotentia, vis vivificandi, non sunt communicatæ.* Rationes *generales* contra communicationem in Abstracto 1. Proprietates Dei Essentiales sunt solius Dei propriæ, exclusivè, *Rom.* 16. *v.* 17. 1. *Tim.* 1. *v.* 17. *Cap.* 6. *v.* 15. 19. *Matth.* 19. *v.* 17. 2. Essentia Dei nequit communicari creaturæ. At proprietates sunt ipsa Essentia. 3. Aut omnes, aut aliquæ, aut nullæ proprietates Dei humanæ Naturæ Christi communicatæ sunt. *Non omnes*; nam sic esset Spiritualis, simplex, æterna, immortalis. *Non aliquæ*, quia proprietates tum ab Essentia, tum à se invicem sunt inseparabiles. E. nullæ. 4. Quia propria subjecta realiter distincta communicari nequeunt. a. Communitas tollit naturam proprii. b. quorum non est communis essentia, illorum etiam propria communia non sunt. c. Propriis di-

ſtinguuntur ſubjecta realiter diverſa. 5. Natura humana non eſt divina. E. nec divinas habet proprietates. 6. Natura humana, finita, non eſt capax proprietatum divinarum infinitarum. 7. Proprietates illæ ſunt contrariæ, incompaſſibiles, proinde in unum idémque ſubjectum non cadunt. In *ſpecie* contra A. *omnipræſentiam* I. Chriſti naturæ humanæ non convenit vel in exinanitionis, vel exaltationis ſtatu. Non in ſtatu *Exinanitionis*, quia jam alicubi fuit, jam non fuit; item de loco in locum ſe variè tranſportavit, *Ioh. 6. v.* 24. *Cap.* 11. *v.* 15. *Marc. 6. v. 6. Act.* 10. *v.* 38. Neque in ſtatu *exaltationis*, quia ſi tum communicata fuit Naturæ humanæ, communicata aut ambulanti in hac terra, aut ſuper eam evectæ. Non *primum*, juxta dicta, *Matth.* 28. *v.* 5. 6. *Luc.* 24. *v.* 39. 40. Non *ſecundum*, quia prædixit ſe ex hoc mundo migraturum, atque ita non amplius corpore ſuo fore præſentem; quod probant a. *Dicta.* Matth. 26. v. 11, Ioh. 16. v. 28. b. *Rationes* 1. Chriſtus revera ex hoc mundo migravit, *Luc.* 24. *v.* 51. 2. Nunc in cœlo degit, *Act.* 3. *v.* 21. *Hebr.* 8 *v.* 4. 3. Nonniſi noviſſimo die è cœlo rediturus eſt, *Matth.* 24. *v.* 30. 1. *Theſ.* 4. *v.* 16. 17. *Phil.* 3. *v.* 20. II. Hoc dogma evertit aliquot fidei articulos, tertium nempe, quartum, quintum, ſextum, ſeptimum. Deductio videatur in *Auth.* Elenct. Vet. p. 520. III. Corpus Chriſti retinet in unione corporis humani naturam.

Ergo

Ergo non est omnipræsens. Ratio a. quia est circumscriptum suis dimensionibus. b. Corpus Christi habet partes extra partes, *Luc.24.v.39. Ioh. 20.v.27.* c. Corpus Christi per se visibile & palpabile est; *Luc.24.v.39. 1.Ioh.1. v.1.* B. *Omniscientiam*, 1. In Christum cadit ignorantia, secuncundùm Naturam humanam. 2. Ejus scientia paulatim est aucta. 3. Omniscientia destruit Naturam intellectûs humani. *Ratio*, a. Finitum infiniti non est capax, citra sui destructionem. b. Tollit discursum intellectus humani ab uno ad aliud. C. *Omnipotentiam*. 1. Christus secundùm humanam naturam alium agnoscit se potentiorem, a. Petiit se sustentari in passione, *Psalm.16.v.22. Ioh.12.& 17. Matth.26.* b. Miracula editurus, invocavit Patrem, *Ioh.11. v.41.* c. Humilimè semper agnovit, agnoscitque se sustentari λόγῳ. 2. In Christi Naturam humanam cadit potentia passiva; Est enim Creatura, multis infirmitatibus subjecta. 3. Nec Dei nec alia omnipotentia ei est communicata. Non *illa*, quia ipse est Deus: non *hæc*, quia aliâs duæ essent omnipotentiæ. D. *Vim vivificandi*. 1. Humana natura non est Deus. E. vim illam non habet. Ratio a. *Ioh. 5. v. 26. & v. 21. Sicut Pater vivificat.* b. Vita Dei est ipsa actuosa & viva ejus Essentia. 2. Vita supernaturalis, per quam vivifica fit humana CHRISTI Natura, est effectum DEI,

Ratio

Ratio a. Natura humana à divina vivificatur, b. *Simile.* Vita, quâ vivit corpus, vitæ animæ effectum est, non verò ipsa animæ vita. E. vita, quâ vivit humana Christi Natura, effectum est Deitatis, non autem vita ipsius Deitatis. Consequentia valet, etiam ex ipsa hypothesi Lutheranorum, qui Deitatem cum animâ, humanitatem cum corpore eo usque comparant, 3. Præsente illâ vitâ, mori nequivisset; ut enim Deus semper vivit, ita nunquam moritur vel extinguitur. L.

C. *Etsi Christus sit Deus & homo, non tamen est duplex Persona.* 1. Scriptura non duos Christos, sed unum nobis proponit, tum in Veteri Ecclesia *Eccles.* 12. *v.* 13. vocatur pastor unus: tum in N. T. 1. *Tim.* 2. *v.* 5. 1. *Cor.* 8. *v.* 6. *Matth.* 23. *v.* 8. 10. 2. Quia duæ naturæ in Christo unum tantùm constituunt ὑφιστάμενον. *Ratio,* quia natura divina, sive λόγος assumpsit humanam in unitatem suppositi sive subsistentiæ *Hebr.* 2. *v.* 14. *Phil.* 2. *v.* 6.

D. *Duæ tamen in eo sunt filiationes.* Ratio 1. Quia duæ in eo sunt generationes: Generatio autem filiationis causa est. 2. Rectè vocatur Filius Dei, & Filius hominis, in uno eodemque supposito; fit autem denominatio à duplici forma, sive duplici filiatione. 3. A pari. Cui rectè tribuuntur duæ naturæ in una Persona, secundùm quas est Filius Dei & hominis,

eidem

eidem rectè etiam tribuitur duplex filiatio in una Perſona. *Ratio*, quia Naturæ divinæ eſt divina filiatio, Naturæ humanæ, humana filiatio.

E. *Regula Patrum*: Quæ data ſunt Chriſto in tempore, ſecundùm humanitatem ſunt data, *eo ſenſu ſumi debet, quo eam Patres uſurpârunt ipſi.* Vſurpârunt autem eam pro defendenda vera Chriſti Deitate contra Arianos & alios hæreticos. Cùm enim illi negarent, Chriſtum eſſe æternum Deum, quòd in tempore demum omnia ipſi à Patre data eſſent, reſponderunt Orthodoxi Patres, data illa intelligenda eſſe de Chriſto, ſecundùm humanam Naturam, ſive de Chriſto incarnato. Non igitur lædi iis aut everti Deitatem ipſius. Acceperunt ergò hanc regulam 1. De *Donis* creatis, in humanam Naturam Chriſti effuſis, eique ſubjectivè inhærentibus, de quibus *Ioh.3. v.34. Luc.2.40. 52. Cap. 4. v. 18.* Hæc ſiquidem omnia ad perfectionem, beatitudinem & excellentiam humanæ Naturæ pertinent. 2. De *officio*; quod etiam ſecundùm humanam Naturam gerit & exequitur; licèt non ſecundùm eam ſolam; *Matth. 28. v. 11.* Non igitur de *proprietatibus divinis* illa intelligi debet, ut volunt Lutherani, quia ſic argumentum ſuum ipſimet jugulâſſent. Nam illa non eſt Deus, inſtructa licet proprietatibus divinis, ſi Lutheranis credimus.

F. In

F. *In genere autem dicimus, quadam Christo data esse ab æterno; quadam in incarnatione; quadam in exaltatione. Illa* data sunt per æternam generationem, *Ioh. 5. v. 26.* Est autem generatio nihil aliud, quàm vitæ subsistentis communicatio. *Ista* Christus accepit, vel secundùm alteram Naturam, humanam videlicet tantùm, ut *spiritum* sine mensura, *Ioh. 3. v. 34.* vel secundùm utramque Naturam etiam divinam; non absolutè sed relatè, & cum respectu, ad unitam carnem; ut *officium mediatorium*, & jus dominii in omnes creaturas, de quo ipse Christus, 1. *Ioh. 5. v. 27. Hæc* iterum data sunt, vel secundùm Naturam humanam, ut immortalitas, *Rom. 6. v. 9.* gloria, *Phil. 3. v. 21.* vel secundùm utramque, ut gloriosa administratio regni, sive dominii ac potestatis suæ manifesta usurpatio & latentis in Christo Deitatis per visibilem Humanæ Naturæ gloriam plena patefactio, *Matth. 28. v. 18. Phil. 2. v. 9. 10.*

XI. *Ex hac unione pendet* Communicatio Idiomatum, *qua proprietates utriusque natura communes sunt toti Persona Christi, & de ea verè ac realiter enunciantur.*

Ioh. 3. v. 13. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis qui est in cœlo; *Eph. 4. v. 10.* Qui descenderat, ipse est qui etiam ascendit, longè supra omnes cœlos, *Actor. 20. vers. 28.* DEUS acquisivit

fivit &c. 1. *Cor.* 2. 8. Dominum gloriæ crucifixerunt.

Canones.

A. *Effecta Vnionis duplicia sunt: alia Humanam Christi naturam, alia Personam ejus in Vtraque Natura subsistentem concernunt.*

B. *Primi generis censentur Gratia Eminentia, & Gratiæ Habituales. Gratia Eminentia* est dignitas naturæ Humanæ supra omnes creaturas, orta ex ejusdem cum natura Divina unione, per quam propria Filii Dei caro est: *argumento locorum*, *Rom.* 8. *v.* 32. *Act.* 20. *v.* 28. Quod de nulla alia creatura dici potest: cùm alii nulli subsistentiam in sua ὑποστάσει largiatur. *Gratiæ habituales* sunt excellentes illæ dotes, quas natura Divina contulit in humanam, & ei quasi implantavit, insignis *scientia*, *sapientia*, *sanctitas*, *potentia* &c. & *Habituales* appellantur, quod per modum habitûs exsistant in anima ipsius. Hæ etsi summæ omninò sunt, nec *Physica* modò, sed & *Hyperphysica*; tamen donorum creatorum ordinem, atq; ita creaturarum conditionem non excedunt. Distinguuntur autem à donis aliorum, sive Angelorum, sive Hominum, quantumvis præcellentibus, tum *subjecti* dignitate, tum *partium* graduúmque perfectione. *Illa* quidem, quia non minus dotes carnis, quàm ipsa caro sunt Filii Dei; dicente Iohanne: *Patrem non admetiri Spiritum Filio, quem misit*, Ioh. 3. v. 34. & suprà consortes. *Heb.* 1.

Hebr. 1. *v.* 6. Vbi tamen id tenendum eſt, dotes illas non ab ipſo ſtatim unionis primordio partibus omnibus gradibúſque perfectas fuiſſe: profecit enim Chriſtus, ut ſapientiâ, *Luc.* 2. *v.* 40. 52. ſic aliis virtutibus: ſed paulatim, & maximè poſt reſurrectionem, ſummam perfectionem eſſe adeptas. Contrà quàm ſe res habet in gratia priore *Eminentiæ*, quæ perfecta ſtatim fuit cum ipſa Vnione; atque etiam à Filio ſingulariter, non verò ut gratiæ Habituales, *Pſalm.* 45. *v.* 8. *Ioh.* 3. *v.* 34. *Luc.* 4. *v.* 18. à tribus Perſonis communiter, manat.

C. *Secundi generis Effecta ſunt, communicatio proprietatum utriuſque Naturæ cum Perſona; & communio officii, & qui ex eo eſt, honoris inter Naturas.* Communicatio Proprietatum cum Perſona eſt, quod per Vnionem, Naturæ utriuſque proprietates, Perſonæ ſunt factæ communes: Hanc & *Scriptura* confirmat, & *Ratio*. *Illa*, quoties de uno Chriſto prædicat, quæ ſunt Dei & Hominis. *Iſta*, quia ex natura totius & partium fluit, quam Perſona Chriſti, & in ea naturæ, ſuſcipiunt Analogicè: ut tam vera ſit ac realis; quàm verè ac realiter in duabus Naturis Perſona ſubſiſtit. *Communio officii & honoris* eſt, quòd Chriſtus ſecundùm utramque Naturam Mediator eſt inter Deum & Homines, 1. *Tim.* 2. *v.* 5. is qui πᾶσαν obtinet ἐξουσίαν in cœlo & in terra, *Matth.* 28. *verſ.* 18.

verſ. 18. adeoque judex eſt univerſorum, *Ioh.* . *v.27.* & quod *qui ſe exinanivit aſſumtâ formâ ſervi, in ſummam elatus eſt dignitatem, & nomine donatus ſuprà omne nomen: ut ad nomen Ieſu omne genu ſe flectat, cœleſtium, terreſtrium, ſubterraneorum: omniuque lingua confiteatur Ieſum Chriſtum eſſe Dominum.* Phil. *2. verſ. 9. 10. 11.* Quam quidem communionem evincunt ἀποτελέσματα officii, ab utraque Natura, ac utriuſque operationibus dependentia: ut cum ſanguis Filii Dei nos dicitur purgare ab omni peccato, *1. Ioh. 1. v. 7.* & Deus acquiſiviſſe Eccleſiam proprio ſanguine, *Act. 20. v. 28.* Nec non unitas cultûs ſive adorationis, quæ propter officium Mediatorium ad Chriſtum θεάνθρωπον dirigitur, *act. 7. v. 59. 60.* & alibi. Poſterius hoc genus effectorum vehementer illuſtrat Phraſeologia de Chriſto in Scriptura uſurpata.

D. *Communicatio Idiomatum prout diverſimodè ſumitur, ita vel verbalis eſt, vel realis; Tropica vel propria.* Communicatio idiomatum aliquando accipitur pro *communione proprietatum* in perſona Chriſti: aliquando pro *Phraſeologia* Scripturæ, quæ communionem illam nobis declarat; quam Veteres κοινωνίαν ὀνομάτων, *communionem Nominum*; τρόπον ἀντιδόσεως modum mutuæ *prædicationis*, propriè: Scholaſtici, maximè recentiores, κοινωνίαν

S ἰδιω-

ἰδιωμάτων *Communicationem Idiomatum*; impropriè & καταχρηστικῶς, vocârunt. *Prior* verè *realis* eſt, ex ipſarum naturarum unione, adeoque totius & partium conditione fluens. *Poſterior* verbalis eſt, ſed in rei veritate fundata, ſicut dici de aliquo, requirit ineſſe. Prior *Tropica* non eſt, quia Tropus eſt Schema λέξεως, communis illa affectio rei, id eſt naturarum perſonaliter unitarum. *Poſterior* autem eſt Tropus, quia eſt Synecdoche ad naturam totius vel partis pertinens.

E. Et *prout, vel ſtrictè loquimur, vel latè, ita vel unum, vel varia ſunt genera communicationis Idiomatum*, *Strictè* enim & cum Veteribus loquendo *unum* tantùm eſt genus communicationis Idiomatum, ſive communionis nominum, quo Perſonæ ab una Natura denominatæ voce concreta, tribuuntur proprietates alterius Naturæ, propter unitatem perſonæ, ut *Ioh. 3. v. 13. Gal. 4. v. 4.* Filius Dei factus eſt ex muliere. Latè verò accepta voce, plura ejus genera dari poſſunt. 1. Quùm proprietates alterius Naturæ, prædicantur de perſona denominata ab utraque natura, *Matth. 16. v. 16.* Jeſus Chriſtus eſt filius Dei viventis, *Pſal. 2. v. 5. 6. Rom. 8. v. 33.* Chriſtus eſt mortuus, reſuſcitatus. 2. Quùm perſonæ, ab altera natura denominatæ, tribuitur ἀποτέλεσμα utriuſque Naturæ ut *Actor. 20. v. 28.* Deus redemit.

Rom. 5.

Rom. 5. v. 19. Per unum hominem justi constituentur multi. 3. Cùm ἀποτέλεσμα ab utriusque Naturæ operationibus dependens tribuitur Naturæ humanæ ut, 1. *Ioh. 1. v. 7.* Sanguis Jesu Christi mundat nos ab omni peccato.

XII. Adjunctum *Personæ Christi est status ipsius, officio exsequendo accommodatus, isque duplex; Exinanitionis & Exaltationis.*

Phil. 2. v. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Christus, cùm esset in forma Dei, non duxit esse rapinam, parem esse cum Deo: sed ipse sese exinanivit, formâ servi accepta; similis hominibus factus: Et habitu inventus ut homo, ipse se submisit, factus Patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quapropter etiam Deus ipsum in summam extulit sublimitatem, ac donavit ei nomen, quod est supra omne nomen, ut ad nomen Jesu omne genu se flectat, cœlestium, terrestrium, & subterraneorum: Omnisque lingua profiteatur, Jesum Christum esse Dominum, ad gloriam Dei patris. Luc. *24. v. 26.* Nonne hæc oportuit pati Christum, & introire in gloriam suam?

XIII. Prior *est, in quo se ipsum exinanivit, factus Patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.*

Phil. 2. v. 6, 7, 8.

XIV. Alter *est, in quo ad summam & ineffabilem gloriam evectus est.*

Phil. 2. v. 9. 10. 11.

XV. *Uterque suis gradibus subdistinguitur; qui ex Symbolo Apostolico noti sunt.*

Rom. 8. v. 34. Christus est, qui mortuus est, imò verò qui etiam suscitatus est; qui etiam est ad dextram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. *1. Cor. 15. v. 3. 4.* Tradidi vobis, Christum mortuum esse pro peccatis nostris, secundùm Scripturas; Et sepultum fuisse & suscitatum tertio die. secundùm Scripturas.

XVI. Gradus *prioris sunt mors, sepultura, descensus ad inferos.*

Canones de morte & descensu ad inferos.

A. *Christus non minus anima rationali quàm sensitivâ pro nobis passus est.* Rationes 1. Christus est mediator noster & sponsor. E. non minus animâ rationali, quàm sensitivâ pati pro nobis debuit, ex ordine justitiæ divinæ. Ratio *prioris*, quia partem offensam cum offendente reconciliat, pro culpa satisfaciens per pœnas corporales, & Spirituales, temporales & æternas æquipollenter. E. animâ tam rationali, quàm sensitivâ pati oportuit. *Posterioris*, quia Sponsor peccata in se recepit, & ad pœnas iis debitas se obligavit; E. his etiam

etiam passionibus obnoxium se fecit. *Ratio* 1. quia passiones istæ proponuntur & denunciantur peccatoribus in Lege, *Levit.* 26. *Deut.* 27. *v.* 28. 2. Tota anima, & omnibus ejus potentiis, maximè superioribus, pro nobis passus est. Passus est *animâ*, tum quia indefinitè queritur de tristitia animæ suæ, *Matth.* 26. *v.* 38. tum quia anima est ἀμερὴς & indivisibilis, ut affectâ facultate unâ, non possint non simul affici ac laborare reliquæ omnes: passus est omnibus animæ *potentiis*. De *inferioribus* ipsi concedunt; de *superioribus ipsa* Scriptura testatur, *Ioh.* 12. *v.* 27. Anima mea turbata est, sc. cogitatione instantium cruciatuum, *Luc.* 22. *v.* 42. Non mea voluntas, sed tua fiat: Voluntas verò animæ rationalis pars est. 3. Sensus gravissimus iræ Dei ac pœnarum infernalium pro generis humani peccatis non est solius animæ sensitivæ; sed præcipuè rationalis; quod probatur a. Ex descriptione internarum passionum Christi, *Psal.* 22. *v.* 2. & seqq. *Matth.* 26. 27. *Marc.* 14. 15. *&c.* b. Ex partibus & gradibus illarum passionum, quæ sunt horror & pavor ingens; lucta animæ; & conscientiæ Christi, cum terroribus & doloribus mortis æternæ. c. Ex causis, quæ fueruut partim consideratio magnitudinis peccatorum, adspectus Dei irati adversus peccata, P.

B. Christus *in cruce mortuus, secundùm animam suam, ad loca infernalia, limbum Patrum, limbum infantum, purgatorium & Gehennam verè, propriè, & re ipsa non descendit.* Rationes 1. Secundùm animam statim receptus est in cœlum; *Luc. 23. v. 43.* 2. Tria illa loca infernalia non dantur. 3. Descensus illius nulla fuit causa. Non ut ibi pateretur; quia omnia consummavit in cruce, *Ioh. 19. v. 30. Heb. 10. v. 14.* nec ut patres liberaret, quia jam in cœlo degebant: neque ut victoriam suam triumphans ostentaret, quia descensus hic infimus est gradus humiliationis, *Act. 2. Rom. 10. Eph. 4. P.*

C. Falsum *igitur est, Christum descensu illo Patres omnes Veteris Testamenti ex limbo, alios nonnullos ex Purgatorio: Infantes verò ac damnatos nonnullos ex limbo & gehenna liberâsse.* Rationes 1. Patres V. T. post mortem statim recepti sunt in cœlum, *Eccl. 12. v. 7. Luc. 16. v. 22. Heb. 11.* per totum; Enochus & Elias etiam secundùm corpus, *Gen. 5. v. 24. 2. Reg. 2. 5. 9. 11.* 2. Idem fidelium est status in V. & N. T. Nam a. utrobique eadem est mortis efficacia, *Heb. 13. v. 8. Apoc. 13. v. 8.* eadem fides & via salutis, *Eph. 4. v. 5. Rom. 4. v. 5. 11. 16. Act. 15. v. 11.* 3. Quia nec originale peccatum detinere illos potuit, nec cœlum ipsis clausum fuit. Non *illud,* quia sanguis Christi tam

sti tam ipsos, quàm nos purgavit à peccato. 1. *Ioh.1.v.7.* nec istud, quia non fuit clausum Abrahamo & Lazaro. P.

D. *Descensu ad inferos status Christi, post mortem, humilis ac summè abjectus indicatur.* Rationes 1. Ex generali Scripturæ collatione, ex qua constat, phrasin, *descendere ad inferos* usitatè significare abjectum statum mortuorum, *Gen.37.v.35. Iob.17.v.13.* 2. Ex locis de Christo prædictis; *Psal.16.v.9.10.* quem Petrus de statu Christi in sepulchro interpretatur. 3. Ex historiæ serie, Symbolo expressâ. 4. Ex consensu magnorum virorum, *Zanchii, Piscatoris, Pierii,*

XVII. Posterioris gradus *sunt, Resurrectio, ascensio in cœlum, & sessio ad dextram Dei Patris.*

CANONES.

A. *Christus virtute propriâ resurrexit à mortuis.* Rationes 1. Est verus Deus, & declaratus per Resurrectionem Filius Dei potentes 1. *Ioh.5.v.20. Rom.1.v.4.* 2. Est primogenitus ex mortius, & primitiæ resurgentium à morte, 1. *Cor.15.v.20.Col.1.v.18.* Ratio, quia nominis hujus axioma non modò ordinis prærogativam, sed etiam ipsius resurgentis virtutem ac potestatem declarat, ut qui habeat naturâ, quod alii Fratres per gratiam adoptionis obtinent. 3. Habet mortis vitæque

S 4 arbi-

arbitrium, *Ioh.10. 11.* 4. per se alios resuscitavit ex mortuis, & hanc potestatem Apostolis contulit. S.

B. *Christus sedet ad dexteram Dei secundùm utramque Naturam.* De humana non est opus probatione, quia nulla controversia: De *divina* ostenditur 1. *dictu Scripturæ*, quæ hoc probant vel *directè*, ut *Psal. 110. v. 1. 2. Matth. 22 v. 43. 44. Heb. 1. v. 13.* ubi personæ divinæ tribuitur; vel per *consequentiam*; *Matth. 26. v. 64. 65. Luc. 22. v. 69. 70.* ubi filium Dei esse colligit Cajaphas ex sessione. 2. Rationibus, a. Status Personæ Christi & officii Mediatorii administratio est Christo communis secundùm utramque Naturam, b. *ἀποτελέσματα* Sessionis Christi ad dextram Patris sunt Christo communia secundùm utramque Naturam, ut conservatio ac salus Ecclesiæ, regni Diaboli confusio. c. Ab absurdo. Si Christus non sedet ad dextram Patris, etiam secundùm Naturam divinam, jam desiit esse Mediator & caput Ecclesiæ suæ, quoad Deitatem: ubi tamen observanda disparitas *temporis*, *potentiæ* & operationum; *gloriæ* & majestatis. Juxta *illam* Natura divina ad dexteram sedit ante incarnationem; Juxta *istas*; potentia & operationes Deitatis sunt divinæ, æquales Deo; humanitatis majores quidem omnibus creaturis

Deo

Deo tamen non æquales; Juxta *has* eadem observatur mensura.

C. *Christus corpus immortale statim in resurrectione est nactus, gloriosum verò certis gradibus obtinuit. Corpus immortale* in ipsa resurrectione sine dubio recepit. *Quia* semel mortuus, non amplius moritur; nec potest mori, ut est *Rom. 6. v. 9. 10.* Nos etiam in resurrectione universali resumemus hujusmodi corpora *1. Cor. 15. v. 53. 54.* Ergo multo magis Christus primogenitus ille ex mortuis, *Coloss. 1. v. 18.* Sed *corpus gloriosum*, sive gloriam corporis, certo ordine gradùque obtinuit. *Primò* quidem in resurrectione: tum quia corpus ipsius jam tum dicitur fuisse σώματος δόξης, hoc est gloriosum, *Phil. 3. v. 21.* tum quia proprietates & operationes corporis spiritualis, re ipsa ostendit, *Marc. 16. Luc. 24. Ioh. 20. & 21.* capp. Nam quod edit & bibit etiam à resurrectione, id fecit non indigentiâ aliquâ, aut naturæ necessitate; sed voluntariâ dispensatione; 40. dierum conversationi inter discipulos accommodatâ; condescendens ad infirmitatem eorum, & hac quoque ratione ipsis confirmans veritatem resurrectionis suæ, *Luc. 24. & Ioh. 20. 21. capp.* Non alio fine etiam cicatrices monstravit in corpore resuscitato, *cap. 20. v. 25. 27.* Quæ non mortalitatis aut ignominiæ stigmata, sed victoriæ à morte reportatæ velut

trophæa fuerunt. Poſtea tamen per *adſcenſionem* in cœlum pleniorem ac perfectiorem gloriam eſt conſecutus, occupato jam regno gloriæ, conſidens ad dextram gloriæ patris ſui. *Luc. 24. Act. 1. Eph. 1.* Quæ gloria ante, momentanea quaſi transfiguratione Chriſti in monte, fuerat adumbrata, *Matth. 17.*

D. *Chriſtus poſt ſui glorificationem in cœlis habet ac retinet carnem & ſanguinem, hoc eſt, naturam & proprietates veri corporis.* Rationes 1. Chriſtus reſurrexit, aſcendit in cœlos & inde rediturus eſt ut verus homo. *Matth. 17. v. 22. 23. C. 25. v. 31. coll. cum 1. Cor. 15. v. 3. 4. Eph. 4. v. 8. 9.* 2. Chriſtus verum Corpus reſumſit in Reſurrectione, neque unquam rurſum depoſuit. *Reſumſit*, Matth. *28.* Marc. *16. Non depoſuit*, vel cum degeret 40. dies in terra, *Luc. 24. v. 39.* vel cùm aſcenderet in cœlum, *Act. 1. v. 9.* vel in cœlo, *Act. 7. v. 56.* 3. Corpora noſtra ſimilia erunt corpori Chriſti. Hæc tamen carnem & ſanguinem non exuent, neque mutabuntur, quoad Subſtantiam, *Phil. 3. v. 21. 1. Cor. 15. S.*

XIX. *Hac de* Perſona *Chriſti.* Officium *ejus, eſt a functio Mediatoria, quam ipſe de voluntate Patris, ad homines peccatores, ſibi datos, Deo reconciliandos ac ſalvandos, ſponte ſuſcepit & b ſecundum utramque naturam, ſervatis cuique ſuis proprietatibus, ſolus peregit, ac peragit.*

a. 1. Tim.

a. 1. *Tim. 2. v. 5. 6.* Unus Mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus; Qui sese ipse dedit redemtionis pretium pro quibusvis. *Matth. 20. v. 28.* Filius hominis non venit ut sibi ministretur, sed ut ministret, detque animam suam in redemptionis pretium pro multis. *Heb. 10. v. 9.* Ecce adsum, ut faciam, Deus, voluntatem tuam.

b. *Act. 20. v. 28.* Deus acquisivit &c. 1. *Ioh. 1. v. 7.* Sanguis Jesu Christi Filii Dei mundat nos ab omni peccato. 1. Petr. *3. v. 18.* Morte affectus carne, vivificatus autem Spiritu.

c. *Act. 4. v. 12.* Non est in alio quoquam salus, nec aliud nomen est sub cœlo, quod datum sit inter homines, per quod nos oporteat servari. *Ierem. 30. v. 21.* Erit magnificus ejus (*Christus*) ex ipso, & dominator ejus è medio ipsius prodibit, quem jubebo accedere, ut appropinquet ad me: nam quis ille est, qui spondeat cum animo suo se appropinquaturum ad me? dictum Jehovæ.

CANONES.

A. *Christus Mediator est secundùm utramque Naturam.* Rationes 1. Ἀποτελέσματα Christi Mediatoris sunt θεανδρικά. 2. Divina Natura in opere Mediationis aliquid agit. 3. Christus secundùm utramque Naturam partes diffi-

diffidentes reconciliat: & de divina quidem sermo *Rom. 5. v. 10. Eph 1. v. 18. Col. 1. v. 20.* 3. Tribuitur Christo secundùm utramque naturam officium Propheticum, Sacerdotale & Regium. *Illud*. Matth. *11. v. 27. Ioh. 1. v. 18.* Istud, *Heb. 9. v. 14. Act. 20. v. 28.* Hoc, *Ioh. 3. v. 35. Luc. 1. v. 32. 33. Eph. 1. v. 20. P.*

B. *Christus non propter officium Propheticum & Regium dicitur Deus, Filius Dei, Servator &c.* Rationes sunt: 1. Quia propterea *Iesus* dicitur, quod servaturus esset suos à peccatis, *Matth. 1. v. 21.* 2. Inde *Servator* dicitur, unde solus Servator est. Annunciatione, confirmatione non est solus Servator E. 3. Mediator est satisfactione *1. Tim. 2. v. 5. 6. Rom. 5. v. 10. c. 3. v. 25.* 4. Christus non est Servator modo tantùm externo & inefficaci. Neque enim Christus frustra est mortuus, *Gal. 2. v. 21. S.*

XX. Efficiens a *proxima huius officii est ipse Christus, Mediator* θεάνθρωπος, *secundùm utramque Naturam.* Impulsiva *est partim voluntas & ordinatio patris, partim etim unctio Spiritûs Sancti, donis necessariis, iisque excellentissimis, in hummanam Christi naturam collatis, testata.*

a. *Matth. 1. v. 21.* Ipse servabit populum suum à peccatis ipsius. 1. *Tim. 2. v. 5. 6.* Unus mediator.

b. *Heb. 10. v. 5.* Sacrificium & oblationem

nem noluisti, corpus autem adaptâsti mihi; *v. 7.* Ecce adsum, ut faciam, Deus voluntatem tuam. *Iohann. 10. v. 36.* Me Pater sanctificavit, & misit in mundum.

c. *Psal. 45. v. 8.* Heb. *1. v. 9.* Unxit te, ô Deus, Deus tuus, oleo exsultationis supra consortes tuos. *Act. 10. v. 38.* Jesum à Nazareth unxit Deus Spiritu Sancto & potentia.

XXI. Materia *circa quam, sive objectum, sunt partes inter se dissidentes, Deus offensus, & homines offendentes, reconciliandi Deo.*

Es. 59. v. 2. Iniquitates vestræ disterminant inter vos & Deum vestrum. 1. *Tim. 2. v. 5.* Unus Mediator Dei & hominum &c.

XXII. Forma *posita est in actibus Mediationis*, a *partim apud Deum, partim apud homines, præstitis aut præstandis*: b *è quibus exsistunt diversæ sive partes sive species officii ipsius* : *Prophetia, Sacerdotium, & Regnum.*

a. *1. Tim. 2. v. 5.* Unus Mediator &c. *Heb. 9. v. 15.* Ob id novi pacti Mediator est, ut morte ad redemtionem earum transgressionum intercedente, quæ fuerant sub priore pacto, qui vocati erant, promissam æternam hæreditatem acciperent.

b. *Psal. 2. v. 6. 7. 8.* Ego unxi Regem meum super Zionem, montem sanctitatis meæ. Decretum enarraturus sum: Jehova dixit

dixit mihi, filius meus es, ego hodiè genui te: Pete à me, & donabo gentes in possessionem tuam: & fines terræ jus possessionis tuæ. *Heb.1.v.1.3.* Deus ultimis temporibus locutus est nobis in Filio; qui purificatione peccatorum nostrorum per se ipsum factâ, sedit ad dextram Majestatis illius, in locis excelsissimis.

XXII. *Prophetia est, quâ voluntatem Dei de nostrâ salute, immediatè sibi monstratam, nobis plenè planéque revelavit.*

Act.3.v.22.23. ex *Deut.18.v.18.* Prophetam suscitabo eis è medio fratrum ipsorum, sicut tu es; & indam verba mea ori ejus, ut eloquatur eis quicquid præcepero ipsi. Futurum est autem, ut quisquis non auscultaverit Puphetam istum, disperdatur è populo. *Ioh.1.v.18.* Deum nemo vidit unquam; Filius ille unigenitus, qui est in sinu Patris, ille nobis exposuit.

CANONES.

A. *Falsum est, Christum raptum fuisse in cœlum ante inchoatum ministerium publicum, ut ibi à Patre doceretur.* Rationes 1. Quia secundùm Naturam divinam *sapientia* est Patris, secundùm humanam unctus Sp. Sancto fuit in terra ante Ministerium inchoatum. 2. Christi unica tantùm est ascensio propria in cœlum,

lum, post mortem & Resurrectionem. 3. In terra vocatus & plenè paratus fuit ad munus Propheticum: tum *internè*, per inclinationem animi ad studium doctrinæ cœlestis, inde à pueritia, *Luc. 2.* tum *externè*, cum voce Patris solenniter consecraretur & ordinaretur ad munus Propheticum, *Matth. 3. v. 16. 17. cap. 17. v. 5. S.*

B. In *officio Prophetico Christi, distinguendum est tyrocinium ab ordinaria Administratione.* Munus Christi Propheticum bifariam spectari potest; in publico tyrocinio; & in *ordinaria* ac solenni ejus *administratione.* Sanè *tyrocinium* aliquod sive specimen, idque publicum, edidit Christus anno ætatis XII. *Luc. 2. v. 46.* Sedens in medio Magistrorum, & cum eis disputans in templo. Quo tendunt etiam verba ipsius ad matrem *v. 49. Oportet me in iis esse quæ sunt Patris mei.* Cæterum *ordinariam* ac solennem *administrationem* hujus muneris demum adiit & auspicatus est anno ætatis XXX. baptizatus jam à Johanne, repletus Spiritu S. & à Satanâ tentatus, uti series historiæ testatur *Matth. 3. 4. Marci 1. & Luc. 3. 4. capp.*

XXIV. Sacerdotium *est*, *quo* a *per obedientiam exinanitionis suæ Deo Patri pro peccatis nostris perfectè satisfecit, &* b *apud eundum pro nobis continenter intercedit.*

a. *phil.*

a. *Phil. 2. v. 8.* Factus patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. *Heb. 10. v. 10.* Qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Jesu Christi semel factam.

b. *Heb. 9. v. 24.* Ingressus est Christus in ipsum cœlum, ut compareat apud faciem Dei pro nobis. *Cap. 7. v. 25.* Servare perfectè potest eos, qui per ipsum accedunt ad Deum semper vivens, ut interpellet pro eis.

C A N O N E S.

A. *Sacerdotium Christi non est figuratum: sed propriè sic dictum; falsæ igitur de hoc sacerdotio theses.*

I. *Sacerdotium Christi non esse proprium, sive propriè sic dictum.* Convenit enim Christo sacerdotii tum definitio, ut qui omnes ex vocatione divina exercuit & exercet actus sacerdotii propriè sic dicti. *Heb. 5. v. 4. 5. 6.* tum definitum *Ps. 110. v. 4. Heb. 5. v. 5.*

II. *Christum in terra non fuisse sacerdotem*; cùm tamen & ad Sacerdotium in terra fuerit vocatus, *Heb. 5. v. 4. 5.* Coll. *Matth. 3. v. 17.* & factus est Sacerdos in terra. *Ioh. 17. Heb. 1. v. 3. c. 10. v. 6. 7.*

III. *Non*

III. *Non habuisse aut obtulisse veri nominis sacrificium*, cùm se dederit victimam pro peccatis nostris; *Matth. 20. vers. 28. 1. Tim. 2. vers. 6.*

IV. *Nec expiationem peccatorum fecisse in terra, per sacrificium in ea oblatum.* Cùm eam in ara crucis & fecerit *Matth. 26. v. 28. Rom. 3. v. 25.* & in eadem consummaverit. *Ioh. 19. v. 30.*

V. *Sacerdotem demum factum in cœlis*; cùm Christus Sacerdos ingressus sit in cœlum, *Heb. 9. v. 2.* ascenderit etiam ut sacerdos; *Phil. 2. v. 7. 8. 9. Heb. 1. v. 3.*

VI. *Sacrificium ipsius esse voluntatem subveniendi nobis in miseriis nostris*; quæ Sacerdotii definitio neque convenit sacrificio Levitico, quod erat victima expiatoria ceremonialiter, oblata à Sacerdote: neque cum antitypo, quod ponit Scriptura in oblatione corporis ipsius, *Eph. 5. v. 2. Heb. 10. v. 6. 7.*

VII. *Expiationem peccatorum esse simplicem liberationem à peccatis & pœnis*: cùm tamen illa facta sit per veram, propriam, & perfectam satisfactionem.

VIII. *Interpellationem Christi, esse precariam quasi usurpationem potestatis suæ*; cùm secundùm Scripturam sit actus sacerdotii ipsius, quo, in corpore semel oblato, apparet pro no-

bis apud Patrem, ut perpetua sit ejus memoria; *Heb. 9. v. 24.*

IX. *Sacerdotium Christi esse tantùm administrationem Regni ipsius, ratione, non re ab ipso distinctum*; cùm Sacerdotium & Regnum formalibus actibus differant. In *Sacerdotio enim* sunt oblatio victimæ pro peccatis, & intercessio pro peccatoribus; In *Regno* verò Gubernatio, defensio, ac liberatio Ecclesiæ. S.

X. *Christus passionibus, sanguine ac morte sua Deo Patri pro peccatis nostris satisfecit; remissionem illorum acquisivit, sicque λύτρου sui interventu nos verè & propriè redemit. N. Satisfecit.* 1. Quia justus, innocens pro peccatoribus mortuus est, *1. Pet. 3. v. 18. Rom. 5. v. 6. 7. 2. Cor. 5. v. 15. 20. Gal. 3. v. 13. cap. 4. v. 4. 5. Tit. 2. v. 14.* 2. Sponsionis jure omnia fidelium peccata ipsi fuerunt imposita, *Es. 53. v. 5. 6. 2. Cor. 5. v. 20. Heb. 10. v. 5. 6.* Atqui Sponsor subit in locum debitoris, & pro ipso satisfacit, *Proverb. 6. v. 1. 2.* 3. Satisfactionem ejus Sacrificia V. T. adumbrârunt; quod patet ex analogia typi & antitypi; Ille Satisfactionem Ceremonialem ex institutione divina habuit. E. satisfactionem veram in Antitypo significârunt. Unde & Paulus *ad Heb.* ostendit Sacrificium Christi tanquã antitypicum fuisse verum, prout Leviticum fuit typicum. 3. *Mortuus est pro remissionis peccatorum acquisitione.* Rationes

1. Quia

1. Quia remissionem peccatorum Sanguine & morte sua promeruit. *Matth. 26. vers. 28. Ioh. 6. v. 51. Rom. 3. v. 25.* 2. Sanguine Christi lavamur à peccatis 1. *Ioh. 1. v. 7. Apoc. 1. v. 5. Heb. 1. v. 3.* 3. *Christus nos verè & propriè redemit.* Rationes, 1. Christus nos Sathanæ mancipatos, soluto pretio redemit. *Matth. 20. v. 28. 1. Tim. 2. v. 6. 1. Pet. 1. v. 19. 1. Cor. 6. v. 20.* 2. In redemtione Christi omnia veræ Redemptionis criteria adsunt. Est enim a. Redimens, *Gal. 3. v. 13.* b. Redimendi, *Rom. 5. v. 6. 8. 10.* c. Redemti, 1. *Pet. 1. v. 18.* d. Pretium Redemtionis, 1. *Pet. 1. v. 19. 1. Tim. 2. v. 6.* e. Deus qui pretium illud accepit, *Apoc. 5. v. 9. Heb. 9. v. 14. Rom. 5. v. 10. S.*

C. *Perfectam esse satisfactionem, adæquatam justitiæ Dei in verbo revelatæ, ostenditur in dignitate Personæ; à gravitate pœnæ, & à Dei approbatione. Dignitas* Personæ est, quod is qui satisfecit est Deus, *Act. 20. v. 28.* est Deus gloriosus; Est Filius Dei; Filius unigenitus, Filius Proprius; innocens est & impollutus; justus; sanctus; qui non fecit peccatum, & in cujus ore non fuit dolus; ut ita offerre se potuerit inculpatum Deo, nosque pretioso sanguine suo, tanquam agni inculpati & incontaminati, redimere; quòd etiam satisfactionem illam præstitit voluntarius, sive voluntariâ obedientia. *Gravitas pœnæ* in pas-

sione ipsius, crucifixione, morte, sepultura, & descensu ad Inferos spectanda. Passio Christi, temporis respectu, in primam & secundam distinguitur, sub *primâ* comprehendimus, quicquid perpessus est malorum inde à nativitate, usque ad duos postremos ante mortem dies. Hujus generis fuerunt; *intus* tentationes Diaboli, *Matth. 4. v. 1.* & seqq. *Luc. 4. v. 13.* tristitia, dolor, perturbatio, *Ioh. 11. v. 33.* & alibi: *Foris*, paupertas, *Matth. 8. v. 20.* ignominia, *Es. 53. Matth. 12. Philip. 2.* & passim: persecutio ab omnis generis hostibus, *Matth. 2. Ioh. 8. 10. 11.* & alibi: fatigatio, *Ioh. 4. v. 6.* fames *Matth. 4. v. 2. cap. 25. v. 18.* sitis, *Ioh. 4. v. 7.* lachrymæ *Ioh. 11. v. 35. Luc. 19. v. 41.* Quæ omnia in pœnæ rationem venire ipse Christus testatur, *Matth. 20. v 28.* Filius hominis venit, non ut sibi ministrari sinat, sed ut ministet: & Apostolus *Philipp. 2. v. 8.* Factus Patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: rursus *2. Cor. 8. v. 9.* Nostis, Christum Jesum propter nos pauperem factum esse cùm esset dives, ut nos ipsius paupertate ditescceremus. *Secunda* continet, quæ sub vitæ extremum ad crucifixionem usque Christo accidere: perturbationem animæ ipsius ob imminentem passionem, mœstitiam ex præsensione cruciatuum perferendorum: sudorem sanguineum: proditionem: captivita-

tem:

tem : accuſationem & damnationem in concilio Sacerdotum : contumeliam verborum & verberum : abnegationem Petri : accuſationem calumnioſam apud Pilatum de affectato regno, ſuasâ rebellione, & dictâ blaſphemiâ: Illuſionem ab Herode & Herodianis factam: comparationem cum Barraba latrone : cui à populo ſuo fuit poſtpoſitus : flagellationem : probroſam coronationem : damnationem, & ad ſupplicium eductionem, ipſomet crucem portante. Quæ aliaque deſcribuntur, *Matth. 26. 27. Marc. 14. 15. Luc. 22. 23. Ioh. 13. 18. 19. capp.* *Approbatio Dei patris*, quâ adprobavit tum Perſonam Chriſti Sacerdotis, tum ſacrificium ejus ; quæ niſi intervenisset, nec Perſona eam præſtandam ſuſcepiſſet, nec ipſa pœna ſufficiens fuiſſet. *Approbatio Perſonæ* facta eſt partim *deſtinatione* ejus in *Sacerdotem*, *Heb. 3. v. 2.* pro beneplacito Patris, *1. Pet. 1. v. 18. 19. 20. Coloſſ. 1. v. 19. 20.* partim *Inauguratione* ejus ad munus, cum cœlitus clamaret Pater. *Hic eſt filius meus dilectus ille, in quo acquieſco*, *Matth. 3. v. 17.* partim etiam *miraculorum patratione* : ex qua ipſum virum à Deo approbatum fuiſſe demonſtrat Petrus, *Act. 2. v. 22.* De *ſacrificii* autem *approbatione* inde conſtat, quod Pater illud approbavit pro peccatis noſtris, *Heb. 10. v. 5. & ſeqq.* quod ſibi per Spiritum æternum oblatum à Filio acceptavit, ad

æternam redemtionem & consummationem eorum qui sanctificantur, *Heb. 9. v. 12. 14. cap. 10. v. 14.* quod denique eundem Filium suum à mortius resuscitavit, *Act. 2. v. 24.* Hæc de actu primo.

D. *Actus sacerdotalis secundus est Intercessio, sive Interpellatio Christi Sacerdotis apud Patrem, pro nobis in cœlis.* Intercessit quidem etiam pro nobis in terra, cùm aliis, tum iis precibus, quas sub oblationem sui, *Ioh. 17.* atq; ipso oblationis tempore in cruce effudit. *Heb. 5. v. 7.* At hæc alius prorsus est generis. Nunc enim nec procumbit amplius in genua, nec supplicatione utitur deprecatoriâ apud Patrem iratum cum clamore valido & lachrymis; prout fecisse dicitur in diebus carnis suæ, *Heb. 5. v. 7.* sed præsentat sive sistit se Patri in cœlo, quod est ἐμφανισθῆναι comparere pro nobis, in Dei conspectu, *Heb. 9. v. 24.* cum proprio sanguine *vers. 12. 25. 26.* & interpellat pro nobis, quod est ἐντυγχάνειν, cap. *7. v. 25.*

E. Eâdem *paßione & morte Christus nobis fidem etiam & regenerationem meritus est.* Rationes. 1. Est perfectus Servator noster; E. non minus fidem ac regenerationem, quàm cætera dona salutaria meritus est. *Ratio*, quia fides & regeneratio sunt necessaria ad salutem: neque tamen vel fides vel regeneratio nostrarum

est

est virium. *Eph. 2. v. 8. 9.* 2. Sunt Christi exaltati beneficia *Act. 5. v. 31. Rom. 6. v. 1. 2. Cor. 5. v. 15.* Unde in V. T. promissa *Ier. 31. 32.* E. Exinaniti sunt merita 3. Spiritus S. qui in nos effunditur, Christi exaltati donum est. *Act. 2. v. 16.* Hic tamen Spiritus, spiritus est fidei *2. Cor. 4. v. 13.* & regenerationis. *Ioh. 3. v. 3. & 6.* Nov.

F. *Neque verò satisfactio Christi est universalis. Id est; Christus pro hominibus universis ac singulis, quotquot unquam fuerunt, & erunt, nemine excepto, mortuus non est; neque eos sanguine redemit, Deo reconciliavit, adeóque remissionem peccatorum, justitiam & vitam æternam omnibus & singulis acquisivit.* Rationes. 1. Christus mortuus est, a. pro populo suo, *Matth. 1. v. 21. Luc. 1. v. 68. 69. c. 2. v. 10. Tit. 2. v. 14.* b. Ecclesiâ suâ; *Eph. 5. v. 23. 25. Act. 20. v. 28.* c. Ovibus, *Ioh. 10. v. 11. 15. c. 11. v. 51. 52.* 2. Est mortuus pro omnibus *restrictivé* & indefinitè sumtis; E. non pro omnibus *simpliciter* & absolutè sumtis. Nam a. mortuus dicitur pro omnibus credentibus *Rom. 3. v. 22. Ioh. 3. v. 15. 16.* Obedientibus, *Heb. 5. v. 9.* Convertendis, *Ioh. 12. v. 32.* Membris Ecclesiæ, *Rom. 8. v. 31. 32.* Cujusvis ordinis ac conditionis hominibus, *Act 10. v. 34. 35.* b. Hi omnes alibi explicantur per multos, *Es. 53. v. 11. 12. Matth. 20. v. 28. c. 26. v. 28. Heb. 9. v. 28.* 3.

dixit mihi, filius meus es, ego hodiè genui te: Pete à me, & donabo gentes in possessionem tuam: & fines terræ jus possessionis tuæ. *Heb.1.v.1.3.* Deus ultimis temporibus locutus est nobis in Filio; qui purificatione peccatorum nostrorum per se ipsum factâ, sedit ad dextram Majestatis illius, in locis excelsissimis.

XXII. *Prophetia est, quâ voluntatem Dei de nostrâ salute, immediatè sibi monstratam, nobis plenè planéque revelavit.*

Act.3.v.22.23. ex *Deut. 18. v. 18.* Prophetam suscitabo eis è medio fratrum ipsorum, sicut tu es; & indam verba mea ori ejus, ut eloquatur eis quicquid præcepero ipsi. Futurum est autem, ut quisquis non auscultaverit Puphetam istum, disperdatur è populo. *Ioh.1.v.18.* Deum nemo vidit unquam; Filius ille unigenitus, qui est in sinu Patris, ille nobis exposuit.

CANONES.

A. *Falsum est, Christum raptum fuisse in cœlum ante inchoatum ministerium publicum, ut ibi à Patre doceretur.* Rationes 1. Quia secundùm Naturam divinam *sapientia* est Patris, secundùm humanam unctus Sp: Sancto fuit in terra ante Ministerium inchoatum. 2. Christi unica tantùm est ascensio propria in cœlum,

lum, post mortem & Resurrectionem. 3. In terra vocatus & plenè paratus fuit ad munus Propheticum: tum *internè*, per inclinationem animi ad studium doctrinæ cœlestis, inde à pueritia, *Luc. 2.* tum *externè*, cum voce Patris solenniter consecraretur & ordinaretur ad munus Propheticum, *Matth. 3. v. 16. 17. cap. 17. v. 5. S.*

B. In *officio Prophetico Christi, distinguendum est tyrocinium ab ordinaria Administratione.* Munus Christi Propheticum bifariam spectari potest; in publico tyrocinio; & in *ordinaria* ac solenni ejus *administratione*. Sanè *tyrocinium* aliquod sive specimen, idque publicum, edidit Christus anno ætatis XII. *Luc. 2. v. 46.* Sedens in medio Magistrorum, & cum eis disputans in templo. Quo tendunt etiam verba ipsius ad matrem *v. 49. Oportet me in iis esse quæ sunt Patris mei.* Cæterum *ordinariam* ac solennem *administrationem* hujus muneris demum adiit & auspicatus est anno ætatis XXX. baptizatus jam à Johanne, repletus Spiritu S. & à Satanâ tentatus, uti series historiæ testatur *Matth. 3. 4. Marci 1. & Luc. 3. 4. capp.*

XXIV. Sacerdotium *est*, *quo* a *per obedientiam exinanitionis suæ Deo Patri pro peccatis nostris perfectè satisfecit, &* b *apud eundum pro nobis continenter intercedit.*

a. *phil.*

a. *Phil. 2. v. 8.* Factus patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. *Heb. 10. v. 10.* Qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Jesu Christi semel factam.

b. *Heb. 9. v. 24.* Ingressus est Christus in ipsum cœlum, ut compareat apud faciem Dei pro nobis. *Cap. 7. v. 25.* Servare perfectè potest eos, qui per ipsum accedunt ad Deum semper vivens, ut interpellet pro eis.

C A N O N E S.

A. *Sacerdotium Christi non est figuratum: sed propriè sic dictum; falsæ igitur de hoc sacerdotio theses.*

I. *Sacerdotium Christi non esse proprium, sive propriè sic dictum.* Convenit enim Christo sacerdotii tum definitio, ut qui omnes ex vocatione divina exercuit & exercet actus sacerdotii propriè sic dicti. *Heb. 5. v. 4. 5. 6.* tum definitum *Ps. 110. v. 4. Heb. 5. v. 5.*

II. *Christum in terra non fuisse sacerdotem*; cùm tamen & ad Sacerdotium in terra fuerit vocatus, *Heb. 5. v. 4. 5.* Coll. *Matth. 3. v. 17.* & factus est Sacerdos in terra. *Ioh. 17. Heb. 1. v. 3. c. 10. v. 6. 7.*

III. Non

III. *Non habuisse aut obtulisse veri nominis sacrificium*, cùm se dederit victimam pro peccatis nostris; *Matth. 20. vers. 28. 1. Tim. 2. vers. 6.*

IV. *Nec expiationem peccatorum fecisse in terra, per sacrificium in ea oblatum*. Cùm eam in ara crucis & fecerit *Matth. 26. v. 28. Rom. 3. v. 28.* & in eadem consummaverit. *Ioh. 19. v. 30.*

V. *Sacerdotem demum factum in cœlis*; cùm Christus Sacerdos ingressus sit in cœlum, *Heb. 9. v. 2.* ascenderit etiam ut sacerdos, *Phil. 2. v. 7. 8. 9. Heb. 1. v. 3.*

VI. *Sacrificium ipsius esse voluntatem subveniendi nobis in miseriis nostris*; quæ Sacerdotii definitio neque convenit sacrificio Levitico, quod erat victima expiatoria ceremonialiter, oblata à Sacerdote: neque cum antitypo, quod ponit Scriptura in oblatione corporis ipsius, *Eph. 5. v. 2. Heb. 10. v. 6. 7.*

VII. *Expiationem peccatorum esse simplicem liberationem à peccatis & pœnis*: cùm tamen illa facta sit per veram, propriam, & perfectam satisfactionem.

VIII. *Interpellationem Christi, esse precariam quasi usurpationem potestatis suæ*; cùm secundùm Scripturam sit actus sacerdotii ipsius, quo, in corpore semel oblato, apparet pro no-

bis apud Patrem, ut perpetua sit ejus memoria, *Heb. 9. v. 24.*

IX. *Sacerdotium Christi esse tantum administrationem Regni ipsius, ratione, non re ab ipso distinctum*; cùm Sacerdotium & Regnum formalibus actibus differant. In *sacerdotio enim* sunt oblatio victimæ pro peccatis, & intercessio pro peccatoribus; In *Regno* verò Gubernatio, defensio, ac liberatio Ecclesiæ. S.

X. *Christus passionibus, sanguine ac morte sua Deo Patri pro peccatis nostris satisfecit; remissionem illorum acquisivit, sicque λύτρου sui interventu nos verè & propriè redemit.* N. *Satisfecit.* 1. Quia justus, innocens pro peccatoribus mortuus est, *1. Pet. 3. v. 18. Rom. 5. v. 6. 7. 2. Cor. 5. v. 15. 20. Gal. 3. v. 13. cap. 4. v. 4. 5. Tit. 2. v. 14.* 2. Sponsionis jure omnia fidelium peccata ipsi fuerunt imposita, *Es. 53. v. 5. 6. 2. Cor. 5. v. 20. Heb. 10. v. 5. 6.* Atqui Sponsor subit in locum debitoris, & pro ipso satisfacit, *Proverb. 6. v. 1. 2.* 3. Satisfactionem ejus Sacrificia V. T. adumbrârunt; quod patet ex analogia typi & antitypi; Ille Satisfactionem Ceremonialem ex institutione divina habuit. E. satisfactionem veram in Antitypo significârunt. Unde & Paulus *ad Heb.* ostendit Sacrificium Christi tanquã antitypicum fuisse verum, prout Leviticum fuit typicum. 2. *Mortuus est pro remissionis peccatorum acquisitione.* Rationes

1. Quia

1. Quia remiſſionem peccatorum Sanguine & morte ſua promeruit. *Matth. 26. verſ. 28. Ioh. 6. v. 51. Rom. 3. v. 25.* 2. Sanguine Chriſti lavamur à peccatis 1. *Ioh. 1. v. 7. Apoc. 1. v. 5. Heb. 1. v. 3.* 3. *Chriſtus nos verè & propriè redemit.* Rationes, 1. Chriſtus nos Sathanæ mancipatos, ſoluto pretio redemit. *Matth. 20. v. 28. 1. Tim. 2. v. 6. 1. Pet. 1. v. 19. 1. Cor. 6. v. 20.* 2. In redemtione Chriſti omnia veræ Redemptionis criteria adſunt. Eſt enim a. Redimens, *Gal. 3. v. 13.* b. Redimendi, *Rom. 5. v. 6. 8. 10.* c. Redemti, 1. *Pet. 1. v. 18.* d. Pretium Redemtionis, 1. *Pet. 1. v. 19. 1. Tim. 2. v. 6.* e. Deus qui pretium illud accepit, *Apoc. 5. v. 9. Heb. 9. v. 14. Rom. 5. v. 10. S.*

C. *Perfectam eſſe ſatisfactionem, adæquatam juſtitiæ Dei in verbo revelatæ, oſtenditur in dignitate Perſonæ, à gravitate pœnæ, & à Dei approbatione. Dignitas* Perſonæ eſt, quod is qui ſatisfecit eſt Deus, *Act. 20. v. 28.* eſt Deus glorioſus; Eſt Filius Dei; Filius unigenitus, Filius Proprius; innocens eſt & impollutus; juſtus; ſanctus; qui non fecit peccatum, & in cujus ore non fuit dolus; ut ita offerre ſe potuerit inculpatum Deo, noſque pretioſo ſanguine ſuo, tanquam agni inculpati & incontaminati, redimere; quòd etiam ſatisfactionem illam præſtitit voluntarius, ſive voluntariâ obedientia. *Gravitas pœnæ* in paſ-

ſione ipſius, crucifixione, morte, ſepultura, & deſcenſu ad Inferos ſpectanda. Paſſio Chriſti, temporis reſpectu, in primam & ſecundam diſtinguitur, ſub *primâ* comprehendimus, quicquid perpeſſus eſt malorum inde à nativitate, uſque ad duos poſtremos ante mortem dies. Hujus generis fuerunt; *intus* tentationes Diaboli, *Matth. 4. v. 1.* & ſeqq. *Luc. 4. v. 13.* triſtitia, dolor, perturbatio, *Ioh. 11. v. 33.* & alibi: *Foris*, paupertas, *Matth. 8. v. 20.* ignominia, *Eſ. 53. Matth. 12. Philip. 2.* & paſſim: perſecutio ab omnis generis hoſtibus, *Matth. 2. Ioh. 8. 10. 11.* & alibi: fatigatio, *Ioh. 4. v. 6.* fames *Matth. 4. v. 2. cap. 25. v. 18.* ſitis, *Ioh. 4. v. 7.* lachrymæ *Ioh. 11. v. 35. Luc. 19. v. 41.* Quæ omnia in pœnæ rationem venire ipſe Chriſtus teſtatur, *Matth. 20. v 28.* Filius hominis venit, non ut ſibi miniſtrari ſinat, ſed ut miniſtet: & Apoſtolus *Philipp. 2. v. 8.* Factus Patri obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis: rurſus *2. Cor. 8. v. 9.* Noſtis, Chriſtum Jeſum propter nos pauperem factum eſſe cùm eſſet dives, ut nos ipſius paupertate diteſceremus. *Secunda* continet, quæ ſub vitæ extremum ad crucifixionem uſque Chriſto accidere: perturbationem animæ ipſius ob imminentem paſſionem, mœſtitiam ex præſenſione cruciatuum perferendorum: ſudorem ſanguineum: proditionem: captivita-

tem:

tem : accusationem & damnationem in concilio Sacerdotum : contumeliam verborum & verberum ; abnegationem Petri : accusationem calumniosam apud Pilatum de affectato regno, suasâ rebellione, & dictâ blasphemiâ: Illusionem ab Herode & Herodianis factam: comparationem cum Barraba latrone: cui à populo suo fuit postpositus : flagellationem : probrosam coronationem : damnationem, & ad supplicium eductionem, ipsomet crucem portante. Quæ aliaque describuntur, *Matth.* 26. 27. *Marc.* 14. 15. *Luc.* 22. 23. *Ioh.* 13. 18. 19. *capp.* *Approbatio Dei patris*, quâ adprobavit tum Personam Christi Sacerdotis, tum sacrificium ejus ; quæ nisi intervenisset, nec Persona eam præstandam suscepisset, nec ipsa pœna sufficiens fuisset. *Approbatio Personæ* facta est partim *destinatione* ejus in *Sacerdotem*, *Heb.* 3. *v.* 2. pro beneplacito Patris, 1. *Pet.* 1. *v.* 18. 19. 20. *Coloss.* 1. *v.* 19. 20. partim *Inauguratione* ejus ad munus, cum cœlitus clamaret Pater. *Hic est filius meus dilectus ille, in quo acquiesco*, *Matth.* 3. *v.* 17. partim etiam *miraculorum patratione* : ex qua ipsum virum à Deo approbatum fuisse demonstrat Petrus, *Act.* 2. *v.* 22. De *sacrificii* autem *approbatione* inde constat, quod Pater illud approbavit pro peccatis nostris, *Heb.* 10. *v.* 5. & *seqq.* quod sibi per Spiritum æternum oblatum à Filio acceptavit, ad

æternam redemtionem & consummationem eorum qui sanctificantur, *Heb. 9. v. 12. 14. cap. 10. v. 14.* quod denique eundem Filium suum à mortius resuscitavit, *Act. 2. v. 24.* Hæc de actu primo.

D. *Actus sacerdotalis secundus est Intercessio, sive Interpellatio Christi Sacerdotis apud Patrem, pro nobis in cælis.* Intercessit quidem etiam pro nobis in terra, cùm aliis, tum iis precibus, quas sub oblationem sui, *Ioh. 17.* atq; ipso oblationis tempore in cruce effudit. *Heb. 5. v. 7.* At hæc alius prorsus est generis. Nunc enim nec procumbit amplius in genua, nec supplicatione utitur deprecatoriâ apud Patrem iratum cum clamore valido & lachrymis; prout fecisse dicitur in diebus carnis suæ, *Heb. 5. v. 7.* sed præsentat sive sistit se Patri in cœlo, quod est ἐμφανισθῆναι comparere pro nobis, in Dei conspectu, *Heb. 9. v. 24.* cum proprio sanguine *vers. 12. 25. 26.* & interpellat pro nobis, quod est ἐντυγχάνειν, cap. *7. v. 25.*

E. Eâdem *passione & morte Christus nobis fidem etiam & regenerationem meritus est.* Rationes. 1. Est perfectus Servator noster; E. non minus fidem ac regenerationem, quàm cætera dona salutaria meritus est. *Ratio*, quia fides & regeneratio sunt necessaria ad salutem: neque tamen vel fides vel regeneratio nostrarum

est

est vitium. *Eph. 2. v. 8. 9.* 2. Sunt Christi exaltati beneficia *Act. 5. v. 31. Rom. 6. v. 1. 2. Cor. 5. v. 15.* Unde in V. T. promissa *Ier. 31. 32.* E. Exinaniti sunt merita 3. Spiritus S. qui in nos effunditur, Christi exaltati donum est. *Act. 2. v. 16.* Hic tamen Spiritus, spiritus est fidei *2. Cor. 4. v. 13.* & regenerationis. *Ioh. 3. v. 3. & 6.* Nov.

F. *Neque verò satisfactio Christi est universalis. Id est; Christus pro hominibus universis ac singulis, quotquot unquam fuerunt, & erunt, nemine excepto, mortuus non est; neque eos sanguine redemit, Deo reconciliavit, adeóque remissionem peccatorum, justitiam & vitam aeternam omnibus & singulis acquisivit.* Rationes. 1. Christus mortuus est, a. pro populo suo, *Matth. 1. v. 21. Luc. 1. v. 68. 69. c. 2. v. 10. Tit. 2. v. 14.* b. Ecclesiâ suâ; *Eph. 5. v. 23. 25. Act. 20. v. 28.* c. Ovibus, *Ioh. 10. v. 11. 15. c. 11. v. 51. 52.* 2. Est mortuus pro omnibus *restrictivé* & indefinitè sumtis; E. non pro omnibus *simpliciter* & absolutè sumtis. Nam a. mortuus dicitur pro omnibus credentibus *Rom. 3. v. 22. Ioh. 3. v. 15. 16.* Obedientibus, *Heb. 5. v. 9.* Convertendis, *Ioh. 12. v. 32.* Membris Ecclesiæ, *Rom. 8. v. 31. 32.* Cujusvis ordinis ac conditionis hominibus, *Act. 10. v. 34. 35.* b. Hi omnes alibi explicantur per multos, *Es. 53. v. 11. 12. Matth. 20. v. 28. c. 26. v. 28. Heb. 9. v. 28.* 3.

Pro universis & singulis non oravit, *Ioh. 17. v. 3.* 4. Beneficia mortis Christi non redeunt ad singulos. Nam neque Remissio peccatorum est universalis, *Rom. 3. v. 22.* nec Sp. S. *Ioh. 14. v. 16. 17.* nec fides. 2. *Thes. 3.* nec Regeneratio, *Act. 5. v. 3.* neque vita æterna, *Matth. 25. v. 34.* L.

G. *Etsi gloria Christi exaltati non sit meritum propriè sic dictum, impropriè tamen præmium passionum esse non negamus. Non est meritum propriè dictum* 1. Gloria illa Christo data est secundum Naturam humanam ex gratia, *Phil. 2. v. 9.* 2. De merito tali quis potest gloriari. Christus secundùm naturam humanam non gloriatur. 3. Scriptura tota testatur Christum nobis non sibi missum, mortuum, suscitatum, *Es. 9. v. 6. 7. Matth. 20. v. 28.* 4. A pari: si id mereri non potuit Christus secundùm Naturam humanam, ut humanitate assumeretur in ὑπόστασιν τοῦ λόγου, nec hoc, ut cum λόγῳ, & in eo tantùm exaltaretur. Verum prius, ex mente ipsorum Pontificiorum. *Præmium tamen esse,* docent *Rationes.* 1. *Dicta* Scripturæ *Phil. 2. v. 9.* διὸ &c. *Ioh. 17. v. 4. 5. Heb. 1. v. 3. c. 10. v. 12.* 2. Deus ita decrevit, ut Christus per passiones perveniret ad gloriam, *Luc. 24. v. 26.* 3. A dictis Patrum, Augustini, Ambrosii, Hieronymi *&c.*

Phrasis, Vnicam sanguinis Christi guttam suffice-

ſufficere potuiſſe redimendis hominibus & *falſa eſt, & ſuperſtitioſa, & pernicioſa. Falſa* 1. Repugnat *Scriptura*, quæ requirit ſanguinis effuſionem; *Heb. 9. v. 22.* 2. *Iuſtitia Dei.* Scriptura ſatisfactionem Chriſti vocat *δικαίωμα*. Illud autem eſt juſta injuriarum correctio. Debet ergò aliqua obſervari analogia. 3. Si unica ſuffeciſſet gutta, reliqua ſanguinis effuſio non fuiſſet neceſſaria. *Superſtitioſa*, quia ex hoc fonte manârunt Indulgentiæ, & Indulgentiarum Nundinationes in Papatu. *Pernicioſa*, quia Sociniani inde colligunt, mortem Chriſti non fuiſſe Satisfactionem. Si, inquiunt, unica Sanguinis gutta ſufficiebat, mors ejus non erat neceſſaria, Si non neceſſaria, neque prætium redemptionis neceſſarium.

I. *Chriſtum ſufficienter mortuum eſſe pro omnibus & ſingulis: efficaciter verò pro ſolis electis; vel abſolutè ſumitur, vel relatè. Abſolutè* & in ſe, quòd *λύτρον* Chriſti in ſe conſideratum & ex dignitate ſua æſtimatum ſit longè ſufficientiſſimum pro omnibus & ſingulis hominibus. Ratio 1. Quia eſt *λύτρον* non tantùm juſti hominis; ſed veri ac æterni Dei. 2. Quia mors Chriſti conjuncta fuit cum maledictione ac ſenſu infinitæ iræ. Dei Atqui hoc omnes, etiam *Beza* & *Piſcator* fatentur. *Relatè* verò, *quoad conſilium Dei*, & ſcopum atque intentio-

nem Christi morientis, quod Deus voluerit Christum sufficienter mori pro omnibus & singulis; & Christus hoc fine mortem obierit, ut esset omnibus & singulis pretium sufficientissimum. Hoc etsi quidem ex Reformatis concedant; rectius tamen alii negant. Neque verò adeò magna hæc Controversia, talis saltem non est, quæ distrahere debeat unitatem Ecclesiæ. 1. quia Theologi illi fatentur dicta universalia Scripturæ posse etiam strictiùs accipi. 2. quia particulam *Pro* non accipiunt *strictè*, ut sit vice vel loco alicujus mori; sed *latè*, ut sit bono illorum generatim mori hactenus, ut habeant pretium sufficiens.

K. Per *calumniam Reformatis imputatur, quòd aboleant Satisfactionem pro peccatis, per doctrinam prædestinationis, sive Electionis ad vitam.* Id quod hinc elicere volunt; quòd, qui *ex gratia electi sunt à Deo, his non opus est reconciliatione apud Deum, per Christi satisfactionem.* Sed est sophistica & vitiosa illatio ex oppositione subordinatorum. Elegit nos Deus ab æterno, an verò extra Christum? Imò in ipso, *Eph.* 1. v. 4. Dilexit nos ante jacta mundi fundamenta, sed ita ut filium suum unigenitum daret pro nobis. *Ioh.* 3. v. 16. Justificat & servat nos gratis & gratia sua; Verùm haud aliter, quàm ut Christus fiat placamentum

pro

pro nobis, per proprium sanguinem, ad impetrandam nobis remissionem peccatorum; *Rom.* 3. v. 24. 25. Ratio *hac* est: quòd gratia dilectionis copulata est cum Dei justitia; *Exod.* 34. v. 6. 7. Justitia autem requirit satisfactionem vel nostram, vel alienam, Christi sponsoris. Ergo gratia nemini indulgetur aut decernitur absque satisfactione.

XXV. *Regnum est, quo ipse* a *tanquam caput Ecclesiæ,* b *eam Verbo ac Spiritu suo gubernat, &* c *contra omnes hostes potenter tuetur ac conservat.*

a. *Eph.* 1. v. 22. Constituit eum caput super omnia ipsi Ecclesiæ.

b. *Psal.* 110. v. 2. Scipionem robustum tuum emissurus est Jehova Zione, dicens; Dominare in medio inimicorum tuorum. *Esa.* 59. v. 21. Spiritus meus, qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent ex ore tuo, aut ex ore seminis tui.

c. Ioh. 10. v. 28. 29. Ego vitam æternam do ovibus meis, nec peribunt in æternum, neque rapiet eas quisquam è manu mea. Pater ille meus, qui mihi dedit eas, major omnibus est, neque quisquam eas potest rapere è manu Patris mei.

CANONES.

A. *Christus Rex non demum factus est in ascensione;*

sione ; sed talis fuit à conceptu & nativitate. Pro duplici tamen statu personæ, duplex quoque Regis est facies & conditio. In statu exinanitionis fuit Rex pauper, humilis & mansuetus; *Matth. 20. v. 5.* In statu exaltationis verò per ascensionem collocatus ad dexteram gloriæ Dei, factus est Rex gloriosus, plenus Majestatis & gloriæ.

B. *Christus leges Ceremoniales & Forenses abrogavit, quoad* obligationem *per Sacerdotium, quoad* usum *per Regnum. Abrogatio* Legum Ceremonialium, uti Forensium quoque, quæ ejusdem sunt generis, alia dicitur *necessitatis, quoad obligationem*, alia rursum *quoad usum. Prior* est actus Sacerdotii ipsius, quatenus reapse implevit typos & figuras V. T. & sic eas sustulit, juxta prædictionem *Daniel c. 9. v. 27.* quod Christus & verbo testatus est in cruce pendens, *Ioh. 19. v 30.* & facto ipso comprobavit, scisso templi velo, *Matth. 27. v. 51. Posterior* est actus Regni ipsius, dum partim per prædicationem Evangelii promulgandam curavit immunitatem ab onere ceremoniarum legalium; partim etiam per destructionem templi, urbis, & Politiæ Judaicæ earum finem advenisse declaravit. Quæ autem Sociniani hic disputant de Legum illarum abrogatione; quòd Rex novus Legibus Veteribus, tanquam imperfectionibus, uti non debue-

debuerit, ut novo populo eas imponeret; item, quòd fuerint leges ἄλογοι, nixæ non certa ratione, ſed nuda Legiſlatoris voluntate, blaſphemiam redolent.

XXVI. Finis a *ſummus officii Chriſti eſt Dei redemtoris gloria*: b *ſubaltertus reconciliatio & ſalus, populi ipſius, h. e. Electorum.*

a. *Luc. 2.v, 13.* 14. Adfuit cum Angelo multitudo exercituum cœleſtium, laudantium Deum, & dicentium; Gloria in excelſis Deo. *Rom.6.v.4.* Suſcitatus eſt Chriſtus ex mortuis, in gloriam Patris.

b. *Matth.* 1. v. *21.* Ipſe ſervabit populum ſuum à peccatis ipſius. 1. *Tim.1,v.15.16.* Chriſtus Jeſus venit in mundum, ut peccatores ſervaret, credituros in eum.

XXVII. Effecta *ſunt omnia beneficia, a qua Mediator obedientia ſua merito acquiſivit, & Spiritus ſui efficaciâ diſpenſat, atque applicat electis vocatis*: b *Sapientia, Iuſtitia, Sanctificatio, & Redemtio.*

a. *Heb. 9.* v. *15.* Ob id novi pacti Mediator eſt &c. *Act.5.v.31.* Hunc Deus, dextra ſua ſurſum ſublatum, conſtituit principem ac ſervatorem, ut det reſipiſcentiam Iſraëli, ac remiſſionem peccatorum.

b. *1. Cor.* 1. v. *30.* Factus eſt nobis Sapientia à Deo, Juſtitia, Sanctificatio & Redemtio,

XXVIII.

XXVIII. Subjectum Recipiens *officii hujus est* a *utraque Christi natura, non divisim, sed* b *conjunctim spectata in unitate persona. Occupans ipsâ materiâ continetur.*

a. *Rom.* 1. v. 3. 4. Christus ortus ex semine &c. *cap.* 9. v. 5. Ex quibus, *scil, Iudæis*, est Christus &c.

b. *Act.* 4. v. 12. Non est in alio quoquam salus. &c.

XXIX. Adjuncta *censentur; quod officium Mediatoris* a *commune est utrique Testamento: quod modo* b *administrationis diversum: & tandem* c *desiturum in consummatione seculi.*

a. *Heb.* 13. v. 8. Jesus Christus heri & hodie idem, & in secula. *Act.* 15. v. 11. per gratiam Domini nostri Jesu Christi, credimus nos servatum iri, quemadmodum & illos; sc. *Patres nostros.*

b. *Heb.* 1. v. 1. Multis vicibus, multisque modis olim Deus locutus Patribus in Prophetis; ultimis diebus hisce locutus est nobis in Filio, *Ioh.* 1. v. 17. Lex per Mosen data est; gratia & veritas per Jesum Christum præstita est.

c. 1. *Cor.* 15. v. 24. 25. ex *Psal.* 110. v. 1. Deinde erit finis, quùm tradiderit regnum Deo ac Patri: quùm ut inane sustulerit omne imperium, & omnem autoritatem, & potestatem. Nam oportet eum regnare, usque

que quo omnes inimicos ſuppoſuerit pedibus ejus.

Sedes Loci hujus propria eſt in V. T. pſal. 2. 22. 40. & 110. Eſ. 7. 9. & 53. capp. In. T. Matth. 1. Luc. 1. 2. 3. Ioh. 1. Heb. 1. 2. 3, & ſeqq. uſque ad 11. cap.

LOCUS XIII.

DE

Eccleſia.

I. *Vidimus partem primam Redemtionis, in ejus* Acquiſitione; *Altera eſt applitatio, quâ diſpenſatur ac donatur Redemtio, iis quibus eſt acquiſita.*

Act. 5. v. 31. Hunc, *ſc. Chriſtum*, Deus, dextra ſua ſurſum ſublatum, conſtituit Principem ac ſervatorem, ut det reſipiſcentiam Iſraëli & remiſſionem peccatorum. *Eph. 5.* v. 23. Chriſtus is eſt, qui ſalutem dat corpori.

Et *duobus abſolvitur*; *Subjecto eam recipiente, nec non Recipiendi Modo.*

II. Subjectum recipiens *Applicationis eſt* a *Eccleſia, ſive* b *cœtus hominum electorum, qui per verbum Euangelii efficaciter vocati à Deo, credunt in Chriſtum, & fidem hanc non profeſſione tantùm, ſed etiam vita novitate comprobant.*

a. Eph.

a. *Eph.* 5. v. 25. 26. 27. Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea: Vt eam sanctificaret, purificatam lavacro aquę per verbum; Vt sisteret eam sibi gloriosam; id est, Ecclesiam non habentem rugam aut maculam, aut quicquam ejusmodi, sed ut sit sancta & inculpata. *&* v, 23. Christus est caput Ecclesiæ, & is est, qui salutem dat corpori.

b. 1. *Cor.* 1. v. 2. Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi; sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis, cum omnibus, qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi 1. *Pet.* 1. v. 2. Electis ex præcognitione Dei Patris, ad sanctificationem Spiritus, per obedientiam & adspersionem sanguinis Christi.

CANONES.

A. *Ecclesiæ vox πολυώνυμος est.* Vox Ecclesia origine Græca, respondet Hebrææ קהל & Latinæ, *Concio*: dicta παρὰ τὸ ἐκκαλεῖν, ab *evocando*: & significat tum *separationem*, vi particulæ ἐκ: tum *collectionem* sive congregationem, emphasi verbi καλεῖν. Quo sensu etiam συναγωγὴ, *Iac.* 2. v. 2. ἐπισυναγωγὴ, 2. *Thess.* 2. v. 1. *Hebr.* 10. v. 25. item πανήγυρις, *Heb.* 12. v. 23. appellatur. Etsi verò aliquando pro *cætu profano* usurpata reperitur, sive *confuso* illo ac tumultuario, *Act.* 19. v. 32. 40. sive

five certo consilio coacto, *Ps. 26. v. 5. & 2. v. 1. 2.* inter se collatis: communissimè tamen in Vet. Test. secundùm versionem LXX. Deut. *23. v. 1. 2. 3. Iud. 20. v. 2. 1. Reg. 8. vers. 14. Psal. 22. v. 23.* & in N. Test. secundùm editionem authenticam Evangelistarum & Apostolorum, passim *cœtum sacrum* notat: *propriè* quidem omnium *Electorum* & *Vocatorum* sive pastores sint, sive oves, *Matth. 16. v. 18. Eph. 1. v. 22. cap. 5. v. 23. 24. 25. impropriè* autem per Synecdochen, congregationem alterutrorum, sive Pastorum, *Matth. 18. v. 17.* quæ est Ecclesia *repræsentativa*, sive ovium, *Act. 20. v. 28.* quæ Ecclesia *collectiva* dici solet.

B. *Definitio Ecclesiæ Bellarminiana, quòd sit* Universitas obtemperantium Papæ Romano, *falsa est.* Rationes 1. Definitum est homonymum, nec ab homonymia liberatum. 2. Non est definitio Essentialis, quia nullius fidei, charitatis, aut virtutis Christianæ meminit. 3. Non est adæquata seu reciproca, utpote quæ piis æquè convenit ac impiis. 4. Est definitio *de Idea*, ut vocant, quâ definitum restringitur ad locum, tempus & personas. 5. Hæc definitio de Ecclesia non verè enunciatur. P.

III. Efficiens *Ecclesiæ Principalis* communiter, *est* a *Deus Pater*, in *Filio*, *per Spiritum Sanctum*. Singulariter b *ipse Filius Dei, Domi-*

æternam redemtionem & consummationem eorum qui sanctificantur, *Heb. 9. v. 12. 14. cap. 10. v. 14.* quod denique eundem Filium suum à mortius resuscitavit, *Act. 2. v. 24.* Hæc de actu primo.

D. *Actus sacerdotalis secundus est Intercessio, sive Interpellatio Christi Sacerdotis apud Patrem, pro nobis in cœlis.* Intercessit quidem etiam pro nobis in terra, cùm aliis, tum iis precibus, quas sub oblationem sui, *Ioh. 17.* atq; ipso oblationis tempore in cruce effudit. *Heb. 5. v. 7.* At hæc alius prorsus est generis. Nunc enim nec procumbit amplius in genua, nec supplicatione utitur deprecatoriâ apud Patrem iratum cum clamore valido & lachrymis; prout fecisse dicitur in diebus carnis suæ, *Heb. 5. v. 7.* sed præsentat sive sistit se Patri in cœlo, quod est ἐμφανισθῆναι comparere pro nobis, in Dei conspectu, *Heb. 9. v. 24.* cum proprio sanguine *vers. 12. 25. 26.* & interpellat pro nobis, quod est ἐντυγχάνειν, cap. 7. v. 25.

E. Eâdem *passione & morte Christus nobis fidem etiam & regenerationem meritus est.* Rationes. 1. Est perfectus Servator noster; E. non minus fidem ac regenerationem, quàm cætera dona salutaria meritus est. *Ratio*, quia fides & regeneratio sunt necessaria ad salutem: neque tamen vel fides vel regeneratio nostrarum

est

est virium. *Eph. 2. v. 8. 9.* 2. Sunt Christi exaltati beneficia *Act. 5. v. 31. Rom. 6. v. 1. 2. Cor. 5. v. 15.* Unde in V. T. promissa *Ier. 31. 32.* E. Exinaniti sunt merita 3. Spiritus S. qui in nos effunditur, Christi exaltati donum est. *Act. 2. v. 16.* Hic tamen Spiritus, spiritus est fidei *2. Cor. 4. v. 13.* & regenerationis. *Ioh. 3. v. 3. & 6.* Nov.

F. *Neque verò satisfactio Christi est universalis, Id est; Christus pro hominibus universis ac singulis, quotquot unquam fuerunt, & erunt, nemine excepto, mortuus non est; neque eos sanguine redemit, Deo reconciliavit, adeóque remissionem peccatorum, justitiam & vitam aeternam omnibus & singulis acquisivit.* Rationes. 1. Christus mortuus est, a. pro populo suo, *Matth. 1. v. 21. Luc. 1. v. 68. 69. c. 2. v. 10. Tit. 2. v. 14.* b. Ecclesiâ suâ; *Eph. 5. v. 23. 25. Act. 20. v. 28.* c. Ovibus, *Ioh. 10. v. 11. 15. c. 11. v. 51. 52.* 2. Est mortuus pro omnibus *restrictivè* & indefinitè sumtis; E. non pro omnibus *simpliciter* & absolutè sumtis. Nam a. mortuus dicitur pro omnibus credentibus *Rom. 3. v. 22. Ioh. 3. v. 15. 16.* Obedientibus, *Heb. 5. v. 9.* Convertendis, *Ioh. 12. v. 32.* Membris Ecclesiae, *Rom. 8. v. 31. 32.* Cujusvis ordinis ac conditionis hominibus, *Act. 10. v. 34. 35.* b. Hi omnes alibi explicantur per multos, *Es. 53. v. 11. 12. Matth. 20. v. 28. c. 26. v. 28. Heb. 9. v. 28.* 3.

Pro universis & singulis non oravit, *Ioh. 17. v. 3.* 4. Beneficia mortis Christi non redeunt ad singulos. Nam neque Remissio peccatorum est universalis, *Rom. 3. v. 22.* nec Sp. S. *Ioh. 14. v. 16. 17.* nec fides. *2. Thes. 3.* nec Regeneratio, *Act. 5. v. 3.* neque vita æterna, *Matth. 25. v. 34.* L.

G. *Etsi gloria Christi exaltati non sit meritum propriè sic dictum, impropriè tamen præmium passionum esse non negamus. Non est meritum propriè dictum* 1. Gloria illa Christo data est secundum Naturam humanam ex gratia, *Phil. 2. v. 9.* 2. De merito tali quis potest gloriari. Christus secundùm naturam humanam non gloriatur. 3. Scriptura tota testatur Christum nobis non sibi missum, mortuum, suscitatum, *Es. 9. v. 6. 7. Matth. 20. v. 28.* 4. A pari: si id mereri non potuit Christus secundùm Naturam humanam, ut humanitate assumeretur in ὑπόςασιν τȣ͂ λόγȣ, nec hoc, ut cum λόγῳ, & in eo tantùm exaltaretur. Verum prius, ex mente ipsorum Pontificiorum. *Præmium tamen esse,* docent *Rationes.* 1. *Dicta* Scripturæ *Phil. 2. v. 9.* διὸ &c. *Ioh. 17. v. 4. 5. Heb. 1. v. 3. c. 10. v. 12.* 2. Deus ita decrevit, ut Christus per passiones perveniret ad gloriam, *Luc. 24. v. 26.* 3. A dictis Patrum, Augustini, Ambrosii, Hieronymi *&c.*

Phrasis, Vnicam sanguinis Christi guttam suffice-

sufficere potuisse redimendis hominibus & *falsa est, & superstitiosa, & perniciosa.* *Falsa* 1. Repugnat *Scriptura*, quæ requirit sanguinis effusionem; *Heb. 9. v. 22.* 2. *Iustitiæ Dei.* Scriptura satisfactionem Christi vocat *δικαίωμα*. Illud autem est justa injuriarum correctio. Debet ergò aliqua observari analogia. 3. Si unica suffecisset gutta, reliqua sanguinis effusio non fuisset necessaria. *Superstitiosa*, quia ex hoc fonte manârunt Indulgentiæ, & Indulgentiarum Nundinationes in Papatu. *Perniciosa*, quia Sociniani inde colligunt, mortem Christi non fuisse Satisfactionem. Si, inquiunt, unica Sanguinis gutta sufficiebat, mors ejus non erat necessaria, Si non necessaria, neque prætium redemptionis necessarium.

I. *Christum sufficienter mortuum esse pro omnibus & singulis: efficaciter verò pro solis electis; vel absolutè sumitur, vel relatè. Absolutè* & in se, quòd *λύτρον* Christi in se consideratum & ex dignitate sua æstimatum sit longè sufficientissimum pro omnibus & singulis hominibus. Ratio 1. Quia est *λύτρον* non tantùm justi hominis; sed veri ac æterni Dei. 2. Quia mors Christi conjuncta fuit cum maledictione ac sensu infinitæ iræ. Dei Atqui hoc omnes, etiam *Beza* & *Piscator* fatentur. *Relatè* verò, *quoad consilium Dei*, & scopum atque intentio-

nem Christi morientis, quod Deus voluerit Christum sufficienter mori pro omnibus & singulis; & Christus hoc fine mortem obierit, ut esset omnibus & singulis pretium sufficientissimum. Hoc etsi quidem ex Reformatis concedant; rectius tamen alii negant. Neque verò adeò magna hæc Controversia, talis saltem non est, quæ distrahere debeat unitatem Ecclesiæ. 1. quia Theologi illi fatentur dicta universalia Scripturæ posse etiam strictiùs accipi. 2. quia particulam *Pro* non accipiunt *strictè*, ut sit vice vel loco alicujus mori; sed *latè*, ut sit bono illorum generatim mori hactenus, ut habeant pretium sufficiens.

K. Per *calumniam Reformatis imputatur, quòd aboleant Satisfactionem pro peccatis, per doctrinam prædestinationis, sive Electionis ad vitam.* Id quod hinc elicere volunt; quòd qui *ex gratia electi sunt à Deo, his non opus est reconciliatione apud Deum, per Christi satisfactionem.* Sed est sophistica & vitiosa illatio ex oppositione subordinatorum. Elegit nos Deus ab æterno, an verò extra Christum? Imò in ipso, *Eph.* 1. v. 4. Dilexit nos ante jacta mundi fundamenta, sed ita ut filium suum unigenitum daret pro nobis. *Ioh.* 3. v. 16. Iustificat & servat nos gratis & gratia sua; Verùm haud aliter, quàm ut Christus fiat placamentum

pro

pro nobis, per proprium sanguinem, ad impetrandam nobis remissionem peccatorum; *Rom.* 3. v. *24. 25.* Ratio *hac* est: quòd gratia dilectionis copulata est cum Dei justitia; *Exod.* *34.* v. *6. 7.* Justitia autem requirit satisfactionem vel nostram, vel alienam, Christi sponsoris. Ergo gratia nemini indulgetur aut decernitur absque satisfactione.

XXV. *Regnum est, quo ipse* a *tanquam caput Ecclesiæ,* b *eam Verbo ac Spiritu suo gubernat, &* c *contra omnes hostes potenter tuetur ac conservat.*

a. *Eph.* 1. v. *22.* Constituit eum caput super omnia ipsi Ecclesiæ.

b. *Psal.* 110. v. 2. Scipionem robustum tuum emissurus est Jehova Zione, dicens; Dominare in medio inimicorum tuorum. *Esa.* 59. v. 21. Spiritus meus, qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent ex ore tuo, aut ex ore seminis tui.

c. Ioh. 10. v. *28. 29.* Ego vitam æternam do ovibus meis, nec peribunt in æternum, neque rapiet eas quisquam è manu mea. Pater ille meus, qui mihi dedit eas, major omnibus est, neque quisquam eas potest rapere è manu Patris mei.

CANONES.

A. *Christus Rex non demum factus est in ascensione;*

sione; sed talis fuit à conceptu & nativitate. Pro duplici tamen statu personæ, duplex quoque Regis est facies & conditio. In statu exinanitionis fuit Rex pauper, humilis & mansuetus; *Matth. 20. v. 5.* In statu exaltationis verò per ascensionem collocatus ad dexteram gloriæ Dei, factus est Rex gloriosus, plenus Majestatis & gloriæ.

B. *Christus leges Ceremoniales & Forenses abrogavit, quoad* obligationem *per Sacerdotium, quoad* usum *per Regnum.* *Abrogatio* Legum Ceremonialium, uti Forensium quoque, quæ ejusdem sunt generis, alia dicitur *necessitatis, quoad obligationem*, alia rursum *quoad usum.* *Prior* est actus Sacerdotii ipsius, quatenus reapse implevit typos & figuras V. T. & sic eas sustulit, juxta prædictionem *Daniel c. 9. v. 27.* quod Christus & verbo testatus est in cruce pendens, *Ioh. 19. v. 30.* & facto ipso comprobavit, scisso templi velo, *Matth. 27. v. 51.* *Posterior* est actus Regni ipsius, dum partim per prædicationem Evangelii promulgandam curavit immunitatem ab onere ceremoniarum legalium; partim etiam per destructionem templi, urbis, & Politiæ Judaicæ earum finem advenisse declaravit. Quæ autem Sociniani hic disputant de Legum illarum abrogatione; quòd Rex novus Legibus Veteribus, tanquam imperfectionibus, uti non debue-

debuerit, ut novo populo eas imponeret; item, quòd fuerint leges ἄλογοι, nixæ non certa ratione, sed nuda Legislatoris voluntate, blasphemiam redolent.

XXVI. Finis a *summus officii Christi est Dei redemtoris gloria*: b *subaltertus reconciliatio & salus, populi ipsius, h. e. Electorum.*

a. *Luc. 2. v. 13. 14.* Adfuit cum Angelo multitudo exercituum cœlestium, laudantium Deum, & dicentium; Gloria in excelsis Deo. *Rom. 6. v. 4.* Suscitatus est Christus ex mortuis, in gloriam Patris.

b. *Matth. 1. v. 21.* Ipse servabit populum suum à peccatis ipsius. 1. *Tim. 1. v. 15. 16.* Christus Jesus venit in mundum, ut peccatores servaret, credituros in eum.

XXVII. Effecta *sunt omnia beneficia*, a *qua Mediator obedientia sua merito acquisivit; & Spiritus sui efficaciâ dispensat, atque applicat electis vocatis*: b *Sapientia, Iustitia, Sanctificatio, & Redemtio.*

a. *Heb. 9. v. 15.* Ob id novi pacti Mediator est &c. *Act. 5. v. 31.* Hunc Deus, dextra sua sursum sublatum, constituit principem ac servatorem, ut det resipiscentiam Israëli, ac remissionem peccatorum.

b. *1. Cor. 1. v. 30.* Factus est nobis Sapientia à Deo, Justitia, Sanctificatio & Redemtio,

XXVIII.

XXVIII. Subjectum Recipiens *officii huius est* a *utraque Christi natura; non divisim, sed* b *conjunctim spectata in unitate personæ. Occupans ipsâ materiâ continetur.*

a. *Rom.* I. v. *3. 4.* Christus ortus ex semine &c. *cap. 9.* v. *5.* Ex quibus, *scil, Iudæis,* est Christus &c.

b. *Act. 4.* v. 12. Non est in alio quoquam salus. &c.

XXIX. Adjuncta *censentur; quod officium Mediatoris* a *commune est utrique Testamento: quod modo* b *administrationis diversum: &* *tandem* c *desiturum in consummatione seculi.*

a. *Heb.* 13. v. 8. Jesus Christus heri & hodie idem, & in secula. *Act.* 15. v. 11. per gratiam Domini nostri Jesu Christi, credimus nos servatum iri, quemadmodum & illos, sc. *Patres nostros.*

b. *Heb.* 1. v. 1. Multis vicibus, multisque modis olim Deus locutus Patribus in Prophetis, ultimis diebus hisce locutus est nobis in Filio. *Ioh.* 1. v. 17. Lex per Mosen data est; gratia & veritas per Jesum Christum præstita est.

c. 1. *Cor.* 15. v. 24. 25. ex *Psal.* 110. v. 1. Deinde erit finis, quum tradiderit regnum Deo ac Patri: quum ut inane sustulerit omne imperium, & omnem autoritatem, & potestatem. Nam oportet eum regnare, usque

que quo omnes inimicos suppofuerit pedibus ejus.

Sedes Loci hujus propria est in V. T. psal. 2. 22. 40. & 110. Es. 7. 9. & 53. capp. In. T. Matth. 1. Luc. 1. 2. 3. Ioh. 1. Heb. 1. 2. 3, & seqq. usque ad 11. cap.

LOCUS XIII.

DE

Ecclesia.

I. V*Idimus partem primam Redemtionis, in ejus* Acquisitione; *Altera est applicatio, quâ dispensatur ac donatur Redemtio, iis quibus est acquisita.*

Act. 5. v. 31. Hunc, *sc. Christum*, Deus, dextra suâ sursum sublatum, constituit Principem ac servatorem, ut det resipiscentiam Israëli & remissionem peccatorum. *Eph. 5.* v. 23. Christus is est, qui salutem dat corpori.

Et *duobus absolvitur*; *Subjecto eam recipiente, nec non Recipiendi Modo.*

II. Subjectum recipiens *Applicationis est* a *Ecclesia, sive* b *cœtus hominum electorum, qui per verbum Euangelii efficaciter vocati à Deo credunt in Christum, & fidem hanc non professione tantùm, sed etiam vita novitate comprobant.*

a. Eph.

sive certo consilio coacto, *Ps. 26. v. 5. & 2. v. 1. 2.* inter se collatis: communissimè tamen in Vet. Test. secundùm versionem LXX. Deut, *23. v. 1. 2. 3. Iud. 20. v. 2. 1. Reg. 8. vers. 14. Psal. 22. v. 23.* & in N. Test. secundùm editionem authenticam Evangelistarum & Apostolorum, passim *cœtum sacrum* notat: *propriè* quidem omnium *Electorum & Vocatorum* sive pastores sint, sive oves, *Matth. 16. v. 18. Eph. 1. v. 22. cap. 5. v. 23. 24. 25. impropriè* autem per Synecdochen, congregationem alterutrorum, sive Pastorum, *Matth. 18. v. 17.* quæ est Ecclesia *repræsentativa*, sive ovium, *Act. 20. v. 28.* quæ Ecclesia *collectiva* dici solet.

B. *Definitio Ecclesiæ Bellarminiana, quòd sit* Universitas obtemperantium Papæ Romano, *falsa est.* Rationes 1. Definitum est homonymum, nec ab homonymia liberatum. 2. Non est definitio Essentialis, quia nullius fidei, charitatis, aut virtutis Christianæ meminit. 3. Non est adæquata seu reciproca, utpote quæ piis æquè convenit ac impiis. 4. Est definitio *de Idea*, ut vocant, quâ definitum restringitur ad locum, tempus & personas. 5. Hæc definitio de Ecclesia non verè enunciatur. P.

III. Efficiens *Ecclesiæ Principalis* communiter, *est à Deus Pater*, in *Filio*, *per Spiritum Sanctum*. Singulariter b *ipse Filius Dei*, *Domi-*

V nus

nus noster Iesus Christus, c *divina ordinatione factus servator ac caput ejus.* Minus principalis sunt d *Dei Christíque Ministri*, in V. & N. T. *ordinarii & extraordinarii*, *quorum* e *operâ Ecclesia in terra hucusque collecta fuit*, & *colligetur deinceps. Postremò causa* instrumentalis *est* f *Verbum Legis & Evangelii*, *quod in Ecclesia prædicatur.*

a. 1. *Theſſ. 5. v. 24.* Fidelis est Deus, qui vocavit vos: ipse etiam efficiet. 2. *Tim.* 1. *v. 9.* Vocavit nos vocatione sanctâ.

b. *Act. 20. v. 28.* Deus, *nempe Filius*, acquisivit Ecclesiam proprio suo sanguine. *Matth 16. v. 18.* Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

c *Act. 5. v. 31.* Hunc Deus dexterâ suâ &c. *Eph. 1. v. 22. 23.* Christum constituit caput super omnia ipsi Ecclesiæ, Quæ est corpus ipsius, & complementum ejus, qui implet omnia in omnibus.

d. *Heb. 1. v. 1.* Multis vicibus, multísque modis Deus olim locutus est Patribus per Prophetas. *Eph. 4. v. 11.* Alios dedit Apostolos, alios verò Prophetas, alios autem Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores.

e. *Eph. 4. v. 12.* Ad compactionem Sanctorum, ad opus ministerii, ad ædificationem corporis Christi. 1. *Cor. 3. v. 5.* Quis est Paulus? quis autem Apollo? nisi ministri per

quos

quos credidiſtis, & ut cuique Dominus dedit? *Matth. 28. v. 20.* Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſeculi.

f. *Marc. 1. v. 15.* Reſipiſcite, & credite Evangelio. *Eph. 1. v. 13.* In quo, *ſc. Chriſto*, ſperâſtis & vos, audito ſermone veritatis, id eſt Evangelio ſalutis veſtræ. 1. *Pet. 1. v. 25.* Hoc eſt verbum illud, quod Evangelizatum eſt vobis.

IV. Materia *ſunt* a *homines peccatores & iræ filii*; *ſed ex* b *omni gente, ætate & ſexu* c *electi in Chriſto*, *&* d *per eum redempti ad vitam æternam*.

a. *Matth. 9. v. 13.* Non veni vocatum juſtos, ſed peccatores & reſipiſcentiam. *Eph. 2. v. 3.* Eramus naturâ filii iræ, ſicut & cæteri.

b. *Act. 10. v. 34. 35.* Verè deprehendo, Deum non reſpicere ad perſonam: ſed in quavis gente acceptum ei eſſe quemvis, qui eum timet, & operam dat juſtitiæ. *Rom. 10. v. 12.* Non eſt diſtinctio, vel Judæi, vel Græci: nam idem eſt Dominus omnium; dives in quoſvis, à quibus invocatur.

c. *Matth. 20. v. 16.* Multi ſunt vocati, pauci electi. 1. *Pet. 1. v. 2.* Electis ex præcognitione &c.

d. *Apoc. 5. v. 9.* Redemiſti nos Deo per

ſanguinem tuum, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione 1. *Pet. 1. v. 18. 19.* Redemti non auro, nec argento, ſed pretioſo ſanguine agni inculpati & incontaminati, *nempe* Chriſti.

CANONES.

A. *Calumnia eſt, Eccleſiam Reformatorum eſſe colluviem quorumvis hominum ſive ſectarum: modò non ſint Pontificii.* Omnia hic falſa & malitiosè conficta in Orthodoxos. 1. Eccleſia non eſt colluvies, ſed *ſancta congregatio,* ſive pius cætus vocatione Dei per verbum coactus & adunatus. Quod & nominis ratio uſúſque arguit. 2. Non eſt cœtus hominum erronum & ſectariorum, perſiſtentium in erroribus & ſchiſmate; quod calumnia intrudit; ſed reſipiſcentium à peccatis ſuis & in Chriſtum credentium, corde & ore. 3. Nec pontificiis opponitur ſingulariter: quod ii exoſi ſint præ cæteris hæreticis, aut ſchiſmaticis; ſed tum quia ab ipſis maximum eſt periculum; tum quia Eccleſia à Papatu, tanquam regno Antichriſti, ſibi præcipuè cavere, & ab eo ſecedere, voce divina jubetur, *Apoc. 14. verſ. 4.*

B. *Calumnia etiam eſt, Reformatos docere, ſolos perfectos eſſe in Eccleſia.* Occaſio calumniæ naſcitur ex controverſia: *ſit ne Eccleſia cœtus voca-*

vocatorum Electorum? Calumnia ipsa impingit nobis errorem veterem Catharorum sive Novatianorum, ac Donatistarum renovatum superiore seculo ab Anabaptistis. Sed distinctione nominis ambigui ex Scriptura, sic eam explicamus simul, ac diluimus. *Perfecti* non sunt unius generis. Quidam ita vocantur *absolutè*, omnis defectus & vitii expertes 1. *Cor.* 13. *v.* 10. *Phil.* 3. *v.* 12. Alii *Relatè*, quòd longius progressi, ac plus perfectionis assecuti sint quam alii quomodo adulti fide & cognitione junioribus sive rudioribus opponuntur, *Heb.* 5. *v.* 14. *cap.* 6. *v.* 1. Nonnulli etiam *κατά τι secundùm quid*, id epitheti ferunt, propter *integritatem* & *sinceritatem* cordis, alienam ab hypocrisi; *Genes.* 17. *v.* 1. *Luc.* 1. *v.* 6. *Primi* illi sunt membra Ecclesiæ *triumphantis* in cœlis, non militantis in terra. 1. *Cor.* 13. *v.* 10. *Phil.* 3. *v.* 12. quia justi consummati, *Heb.* 12. *v.* 24. *Secundi* sunt quidem in militanti Ecclesia, 1 *Cor.* 2. *v.* 6. at non soli: verum præter ipsos, etiam infantes, tam ætate; quàm noticiâ ac donis spiritualibus. *Heb.* 5. *vers.* 13. 14. *Tertii* denique, ne ipsi quidem soli censentur in Ecclesia visibili vocatorum: utpote quibus variè intermixti sunt hypocritæ *Matth.* 13. & 22. capp. Licet in Ecclesia vocatorum, quæ horum respectu, *invisibilis* dici solet, soli censeri debeant, 1. *Tim.* 1. *vers.* 5.

C. *Ecclesia vera reprobi, infideles, sive occultè sive manifesti peccatores vera membra non sunt.* Rationes 1. Reprobi nec fidem nec Spiritum habent, per quæ fideles in unum corpus conjunguntur, *Eph. 4. v. 4. 5.* 2. Non sunt ex vel de Ecclesia, *1. Ioh. 2. v. 19.* 3. Sunt membra Diaboli. *2. Cor. 6. v. 14. 15. 16.* 4. Non vocantur secundùm propositum Dei; *Matth. 20. v. 16.* Ecclesia vera autem est cœtus vocatorum secundùm propositum Dei. 5. Nec sunt membra Christi, quia Sp. ejus non habent *Rom. 8. v. 9.* 6. Nec sunt oves Christi, *Ioh. 10. v. 26.* eum nec agnoscunt, nec audiunt, nec sequnntur. P.

D. *Neque tamen excludi ex ea possunt vel excommunicati, vel nondum baptizati catechumeni.* Cùm excomunicati & Catechumeni nondum baptizati, possint esse Electi & vocati: ut constat exemplo *excommunicatorum* ab Ecclesia Judaica *Ioh. 9. v. 22.* & *Catechumenorum*; Latronis, *Luc. 23. v. 43.* Cornelii, *Act. 10. v. 2. 3. 4.* possunt quoque iidem esse membra Ecclesiæ, & sunt revera, quotquot vera fide præditi sunt. *Infantes* & *amentes* accensendos Ecclesiæ statuimus, *foris* ex nativitatis conditiotione; à qua Sancti dicuntur, qui ex parente fideli, sive utroque, sive alterutro, nati sunt, *1. Cor. 7. v. 14. intus* autem ex vocationis internæ dono, *Rom. 11. v. 29.* per quod novit Dominus

nus eos qui sunt sui. *2. Tim. 2. v. 19.* *Surdorum* paulò alia videtur esse ratio. Hi enim non modò participes fieri possunt vocationis internæ, verùm etiam externæ: Non quidem per auditum, sed per visum, quoties Christus crucifixus coràm depingitur fidelibus in Evangelio & Sacramentis ut est *Gal. 3, v. 1.*

V. Forma *est* a *Fides in Christum* b *ex vocationis divinæ efficacia*; c *per quam Evangelium, & Christum in eo recipientes, adduntur Ecclesiæ, ut salvi fiant.*

a. *Marc. 16. v. 16.* Qui crediderit, & baptizatus fuerit, servabitur. *Rom. 10. v. 9, 10.* Si professus fueris ore tuo Dominum Jesum; & credideris in corde tuo, quòd Deus eum suscitavit ex mortuis, servaberis. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem.

b. *Rom. 8. v. 28.* Qui secundùm propositum ejus vocati sunt. *Ioh. 6. v. 45.* Et erunt omnes docti, à Deo. Quisquis ergo audivit à Patre, & didicit, venit ad me.

c. *Ioh. 1, v. 12.* Quotquot eum receperunt, dedit eis hoc jus, ut filii Dei sint facti; nempe iis qui credunt in nomen ejus *Act. 2. vers. 41.* Qui libenter receperunt sermonem, baptizati sunt.

d. *Act. 2. v. 41.* Additæ sunt Ecclesiæ die illo animæ quasi ter mille. *& v. 47.* Dominus

nus addebat quotidie Ecclesiæ, qui salvi fierent.

VI. Finis *Ecclesiæ supremus est a gloria gratuitæ Dei misericordiæ in Christo. Subalternus est b ipsiusmet sanctificatio, & æterna salus.*

a. *Eph. 1. v. 6.* Ad laudem gloriosæ suæ gratiæ, qua nos gratis sibi acceptos effecit, in illo dilecto. *1. Pet. 2. v. 9.* Ut prædicetis virtutes illius, qui vocavit vos è tenebris in admirabilem suam lucem.

b. *1. Pet. 1. v. 2.* Electis ad sanctificationem Spiritus. Cap. *5. v. 10:* Deus omnis gratiæ vocavit vos ad æternam suam gloriam in Christo Jesu.

VII. Effectum *Commune est communio Sanctorum a cum Christo, tanquam capite, & inter se, veluti membrorum ejusdem corporis mystici, sub uno illo capite.* Singularia *sunt, c confessio, invocatio ac celebratio nominis divini d vitæ novitas per obedientiam mandatorum ipsius, nec non e aliorum conversio.*

a. *1. Cor. 1. v. 9.* Fidelis est Deus, per quem vocati estis in communionem Filii ipsius Jesu Christi Domini nostri. *1. Ioh. 1. v. 3.* Communio nostra sit cum Patre, & cum Filio ejus Jesu Christo.

b. *Act. 2. v. 44. 45.* Omnes autem qui credebant erant eodem loci, & habebant omnia communia. Et possessiones ac facultates

tes vendebant, & dispertiebant ea omnibus prout cuique opus erat. 1. *Cor. 12. v. 26. 27.* Sive patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra; sive honore afficitur unum membrum, congratulantur omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra particulatim.

c. *Rom. 10. v. 10.* Ore fit confessio ad salutem, 1. *Pet. 3. v. 15.* Estote semper parati ad respondendum cuilibet, petenti rationem ejus spei, quę in vobis est, cũ mansuetudine & timore, conscientiam bonam habentes, *Rom. 15. v. 9. 10.* Gentes pro misericordia glorificent Deum: sicut scriptum est: Propterea celebrabo te inter Gentes, & nomini tuo psallam. Et rursum dicit: Hilares estote Gentes cum populo ejus.

d. 1. *Thess. 2. v. 12.* Obtestabamur, ut ambularetis sicut convenit Deo, vocanti vos ad suum regnum ac gloriam. *Rom. 6. v. 4.* Ut in novitate vitæ ambulemus. 1. *Ioh. 5. vers. 3.* Hæc est charitas Dei, ut præcepta ejus observemus.

e. *Luc. 22. v. 32.* Tu aliquando, cum te converteris, stabili fratres tuos. 1. *Pet. 3. v. 1.* Ut si qui non adsentiuntur sermoni, per uxorum conversationem, absque sermone lucrifiant.

VIII. Subjectum *variè habet: Ante legem erant a familiæ Patriarcharum: sub lege fuit b*

Populus Israëliticus: sub Evangelio denique sunt c *omnes Gentes, per totum orbem.*

a. *Gen. 4. v. 26.* Tunc cœptum est invocari nomen Jehovæ. *Ios. 24. v. 2. 3.* Majores vestri, Therach, pater Abrahami, & pater Nachoris, colebant Deos alienos, sed adsumsi patrem vestrum Abrahamum. *Gen. 13. v. 18.* Abram ibi exstruxit altare Jehovæ. *& cap. 21. v. 33.* Et invocavit nomen Jehovæ Dei æterni.

b. *Exod. 19. v. 5. 6.* Si sedulò attendetis voci meæ, & servabitis fœdus meum, utique eritis mihi peculium, præ omnibus aliis populis; nam mea est tota terra: Vosque eritis mihi regnum sacerdotale, & gens sancta. *Deut. 7. v. 6.* Populus sanctus es Jehovæ Deo tuo; te elegit Jehova Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris, præ omnibus populis, qui sunt sub universo cœlo.

c. *Matt. 28. v. 19.* Profecti docete omnes gentes. *Marc. 16. v. 15.* Profecti in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. *Col. 1. v. 23.* Evangelium prædicatum omni creaturæ, quæ sub cœlo est.

IX. *Adjuncta sunt, quæ epithetis Ecclesiæ in Symbolo usitatè declarantur: quod sit* a *Una,* b *Sancta, &* c *Catholica.*

a. *Eph-*

a. *Eph. 4. v. 4.* Unum est corpus. *Ioh. 10. v. 16.* Erit unus grex.

b. *Rom. 1. v. 7.* Vocatis sanctis. *Sic passim Eph. 5. vers. 26. 27.* Vt eam sanctificaret &c.

c. *Marc. 16. v. 15.* Prædicate Evangelium omni creaturæ. *Col. 1. v. 23.* Evangelium prædicatum omni creaturæ &c.

CANONES.

A. *Ecclesia V. & N. T. re sive substantiâ est eadem Ecclesia.* Rationes 1 Vocatio in V. & N. T. est eadem vocatio, quia fit per idem verbum & Spiritum *Ies. c. 59. v. 21. 2. Cor. 4. v. 13.* 2. Ecclesia V. & N. T. sunt partes totius Ecclesiæ Catholicæ, *Eph. 2. vers. 14. Ioh. 10. v. 16* 3. Ecclesia militans & triumphans est substantiâ eadem Ecclesia: E. & Eccesia V. & N. T. *Ratio*; quia major omninò est affinitas militanti inter se quàm huic cum triumphante. 4. Vna est corpore: *Ephes. 2. vers. 15. 16. Ioh. 10. vers. 16.* Spiritu, *2. Cor. 4. v. 13.* Vocatione, ejusque spe, *Heb. 1. v. 1.* Domino, *Rom. 10. v. 12. Heb. 13. v. 8.* Fide, *Rom. 4. v. 12.* Baptismo, *1. Cor. 10. v. 1. 2. 3.* Deo ac patre, *Rom. 3. v. 30.* 5. Eidem fundamento superstructa est, & ejusdem fœderis gratiâ comprehenditur, *1. Cor. 3. v. 11. 12. Act. 4. v. 12. A. S.*

B. It

B. *Ita Sancta est Ecclesia, quoad sanctitatem inhærentem, ut expers tamen non sit, vel ignorantiæ & errorū in mente, vel defectûs vitiique in voluntate: & quanquam exitialiter, quamdiu hic militat, errare non possit, errori tamen obnoxia est, adeóque in fide etiam errare potest.* Rationes 1. Ecclesiæ scientia est imperfecta 1. *Cor. 13. v. 9. Psal. 19. v. 13.* 2. Potest peccare, *Iac. 3. v. 2. Eccl. 7. v. 20.* 3. Ex hypothesi Pontificiorum ejus membra etiam sunt reprobi. *Bellarm. de Eccl. l. 3. c. 2.* 4. Erravit, *ante legem* exemplis Primorum parentum *Gen. 3.* Tharæ, Abrahæ, *Ios. 24. Gen. 15.* Israëlitarum in Ægypto, *Ezech 20. Sub lege*, Exemplis Israëlitarum in deserto & Chanaan; Judicum, Ducum, Regum: sub *Evangelio*, exemplis Apostolorum, maximè ante effusionem Spiritus Sancti, *Matth. 16. Luc. 18. P.*

C. *Prout vox Catholica sumitur, ita etiam illa Ecclesiæ particulari tribui potest, vel non potest.* Si τò καϑολικòν dicitur respectu ipsius *doctrinæ* quæ ex verbo Dei ab omnibus ubique fidelibus suscipitur; certè quævis Ecclesia particularis Orthodoxa verè est Catholica Etenim una fides, ac ejusdem fundamenti substantia deprehenditur in omnibus Ecclesiis Particularibus rectè sentientibus; à qua ipsas Ecclesias particulares *Catholicas* jam olim appellarunt, *Hieronymus, Cyrillus, Vincentius Lirinensis* ac alii.

alii. Sin autem *locorum* atque *hominum* ratione id eis nomen tribuitur; utique contradictio fuerit in adjecto, Ecclesiam particularem dicere Catholicam. Opponuntur enim inter se, ut pars & totum. Omnis Ecclesia particularis est pars Catholicæ; Catholica est totum quoddam collectivum, Ecclesias particulares sub se complectens. P.

X. *Pro diversa tamen conditione sua, in* Militantem *&* Triumphantem *recte distinguitur.*

Eph. 1. v. 10. Vt in plena temporum illorum præstitutorum dispensatione summatim recolligeret omnia illa in Christo, tum quæ in cœlis sunt, tum quæ in terra. *Col.* 1. v. 20. Vt pace per sanguinem crucis eius facta, per eum reconciliaret omnia sibi, per eum, inquam, tum quæ in terra, tum quæ in cœlis.

XI. *Militans est, quæ in terris* a *sub Christo capite suo,* b *adversus carnem,* c *mundum,* d *ipsumque Satanam continenter decertat, ac* e *plenam ab iis liberationem exspectat.*

a. *Ios.* 6. v. 2. Ego sum princeps militiæ Jehovæ. Eph. 1. v. 22. Christum constituit super omnia caput ipsi Ecclesiæ.

b. *Gal.* 5. v. 17. Spiritus concupiscit adversus carnem v. 24. Qui sunt Christi, carnem crucifixerunt, cum affectibus & cupiditatibus.

c. 1. *Ioh.*

c. *1. Ioh. 2. v. 15. 16, 17.* Ne diligite mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo. Quoniam quicquid eſt in mundo, cupiditas carnis, & libido oculorum, & faſtus vitæ, non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt. Porrò mundus præterit, & cupiditas ipſius, qui verò præſtat voluntatem Dei, manet in æternum. *Ioh 16. v. 33.* In mundo adflictionem habebitis, ſed confidite, ego vici mundum.

d. *1. Pet. 5. v. 8. 9.* Adverſarius ille veſter Diabolus, ut Leo rugiens obambulat, quærens quem abſorbeat; cui obſiſtite firmi per fidem; ut qui noveritis, eaſdem afflictiones à veſtra, quæ in mundo eſt, fraternitate peragi. *Eph. 6. v. 12. 13. 14. 15. 16. 17.* Non eſt nobis lucta adverſus ſanguinem & carnem, ſed adverſus imperia adverſus, poteſtates, adverſus mundi Principes, id eſt tenebrarum ſeculi hujus, adverſus ſpirituales improbitates, quæ ſunt in ſublimi. Propterea adſumite univerſam illam armaturam Dei, ut poſſitis obſiſtere tempore adverſo, & omnibus confectis ſtare. State igitur, lumbis circumcinctis veritate, & induti thorace juſtitiæ, Calceatis pedibus præparatione Evangelii pacis. Supra omnia aſſumto ſcuto fidei, quo poſſitis omnia jacula Mali illius ignita extinguere. Galeam etiam

tiam salutis recipite, & gladium Spiritûs, hoc est, verbum Dei.

e. *Rom* 16. v. 20. Deus pacis conteret Sathanam sub pedes vestros citò. *Eph.* 5, v. 27. Vt eam sisteret sibi gloriosam.

CANONES.

Necessaria est Ecclesiæ militantis existentia in terra ad consummationem seculi. Rationes, 1. Ecclesia vocatorum Electorum, qualis est Ecclesia militans de qua hîc agitur, non est contingens, sed necessaria quoad sui existentiam: *Matth.* 24. v. 24. 31. 40. 42. *Rom.* 8. v. 28. 29. 30. c. 9. v. 11. c. 11. v. 5. 6, 7. 2. Est regnum cujus non est finis. *Luc.* 1. v. 32, 33. & corpus Christi, quod ejus πλήρωμα est, proinde divelli ab eo ac separari non potest. *Eph.* 1. v. 23. 3. Perpetuum est verbi ac Sacramentorum Ministerium. *Eph* 4. v. 11. 1. Cor. 11. v. 26. 4. Necessaria fuit Ecclesiæ in V. T. duratio ab Adamo usque ad Christum: E. etiam ad consummationem seculi. Ratio, quia Ecclesia N. T. supra veterem eminet varietate ac ubertate gratiæ Spiritualis 5. Existentiam perpetuam Deus veraciter promisit in verbo suo. *Psal.* 48. v. 7. & 89, v. 30. *Es.* 59. v. 21. *Matth.* 16. v. 18. c. 28. v. 20. 6. Ecclesia non potest æquè deficere ac perseverare E. necessariam habet existentiam S.

XII. Ea-

erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum; sed egressi sunt ex nobis, ut manifestum fieret, non omnes esse ex nobis.

d. 1. *Thess. 1. v. 3.* Indesinenter commemorantes efficacem vestram fidem, & laborisam charitatem, & patientem illam exspectationem in Domino nostro Jesu Christo, coram Deo & Patre nostro. *Philem. v. 5.* Audio tuam charitatem ac fidem, quam habes erga Dominum Jesum, & erga omnes sanctos.

e. 2. *Tim. 2. v. 19.* Solidum stat Dei fundamentum, habens sigillum hoc; Novit Dominus eos, qui sunt sui; &, abscedat ab injustitia quisquis nominat nomen Christi. *Rom. 2. v. 28. 29.* Non qui est in propatulo Judæus, Judæus est; nec ea, quæ est in propatulo circumcisio, id est in carne, circumcisio est. Sed qui in occulto Judæus est & circumcisio cordis, id est in Spiritu, non litera; cujus Judæi laus non est ex hominibus, sed ex Deo.

CANONES.

A. De Distinctione Ecclesiæ in Visibilem & Invisibilem

Distinctio Ecclesiæ in visibilem, & invisibilem, non est generis in speciem, sed tantùm limitatio subjecti, secundùm alium atque alium ejus modum.

Eadem enim numero Ecclesia visibilis est & & invisibilis, ut idem numero homo visibilis sit & invisibilis. Ut enim homo ratione corporis visibilis est; ratione animæ invisibilis. Sic Ecclesia visibilis, ratione vocationis externæ per verbum, quæ in sensus incurrit. Invisibilis quoque respectu Vocationis internæ, quæ non cadit sub sensus, sed tum vocanti nota est; 2. *Tim. 2. v. 19.* Novit Dominus eos, qui sunt sui: tum vocatis; Nam nemo novit novum illud nomen in novo calculo scriptum, nisi qui accepit. *Apoc. 2. vers. 17.* Ideoque docet Christus; regnum Dei non venire cum observatione, sed intus esse, *Luc. 17. v. 20. 21.* id est, in occulto, *Psal. 45. v. 14.* in Spiritu; non litera, *Rom. 2. v. 29.* ut & profitemur in Symbolo nos credere Ecclesiam. Fides autem invisibilium esse dicitur, *Heb. 11. v. 1.*

B. De Ecclesia Visibili.

Quævis Ecclesiæ particulares visibiles possunt aliquando obscurari atque etiam deficere. Rationes 1. Omnes Ecclesiæ particulares visibiles in V. & N. T. potuerunt obscurari & deficere; quod probatur exemplis, Elencht. N *pag. 530.* 2. Potest exitialiter errare in fide & labi in moribus, ut eadem exempla probant. 3. Nulla perpetuitatis illius dari potest ratio. Non *in Deo*, tum quia nuspiam pro-

promisit, tum quia Sp. S. magistrum veritatis non alligavit ulli hominum ordini, ut errare non possit. Neque in *Ecclesia*, quæ actu erravit. Neque extra *Ecclesiam*, quia Diabolus & Mundus sunt ejus hostes P.

C. De Invisibili.

Vera Christi Ecclesia est, rectéque dicitur invisibilis. Rationes 1. Est corpus mysticum, *Eph. 5. vers. 23.* per Spiritum & fidem coadunatum, 1. *Cor. 12. v. 13.* domus spiritualis, 1. *Pet. 2. v. 5.* 2. Omnia ejus membra sunt invisibilia; nam a. *Electio* & vocatio κατὰ πρόθεσιν non cadunt sub sensus, 2. *Tim. 2. v. 19.* *b.* quia sunt milites spirituales, militiam Spiritualem exercentes, *Eph. 6. v. 12.* 3. Ecclesia habet duas formas, unam externam, vocationem per verbum; alteram internam, vocationem per spiritum; E & subjectum inde denominatur. 4. Vera Ecclesia, ratione formæ, est interna, *Luc. 17. v. 20. 21. Ps. 45. v. 14.* 5. Ecclesia creditur, juxta Symbolum. E. non videtur. P.

XII. Notæ *Ecclesiæ visibilis sunt* a *pura verbi Dei prædicatio* & *auscultatio*: b *legitima Sacramentorum administratio & usurpatio*; *nec non* c *sancta disciplinæ usus.*

a. b. c. *Matth. 28. v. 19. 20.* Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen

 patris,

Patris, & Filii, & Spiritûs S. docentes eos obſervare omnia, quæ præcepi vobis. *Act. 2. v. 42.* Perdurabant in doctrina &c. *Eph. 4. v. 4. 5.* Unum eſt corpus, & unus Spiritus, ſicut & vocati eſtis in unam ſpem vocationis veſtræ. Vnus dominus, una fides, unum baptiſma. *Cap. 5. verſ. 26.* Purificat Eccleſiam lavacro aquæ per verbum.

CANONES.

A. *Præmiſſæ tantùm ſunt Veræ Eccleſiæ notæ externæ.* Ratio 1. Quia per eas tantùm Eccleſia viſibilis agnoſcitur Neque enim Eccleſia formæ externæ reſpectu quicquam aliud eſt, quàm cœtus fidelium veram Chriſti fidem ipſis propoſitam & prædicatam profitentium, ac Sacramentis legimè adminiſtratis utentium. 2. Soli Eccleſiæ conveniunt & viſibiles ſunt, ut enim ſola Eccleſia ſuperſtructa eſt Prophetis & Apoſtolis; ita etiam ſola habet ſigilla fœderis, *Gen. 17. Matth. 26.* 3. Solæ ſunt ſingulorum fidelium notæ; *Pſal. 1. verſ. 1. 2. 3. Ioh. 8. verſ. 47. cap. 10. verſ. 27. Matth. 28. verſ. 19. 20.*

B. Diſciplina *Eccleſiaſtica, diverſo reſpectu vel ad bene eſſe facit Eccleſiæ, vel ad eſſe.* Diſciplina enim aut *ſtrictè.* ſumitur pro cenſura excommunicationis, aut *laxè* pro ἐπανορθώσει

est vitiorum atque scelerum, hoc est, eorum improbatione, damnatione, emendatione. *Priore* modo magis ad bene esse, quàm ad esse Ecclesiæ pertinet: quæ verbo & sacramentis colligitur ac constituitur; disciplina autem in flore suo ac vigore conservatur. *Posteriore* verò omninò necessaria est ad esse Ecclesiæ. Est enim altera pars verbi sive ministerium legis; est concio resipiscentiæ ac novæ obedientiæ, absque qua Ecclesia non magis meretur nominis hujus axioma, quàm societas furum aut latronum Respublica dici potest, &c.

C. *Notæ Bellarminianæ* 1. *Nomen Catholicum.* 2. *Antiquitas* 3. *Duratio diuturna & nunquam interrupta.* 4. *Amplitudo sive multitudo credentium* 5. *Successio Episcoporum.* 6. *Conspiratio in doctrina cum Ecclesia antiqua & Patribus.* 7. *Unio membrorum inter se & cum capite.* 8. *Sanctitas doctrinæ.* 9. *Efficacia doctrinæ.* 10. *Sanctitas vitæ primorum authorum.* 11. *Gloria miraculorum.* 12. *Lumen Propheticum.* 13. *Confessio adversariorum.* 14. *Infelix exitus eorum qui Ecclesiam oppugnant.* 15. *Felicitas temporalis, non sunt genuinæ Ecclesiæ Notæ.* Rationes. 1. Tantâ pompâ Ecclesiam Scriptura nuspiam exornat ac proinde tot notæ exinde erui non possunt 2. Non sunt Essentiales, propriæ atque inseparabiles. 3. Nomen *Ecclesiæ Ca-*

 tholicæ

tholicæ & *Christianorum* nec est nota a. *Essentialis*, quia sæpe titulus est sine re *Apoc. 3. v. 2.* b. nec *propria*, quia hoc nomen omnes ferè Hæretici sibi arrogant: nec c *inseparabilis*, quia in V. T. nec Christiana fuit appellata, nec Catholica. 2. *Antiquitas*, non est a. *essentialis*. Est enim Accidens rerum quarumlibet, durationem aliquam existentiæ habentium. Nec b *propria*; cùm eadem nota antiquæ Serpentis Synagogæ conveniat. Neque c *inseparabilis*; quia Ecclesia nascens in V. T. non fuit antiqua. 3. Neque *duratio* est nota a. *Essentialis*; Est enim accidens Ecclesiæ Essentiæ ejus contradistinctum. Neque b. *propria*; cùm nec recenti aut novæ conveniat Ecclesiæ, nec soli. Neque c. *inseparabilis*, ut exempla Ecclesiæ Veteris & Novæ ostendunt, quibus non una contigit interruptio. 4. Neque *amplitudo* & *varietas* credentium nota est a. *Essentialis*, quia est pusillus grex, *Luc. 12. vers. 32.* neque b. *propria*, nam Arianorum Ecclesia fuit amplissima: neque c *Inseparabilis*, quia tempore Noachi, Abrahami, Christi ampla non erat. 5. Neque *Successio Episcoporum* localis & personalis est nota a. *Essentialis*, sed contingens, & præter naturam Ecclesiæ, quæ non est alligata ad unam sedem. Neque b. *propria*, quia etiam Annas & Cajaphas Aaroni suc-

ſucceſſerant. Neque c. *inſeparabilis*, quia in primordiis naſcentium Eccleſiarum non eſt ſucceſſio. 6. Neque *Conſpiratio in doctrina cum Eccleſia antiqua* & Patribus poſt Apoſtolos nota eſt a. *Eſſentialis Eccleſiæ*, quæ ſuperſtruitur ſuper fundamentum Prophetarum & Apoſtolorum. Neque b. *propria*, quia illum conſenſum etiam Hæretici jactant: neque c. *Inſeparabilis*, ut quæ Patriarchali & Apoſtolicæ Eccleſiæ aptari nequit. 7. Neque *unio membrorum inter ſe & cum capite* extra veritatem & unicum caput, Chriſtum, eſt a. Nota *Eſſentialis*, ut docet Apoſtolus, *Eph. 4. v. 4. 5. 6.* nec b. *propria*, quia etiam eſſe poteſt unio inter hæreticos: nec c. *inſeparabilis*, quia inter Catholicos ſæpe fuit diſſenſio 8. Neque *doctrinæ ſanctitas*, prout ab Adverſariis ſpectatur, nota eſt a. *Eſſentialis* Eccleſiæ, quæ ſancta vocatur *Sanctitate imputata*, non confeſſione, propriè loquendo: nec b *propria* quia profeſſio Sanctitatis doctrinæ, & ſpecies ſanctimoniæ in moribus, hæreticis quoque eſt communis: neque c. *inſeparabilis*, quia tandem evaneſcit, ſi Chriſtus hypocriſeos larvam detrahit. 9. Neque *efficacia doctrinæ*, qua brevi tempore multos ad ſe trahit eſt Eccleſiæ nota a *Eſſentialis*, quia non Eccleſiæ, ſed Dei in ea opus eſt: b. *propria*, quia etiam Pſeudoporphetę pollent erroris efficaciâ & brevi tem-

vi tempore multos occupant: Neque c. *inseparabilis*, quia Deus nec semper, neque ubique, nec æquali gradu verbo Evangelii cooperatur. 10. *Neque Sanctitas vitæ* primorum Authorum & Patrum Religionis, nota est a. *Essentialis*, quia Ecclesia Catholica non sunt soli Episcopi aut Præsules: nec b *propria*, quia etiam Satanas se novit transformare in Angelum lucis, *2. Cor. 11. v. 14.* neque c. *inseparabilis*, quia diu stetit Ecclesia absque talibus Patribus. 11. *Gloria miraculorum non* est nota a. *Essentialis* quia pendent & dijudicanda sunt miracula ex Ecclesiæ doctrina. Nec b. *Propria*, quia etiam Hæretici edunt miracula neque c *Inseparabilis*, quia Ecclesia à multis Prophetis, etiam à Johanne Baptista collecta, nullis claruit. 12. *Lumen Propheticum*, non est nota a. *Essentialis*, quia ad charismata miraculosa pertinet ut species ad suum genus nec b *propria*, cùm etiam Dæmonibus, falsis Prophetis, conceditur à Deo, *Deut. 13. v. 2. Num. 23. v. 7.* nec c. *inseparabilis*, quia peculiariter fuit indultum Apostolicæ Ecclesiæ. 13. *Confessio adversariorum*, non est nota a *Essentialis*, ut pote testimonium externum ab extraneis profectum: nec b. *propria*, quia Christiani tum Gentilibus, tum Hæreticis libenter tribuunt, si quid doctrinæ, virtutis aut laudis habent. Neque c. *inseparabilis*; sæpius namque conviciis proscin-

ſcindunt Eccleſiam. 14. *Infelix hoſtium exitus* non eſt Eccleſiæ nota a. *Eſſentialis*, quia ſunt & pereunt extra Eccleſiam; nec b *propria*, quia Chriſto, Apoſtolis &c. contigit exitus tragicus; neque nec c *inſeparabilis*, quia perſecutores ſicca & placida ſæpè morte decedunt. 15. *Felicitas temporalis* non eſt nota Eccleſiæ a. *Eſſentialis*, cùm conditio Eccleſiæ militantis ſit crux, *Matth. 16. v. 24. 2. Tim. 3. v. 12.* nec b *propria*, quia Mundo, Antichriſto, Babyloni propriè conveniunt gaudia *Ioh. 16. v. 20. Apoc. 18. v. 7.* nec c *inſeparabilis*, cùm nulla, aut dubia, inſidàque pax Eccleſiæ obtingat in terra. P.

D. *Neque ad Eccleſiæ conſtitutionem bonorum requiritur communio.* Rationes 1. Bona terrena, ſalvâ Conſcientiâ, emuntur, venduntur & poſſidentur, *1. Cor. 7. v. 30. 31. Luc. 12. v. 33. Act. 5. v. 4. c. 20. v. 33.* 2. Primis fidelibus bona non fuerunt communia; probatur exemplis Joſephi Arimathæenſis, *Matth. 27.* piarum mulierum, quæ Chriſto de facultatibus ſuis miniſtrârunt, *Luc. 8. v. 3.* Æthiopis Eunuchi, *Act. 8.* & aliorum. 3. Poſſeſſionum proprietas eſt juris Politici, quod Eccleſia non abrogat, *Matth. 22. v. 21. Rom. 13. 1.* 4. Diſtinctio dominiorum in Eccleſia lege ſancita eſt: Non furaberis, *Matth. 19. verſ. 18. Luc. 18. v. 20.* 5. Apoſtoli inſtituerunt Diaconiam

pauperum ex spontaneis collectis; *Act. 6. v. 2.3 Cap. 20.35. 2. Cor. 8. vers. 10. 11. Gal. 2. vers. 10. A.*

B. Ecclesia *tamen certo respectu rectè est, & dicitur communio Sanctorum etiam in corporalibus.* Communio sanctorum *primariò* consistit in bonis spiritualibus. Ab his siquidem & describitur in verbo. 1. *Cor. 10. vers. 16. 17. cap. 12. v. 21. & seqq. Eph. 4. v. 4. 5.* & declaratur in Symbolo. Nimirum quia dependet ex mystica unione Sanctorum cum Christo, tanquam capite, & inter se, tanquam membrorum ejusdem corporis. *Eph. 4. v. 12. 13. Cap. 5. v. 28 29 30.* quæ tota est spiritualis. *Secundariò* autem aut minus principaliter etiam ad bona corporalia sive ad τὰ βιωτικὰ extendi potest, veluti auctaria quædam & additamenta bonorum spiritualium, pietati promissa, *Matth. 6. v. 34.* 1. Tim. *4 v. 8.* Quæ quidem communia sunt sanctis, non κτήσει ac *possessionis proprietate*; ea quippe distincta est & manet etiam sub Evangelio, quod non abolet politias. *Matth. 22. v. 21. Actor. 5. v. 4.* Verùm χρήσει, *usu, fructu* ac *dispensatione*, ut aliorum necessitati impendantur ad deserviant. Et fit 1. cum pauperibus de nostro largimur, *Luc. 6. vers. 38.* 2. mutuum damus mutuantibus, *vers. 34. 35.* 3. quacunque alia ratione fratribus egenis succurrimus, *Matth. 25. v. 35. 36.*

XIII.

XIII. *Triumphans Ecclesia est, quæ* a *de carne, mundo ac Satana, triumphum in cœlis agit;* b *una cum capite suo Christo gloriosè regnans in secula seculorum.*

a. b. Heb. *12. v. 22. 23. 24.* Accessistis ad montem Sion, & civitatem Dei vivi, Hierusalem cœlestem, & myriadas Angelorum; conventum universalem, & concionem primogenitorum, qui conscripti sunt in cœlis, & judicem universorum Deum, & Spiritus Justorum consummatorum; Et ad novi pacti Mediatorem Jesum. 1. *Corinth. 15. v. 54. 55.* Absorpta est mors ad victoriam. Vbi tua, ô mors, victoria? Vbi tuus, ô sepulcrum, aculeus? *Apoc. 2. vers. 26. 27.* Si quis vicerit, & observaverit ad finem usque opera mea, dabo ei potestatem in gentes. Et reget eas virgâ ferreâ; & tanquam vasa fictilia conterentur; sicut & ego accepi à Patre meo.

Sedes loci hujus propria est in V. T. *Deut. 5. 6. 7. & seqq. Psal. 84. 87. & 122. Esaj. 2. 3. 4. 5. & cap. 49. in* N. T. *Matth. 16. vers. 17. 18. 19. cap. 28. vers. 18. 19. 20. Ioh. 10. Act. 2. Eph. 1. 2. & 4. capp.*

Locus

LOCUS XIV.

DE

Vocatione Ecclesiæ Militantis per Verbum & Sacramenta.

I. FVit Subjectum *Applicationis*. Modus *eius diversus est, pro diversa conditione vitæ, tam præsentis, quàm futuræ.*

1. *Corinth. 13. v. 12.* Cernimus nunc per speculum & per ænigma, tunc autem coràm cernemus: nunc novi aliquatenus, tunc verò amplius cognoscam, prout ampliùs edoctus fuero. *Eph. 5. v. 25. 26. 27.* Christus dilexit Ecclesiam, & exposuit semet ipsum pro ea: Vt eam sanctificaret, purificatam lavacro aquæ per verbum. Vt sisteret eam sibi gloriosam, idest, Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam. aut quicquam ejusmodi; sed ut sit sancta & inculpata.

II. *Prior quidem geminus censetur*: *Externus, & Internus.*

Esai. 59. v. 21. Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo; non recedent ex ore tuo, aut ex ore seminis tui, aut ex ore seminis seminis tui, ait Jehova, ex hoc tempore usque in seculum. *Marc. 16. vers. 20.* Ipsi

Ipsi egressi prædicârunt sermonem, Domino cooperante.

III. *Modus* Externus *partim* a *Vocatione Ecclesiæ*, *partim ejusdem* b *Gubernatione constat.*

a. *Matth.* 28. *v.* 19. 20. Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Docentes eos observare quæ præcepi vobis.

b. 1. *Timoth.* 3. *v.* 14. 15. Hæc tibi scribo, ut nôris, quomodo oporteat in domo Dei versari, quæ est Ecclesia Dei vivi. & v. 5. Si quis propriæ domui præesse nescit, quomodo ecclesiam Dei curabit?

IV. Vocatio *Ecclesiæ* a *externa & communis est, qua* b *Deus per prædicationem verbi olim* c *familias Patriarcharum ac* d *populum Israël, nunc* e *omnes promiscuè gentes*, f *ad resipiscentiam ac fidem invitat*; g *addita salutis, in Christo obtinendæ gratuitâ promissione.*

a. *Matth.* 20. *v.* 16. & cap. 22. v. 14. Multi sunt vocati, pauci electi.

b. *Heb.* 1. *v.* 1. Multis vicibus, multisque modis olim Deus locutus est Patribus in Prophetis, ultimis diebus hisce locutus est nobis in Filio.

c. *Genes.* 4. v. 26. Tunc cœptum est invocari nomen Jehovæ, *cap.* 9. v. 26. 27. Benedictus

nedictus Jehova Deus Semi : Alliciet
tum, ut habitet in tentoriis Semi.

d. *Exod. 19. v. 5. 6.* Vos eritis mih
lium præ omnibus aliis populis ; nam
tota terra. Vósque eritis mihi regnum
dotale, & gens sancta.

e. *Matth. 28. vers. 19.* Profecti do
mnes gentes. Marc. *16. v. 15.* Ite i
dum universum, prædicate Evangeliu
creaturæ.

f. *Gen. 17. v. 1.* Ego sum Deus o
tens : ambula coram me, & esto i
Marc. 1. vers. 15. Resipiscite, & credit
gelio.

g. *Genes. 17. v. 7. cap. 18. v. 18.* E
Deus tuus, & seminis tui post te ; & i
ne tuo benedicentur omnes gentes ter
3. v. 16. Sic Deus dilexit mundum, ut
suum unigenitum dederit, ut quisq
dit in eum non pereat, sed habeat vi
ternam.

CANONES.

A. *Gratia sufficiens, qua possit homo
modò velit, non datur.* Nota est distinct
tiæ in *sufficientem* & *efficacem*, usitata
ciis : quibus gratia *sufficiens* est, quâ
homo credere, modò velit. Hujusmo
tia non datur. 1. quia non est volen

currentis, sed miserentis, *Rom. 9. v. 16.* 2. quia fides sic est donum Dei gratuitum, ut non sit ex nobis, *Eph. 2. v. 8. 9.*

B. *Neque gratiæ sufficientis vocabulo intelligi potest vel donum creationis, vel doctrina aut suasio Legis.* Ita olim lusit Pelagius in vocabulo *gratiæ.* Illud enim nuspiam appellatur *gratia*: sed termino generaliori *auxilii, doni*, notari solet. Hæc verò etiam *gratiæ* opponitur, *Ioh. 1. vers. 17.* *Gratia* igitur tantum est Evangelii, propriè loquendo, & ad Evangelium pertinet: quod *sermo gratiæ* vocatur, *Act. 20. v. 32.*

C. *Est tamen gratia quædam sufficiens, eaque triplex, sed non omnibus communis 1. Externæ vocationis 2. internæ illuminationis. 3. Internæ renovationis & regenerationis.* Hæ omnes, inquam & singulæ dici quidem possunt sufficientes, suo modo: nulla autem est omnibus communis. *Prima est*, quâ Deus per media externa Verbi & Sacramentorum vocat ad fidem & conversionem. Hæc 1. rectè dicitur *gratia*; quia Evangelium, ejúsque prædicatio est singularis gratiæ opus: unde *Evangelium gratiæ, Act. 20. v. 24.* & *sermo gratiæ v. 32.* dicitur. 2. Est gratia *suo modo sufficiens*, videlicet tum in ordine causarum secundarum seu mediorum: quatenus præter illa nulla alia conversionis media requiruntur, *Esa. 5. v. 4, Luc. 16. v. 31.* tum

Patris, & Filii, & Spiritûs S. docentes e
servare omnia, quæ præcepi vobis. *A*
42. Perdurabant in doctrina &c. *Eph.*
5. Unum est corpus, & unus Spiritus
& vocati estis in unam spem vocationis v
Vnus dominus, una fides, unum bap
Cap. 5. vers. 26. Purificat Ecclesiam lava
quæ per verbum.

CANONES.

A. *Præmissæ tantùm sunt Veræ Ecclesi*
externæ. Ratio 1. Quia per eas tantùm Eccle
sibilis agnoscitur Neque enim Ecclesia f
externæ respectu quicquam aliud est,
cœtus fidelium veram Christi fidem ipsi
positam & prædicatam profitentium, ac
mentis legimè administratis utentium
Soli Ecclesiæ conveniunt & visibiles su
enim sola Ecclesia superstructa est Prop
& Apostolis; ita etiam sola habet sigil
deris, *Gen. 17. Matth. 26.* 3. Solæ sun
gulorum fidelium notæ; *Psal. 1. vers.*
Ioh. 8. vers. 47. cap. 10. vers. 27. Matth. 2
19. 20.

B. Disciplina *Ecclesiastica, diverso r*
vel ad bene esse facit Ecclesiæ, vel ad esse.
plina enim aut *strictè*. sumitur pro ce
excommunicationis, aut *laxè* pro ἐπαι

eis vitiorum atque ſcelerum, hoc eſt, eorum improbatione, damnatione, emendatione. *Priore* modo magis ad bene eſſe, quàm ad eſſe Eccleſiæ pertinet: quæ verbo & ſacramentis colligitur ac conſtituitur; diſciplina autem in flore ſuo ac vigore conſervatur. *Poſteriore* verò omninò neceſſaria eſt ad eſſe Eccleſiæ. Eſt enim altera pars verbi ſive miniſterium legis; eſt concio reſipiſcentiæ ac novæ obedientiæ, abſque qua Eccleſia non magis meretur nominis hujus axioma, quàm ſocietas furum aut latronum Reſpublica dici poteſt, &c.

C. *Notæ Bellarminianæ* 1. *Nomen Catholicum.* 2. *Antiquitas* 3. *Duratio diuturna & nunquam interrupta.* 4. *Amplitudo ſive multitudo credentium* 5. *Succeſſio Epiſcoporum.* 6. *Conſpiratio in doctrina cum Eccleſia antiqua & Patribus.* 7. *Unio membrorum inter ſe & cum capite.* 8. *Sanctitas doctrinæ.* 9. *Efficacia doctrinæ.* 10. *Sanctitas vitæ primorum authorum.* 11. *Gloria miraculorum.* 12. *Lumen Propheticum.* 13. *Confeſſio adverſariorum.* 14. *Infelix exitus eorum qui Eccleſiam oppugnant.* 15. *Felicitas temporalis, non ſunt genuinæ Eccleſiæ Notæ.* Rationes. 1. Tantâ pompâ Eccleſiam Scriptura nuſpiam exornat ac proinde tot notæ exinde erui non poſſunt 2. Non ſunt Eſſentiales, propriæ atque inſeparabiles. 3. Nomen *Eccleſiæ Ca-*

 tholicæ

tholicæ & *Christianorum* nec est nota a. *E*
lis, quia sæpe titulus est sine re *Apoc.*
b. nec *propria*, quia hoc nomen omn
Hæretici sibi arrogant : nec c *insepa*
quia in V. T. nec Christiana fuit ap
nec Catholica. 2. *Antiquitas*, non es
sentialis. Est enim Accidens rerum qua
bet, durationem aliquam existentiæ
tium. Nec b *propria*; cùm eadem n
tiquæ Serpentis Synagogæ conveniat
que c *inseparabilis*; quia Ecclesia nas
V. T. non fuit antiqua. 3. Neque
est nota a. *Essentialis*; Est enim accide
clesiæ Essentiæ ejus contradistinctum
que b. *propria*; cùm nec recenti au
conveniat Ecclesiæ, nec soli. Nequ
separabilis, ut exempla Ecclesiæ Veteris
væ ostendunt, quibus non un
tigit interruptio. 4. Neque *ampli*
varietas credentium nota est a. *Ess*
quia est pusillus grex, *Luc. 12. vers. 32.*
b. *propria*, nam Arianorum Ecclesia f
plissima: neque c *Inseparabilis*, qu
pore Noachi, Abrahami, Christi am
erat. 5. Neque *Successio Episcoporu*
lis & personalis est nota a. *Essentialis*, f
tingens, & præter naturam Ecclesiæ, q
est alligata ad unam sedem. Neque
pria, quia etiam Annas & Cajaphas

ſucceſſerant. Neque c. *inſeparabilis*, quia in primordiis naſcentium Eccleſiarum non eſt ſucceſſio. 6. Neque *Conſpiratio in doctrina cum Eccleſia antiqua* & Patribus poſt Apoſtolos nota eſt a. *Eſſentialis Eccleſiæ*, quæ ſuperſtruitur ſuper fundamentum Prophetarum & Apoſtolorum. Neque b. *propria*, quia illum conſenſum etiam Hæretici jactant: neque c. *Inſeparabilis*, ut quæ Patriarchali & Apoſtolicæ Eccleſiæ aptari nequit. 7. Neque *unio membrorum inter ſe & cum capite* extra veritatem & unicum caput, Chriſtum, eſt a. Nota *Eſſentialis*, ut docet Apoſtolus, *Eph.4. v.4.5. 6.* nec b. *propria*, quia etiam eſſe poteſt unio inter hæreticos: nec c. *inſeparabilis*, quia inter Catholicos ſæpe fuit diſſenſio 8. Neque *doctrinæ ſanctitas*, prout ab Adverſariis ſpectatur, nota eſt a. *Eſſentialis* Eccleſiæ, quæ ſancta vocatur *Sanctitate imputata*, non confeſſione, propriè loquendo: nec b *propria* quia profeſſio Sanctitatis doctrinæ, & ſpecies ſanctimoniæ in moribus, hæreticis quoque eſt communis: neque c. *inſeparabilis*, quia tandem evaneſcit, ſi Chriſtus hypocriſeos larvam detrahit. 9. Neque *efficacia doctrinæ*, qua brevi tempore multos ad ſe trahit eſt Eccleſiæ nota a *Eſſentialis*, quia non Eccleſiæ, ſed Dei in ea opus eſt: b. *propria*, quia etiam Pſeudoporphetę pollent erroris efficaciâ & brevi tem-

vi tempore multos occupant: Neque c. *insẽparabilis*, quia Deus nec semper, neque ubique, nec æquali gradu verbo Evangelii cooperatur. 10. *Neque Sanctitas vitæ* primorum Authorum & Patrum Religionis, nota est a. *Essentialis*, quia Ecclesia Catholica non sunt soli Episcopi aut Præsules: nec b *propria*, quia etiam Satanas se novit transformare in Angelum lucis, *2. Cor. 11. v. 14.* neque c. *inseparabilis*, quia diu stetit Ecclesia absque talibus Patribus. 11. *Gloria miraculorum non* est nota a. *Essentialis* quia pendent & dijudicanda sunt miracula ex Ecclesiæ doctrina. Nec b. *Propria*, quia etiam Hæretici edunt miracula neque c *Inseparabilis*, quia Ecclesia à multis Prophetis, etiam à Johanne Baptista collecta, nullis claruit. 12. *Lumen Propheticum*, non est nota á. *Essentialis*, quia ad charismata miraculosa pertinet ut species ad suum genus nec b *propria*, cùm etiam Dæmonibus, falsis Prophetis, concedatur à Deo, *Deut. 13. v. 2. Num. 23. v. 7.* nec c. *inseparabilis*, quia peculiariter fuit indultum Apostolicæ Ecclesiæ. 13. *Confessio adversariorum*, non est nota a *Essentialis*, ut pote testimonium externum ab extraneis profectum: nec b. *propria*, quia Christiani tum Gentilibus, tum Hæreticis libenter tribuunt, si quid doctrinæ, virtutis aut laudis habent. Neque c. *inseparabilis*; sæpius namque conviciis pro-

scin-

ſcindunt Eccleſiam. 14. *Infelix hoſtium exitus* non eſt Eccleſiæ nota a. *Eſſentialis*, quia ſunt & pereunt extra Eccleſiam; nec b *propria*, quia Chriſto, Apoſtolis &c. contigit exitus tragicus; neque nec c *inſeparabilis*, quia perſecutores ſicca & placida ſæpè morte decedunt. 15. *Felicitas temporalis* non eſt nota Eccleſiæ a. *Eſſentialis*, cùm conditio Eccleſiæ militantis ſit crux, *Matth. 16. v. 24. 2. Tim. 3. v. 12.* nec b *propria*, quia Mundo, Antichriſto, Babyloni propriè conveniunt gaudia *Ioh. 16. v. 20. Apoc. 18. v. 7.* nec c *inſeparabilis*, cùm nulla, aut dubia, inſidàque pax Eccleſiæ obtingat in terra. P.

D. *Neque ad Eccleſiæ conſtitutionem bonorum requiritur communio.* Rationes 1. Bona terrena, ſalvâ Conſcientiâ, emuntur, venduntur & poſſidentur, *1. Cor. 7. v. 30. 31. Luc. 12. v. 33. Act. 5. v. 4. c. 20. v. 33.* 2. Primis fidelibus bona non fuerunt communia; probatur exemplis Joſephi Arimathæenſis, *Matth. 27.* piarum mulierum, quæ Chriſto de facultatibus ſuis miniſtrârunt, *Luc. 8. v. 3.* Æthiopis Eunuchi, *Act. 8.* & aliorum, 3. Poſſeſſionum proprietas eſt juris Politici, quod Eccleſia non abrogat, *Matth. 22. v. 21. Rom. 13. 1.* 4. Diſtinctio dominiorum in Eccleſia lege ſancita eſt: Non furaberis, *Matth. 19. verſ. 18. Luc. 18. v. 20.* 5. Apoſtoli inſtituerunt Diaconiam

X 5 pau-

pauperum ex ſpontaneis collectis ; *Act. 6. v. 2. 3 Cap. 20. 35. 2. Cor. 8. verſ. 10. 11. Gal. 2. verſ. 10. A.*

B. Eccleſia *tamen certo reſpectu rectè eſt, & dicitur communio Sanctorum etiam in corporalibus.* Communio ſanctorum *primariò* conſiſtit in bonis ſpiritualibus. Ab his ſiquidem & deſcribitur in verbo. 1. *Cor. 10. verſ. 16. 17. cap. 12. v. 21. & ſeqq. Eph. 4. v. 4. 5.* & declaratur in Symbolo. Nimirum quia dependet ex myſtica unione Sanctorum cum Chriſto, tanquam capite, & inter ſe, tanquam membrorum ejuſdem corporis. *Eph. 4. v. 12. 13. Cap. 5. v. 28 29 30.* quæ tota eſt ſpiritualis. *Secundariò* autem aut minus principaliter etiam ad bona corporalia ſive ad *τὰ βιωτικὰ* extendi poteſt, veluti auctaria quædam & additamenta bonorum ſpiritualium, pietati promiſſa, *Matth. 6. v. 34.* 1. Tim. *4. v. 8.* Quæ quidem communia ſunt ſanctis, non *κτήσει* ac *poſſeßionis proprietate*; ea quippe diſtincta eſt & manet, etiam ſub Evangelio, quod non abolet politias. *Matth. 22. v. 21. Actor. 5. v. 4.* Verùm *χρήσει*, *uſu, fructu* ac *diſpenſatione*, ut aliorum neceſſitati impendantur ad deſerviant. Et fit 1. cum pauperibus de noſtro largimur, *Luc. 6. verſ. 38.* 2. mutuum damus mutuantibus, *verſ. 34. 35.* 3. quacunque alia ratione fratribus egenis ſuccurrimus, *Matth. 25. v. 35. 36.*

XIII.

XIII. *Triumphans Ecclesia est, quæ* a *de carne, mundo ac Satana, triumphum in cœlis agit;* b *una cum capite suo Christo gloriosè regnans in secula seculorum.*

a. b. Heb. *12. v. 22. 23. 24.* Accessistis ad montem Sion, & civitatem Dei vivi, Hierusalem cœlestem, & myriadas Angelorum; conventum universalem, & concionem primogenitorum, qui conscripti sunt in cœlis, & judicem universorum Deum, & Spiritus Justorum consummatorum; Et ad novi pacti Mediatorem Jesum. 1. *Corinth. 15. v. 54. 55.* Absorpta est mors ad victoriam. Vbi tua, ô mors, victoria? Vbi tuus, ô sepulcrum, aculeus? *Apoc. 2. vers. 26. 27.* Si quis vicerit, & observaverit ad finem usque opera mea, dabo ei potestatem in gentes. Et regat eas virgâ ferreâ; & tanquam vasa fictilia conterentur; sicut & ego accepi à Patre meo.

Sedes loci hujus propria est in V. T. Deut. 5. 6. 7. & seqq. Psal. 84. 87. & 122. Esai. 2. 3. 4. 5. & cap. 49. in N. T. Matth. 16. vers. 17. 18. 19. cap. 28. vers. 18. 19. 20. Ioh. 10. Act. 2. Eph. 1. 2. & 4. capp.

Locus

LOCUS. XIV.

DE

Vocatione Ecclesiæ Militantis [cut off] bum & Sacra- menta.

I. FVit Subjectum *Applicatio*[cut off] dus *ejus diversus est, pro diver*[cut off] *ditione vitæ, tam præsentis, quàm futuræ.*

I. *Corinth. 13. v. 12.* Cernimus n[cut off] speculum & per ænigma, tunc autem[cut off] cernemus: nunc novi aliquatenus, t[cut off] amplius cognoscam, prout ampliùs [cut off] fuero. *Eph. 5. v. 25. 26. 27.* Chris[cut off] xit Ecclesiam, & exposuit semet ipsum[cut off] Vt eam sanctificaret, purificatam lavac[cut off] per verbum. Vt sisteret eam sibi gl[cut off] idest, Ecclesiam, non habentem m[cut off] aut rugam, aut quicquam ejusmodi; [cut off] sancta & inculpata.

II. *Prior quidem geminus censetur:* [cut off] *& Internus.*

Esai. 59. v. 21. Spiritus meus, qui [cut off] & verba mea, quæ posui in ore tuo; [cut off] cedent ex ore tuo, aut ex ore seminis tu[cut off] ore seminis seminis tui, ait Jehova, ex [cut off] pore usque in seculum. *Marc. 16.*

Ipsi egressi prædicârunt sermonem, Domino cooperante.

III. *Modus* Externus *partim* a *Vocatione Ecclesiæ, partim ejusdem* b *Gubernatione constat.*

a. *Matth. 28. v. 19. 20.* Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Docentes eos observare quæ præcepi vobis.

b. *1. Timoth. 3. v. 14. 15.* Hæc tibi scribo, ut nôris, quomodo oporteat in domo Dei versari, quæ est Ecclesia Dei vivi. & v. 5. Si quis propriæ domui præesse nescit, quomodo ecclesiam Dei curabit?

IV. Vocatio *Ecclesiæ* a *externa & communis est, qua* b *Deus per prædicationem verbi olim* c *familias Patriarcharum ac* d *populum Israël, nunc* e *omnes promiscuè gentes,* f *ad resipiscentiam ac fidem invitat;* g *addita salutis, in Christo obtinendæ gratuitâ promissione.*

a. *Matth. 20. v. 16.* & cap. *22. v. 14.* Multi sunt vocati, pauci electi.

b. *Heb. 1. v. 1.* Multis vicibus, multísque modis olim Deus locutus est Patribus in Prophetis, ultimis diebus hisce locutus est nobis in Filio.

c. *Genes. 4. v. 26.* Tunc cœptum est invocari nomen Jehovæ, *cap. 9. v. 26. 27.* Benedictus

currentis, sed miserentis, *Rom. 9. v. 16.* 2. quia fides sic est donum Dei gratuitum, ut non sit ex nobis, *Eph. 2. v. 8. 9.*

B. *Neque gratiæ sufficientis vocabulo intelligi potest vel donum creationis, vel doctrina aut suasio Legis.* Ita olim lusit Pelagius in vocabulo *gratiæ.* Illud enim nuspiam appellatur *gratia*: sed termino generaliori *auxilii*, *doni*, notari solet. Hæc verò etiam *gratiæ* opponitur, *Ioh. 1. vers. 17.* *Gratia* igitur tantum est Evangelii, propriè loquendo, & ad Evangelium pertinet: quod *sermo gratiæ* vocatur, *Act. 20. v. 32.*

C. *Est tamen gratia quædam sufficiens, eaque triplex, sed non omnibus communis* 1. *Externæ vocationis* 2. *internæ illuminationis.* 3. *Internæ renovationis & regenerationis.* Hæ omnes, inquàm & singulæ dici quidem possunt sufficientes, suo modo: nulla autem est omnibus communis. *Prima est*, quâ Deus per media externa Verbi & Sacramentorum vocat ad fidem & conversionem. Hæc 1. rectè dicitur *gratia*; quia Evangelium, ejúsque prædicatio est singularis gratiæ opus: unde *Evangelium gratiæ*, *Act. 20. v. 24.* & *sermo gratiæ v. 32.* dicitur. 2. Est gratia *suo modo sufficiens*, videlicet tum in ordine causarum secundarum seu mediorum: quatenus præter illa nulla alia conversionis media requiruntur, *Esa. 5. v. 4, Luc. 16. v. 31.* tum

tum etiam ad ἀναπολογίαν ut reddant
mines inexcusabiles *Ioh. 15. v. 22.* Se
est gratia *omnibus & singulis communis.*
multi, non omnes, vocati, *Matth. 20.*
Sivit Deus præteritis ætatibus omnes
suis ipsarum viis ingredi, *Act. 14. v. 16. 17.*
adhuc facit in Turcis, Persis, Jndis. *S*
est, qua per Spiritum S. illustrantur n
in agnitionem veritatis, & de ea certò p
dentur. *Heb. 6. v. 4. 5. 6.* Hæc etiam
gratia, 1. Corinth. 12. v. 30. 31. Heb. 6. v.
Est etiam gratia *sufficiens* non simplicite
secundùm quid, tum ad cognitionem ver
Heb. 10. v. 26. & fidem temporariam. L
v. 13. tum ad ἀναπολογίαν Petro teste, 2
2. v. 20. 21. sed *non* est gratia *omnibus &*
lis communis; *Luc. 8. v. 13.* in parabola se
1. Cor. 12. v. 8. 9. 10. Tertia est, quâ renov
mente, voluntate, affectibus, & ad vita
ternam regenerantur per Spiritum S. *Ioh.*
Pet. 1. v. 3. Hęc est *singularis gratia Dei* *Tit.*
Pet. 1. v. 3. Est etiam gratia *sufficiens* ad
& conversionem, non *secundùm quid*, s
solutè & simpliciter ut quę eam efficit in
bus & singulis, quibus obtingit, fit enim p
ficacem tractum Dei, *Ioh. 6. v. 44.* aperi
corda, *Act. 16. v. 14.* & ex lapideis carne
cientis *Ezech. 36. v. 26. 27.* Sed *non* est
bus & singulis communis: quia pauci

Matth. 20. v. 16. & fides non est omnium, *2. Thess. 3. v. 2.* sed electorum, *Tit. 1. v. 1.*

D. *Vocatio Dei externa in incredulis inefficax est, tum ex parte Dei, tum etiam ex parte ipsorum incredulorum.* Ex parte *Dei*, quia vel mentes illorum non illuminat, ut cognoscant & assentiantur veritati : vel corda illorum non movet, flectit, renovat, ad ei credendum & obtemperandum, *Deut. 29. v. 3. 4. Es. 53. v. 1. Matth. 11. v. 25. 26. c. 13. v. 11.* Ex parte *ipsorum incredulorum* quia 1. *nolunt* credere & obedire Evangelio, *Matth. 23. v. 37. Luc. 19. v. 14. Rom. 10. vers. 21.* 2. Quia *non possunt* credere & obedire Evangelio, propter naturæ suæ corruptionem.

E. *Culpa tamen hujus infidelitatis non est Dei, sed hominum.* Non *illius*, quia nemini quicquam debet. *Rom. 11. v. 35.* sed sua dona pro beneplacito dispensat, *Matth. 20. v. 15.* Sed *horum*, tum quia tenentur obedire, & malitiose, contumaciter nolunt, tum quia non possunt suopte vitio, & propriâ culpâ.

F. *Neque verò Deus hominibus, dum promiscuè Evangelii gratiam quibusvis tum in verbo simplici, tum in Sacramentis offert, quam tamen omnibus conferre non constituit, illudit.* Rationes 1. Quia non offert gratiam suam *absolutè*, sed *sub conditione* fidei & Resipiscentiæ, *Marc. 1, v. 15.* Est igitur hypothesis, quæ nihil po-

nit, nisi ponatur conditio. Ea autem deficit ex parte hominis. 2. Quia eodem verbo, quo offert gratiam, simul declarat, quod non omnibus velit dare fidem, *Matth. 13. vers. 11.* quòd fides non sit omnium, *2. Thess. 3. vers. 2.* sed electorum; *Tit. 1. vers. 1.* 3. Docet easdem promissiones, licèt annunciatione sive prædicatione universales, effectu tamen non in omnibus sed in solis promissionis Filiis ratas esse, *Rom. 9. v. 6. 7. 8.* idque ex consilio & intentione Dei, *Matth. 10. vers. 13. Luc. 10. vers. 6. Es. 55. vers. 11.*

V. Verbo 1. *declarat* a *voluntatem suam, de genere humano lapso sibi reconciliando per & propter Christum.* 2. *mandat* b *vocatis omnibus & singulis, ut resipiscant, & in Christum credant* 3. c. *resipiscentibus & credentibus vitam æternam promittit*; d *impœnitentibus contra & incredulis mortem æternam comminatur.*

a. *Gen. 3. v. 15.* Semen mulieris conteret caput serpentis. *Ioh. 3. vers. 16.* Sic dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum dederit. *1. Tim. 1. v. 15.* Certus est hic sermo, & dignus omnibus modis qui recipiatur, Christum Jesum venisse in mundum, ut peccatores servaret.

b. *Gen. 17. vers. 9.* Tu fœdus meum servato, tu & semen tuum post te, per ætates suas. *Marc. 1. v 15.* Resipiscite & credite Evangelio.

c. *Marc.*

c. *Marc.16.v.16.* Qui crediderit & baptizatus fuerit, servabitur. *Rom.10.v.9.* Si credideris in corde tuo &c.

d. *Rom.2.v.5.* Pro duritie tua, & corde quod resipiscere nescit, thesaurum tibi recondis iræ in diem iræ, & patefactionis justi judicii Dei. *Marc.16.v.16.* Qui non crediderit, condemnabitur. *Ioh.3.v.18.* Qui non credit, jam condemnatus est; quia non credidit in nomen unigeniti Filii Dei.

VI. Sacramentis *deinde* a *illustrat & confirmat hanc voluntatem suam*, b *sub conditione eadem fidei ac resipiscentiæ. De quibus jam pluribus est agendum.*

a. 1. *Cor.5.v.7.* Pascha nostrum pro nobis sacrificatum est, Christus. *Gal.3.v.1.* Vobis, *scil. Galatis,* Jesus Christus ob oculos prius erat depictus, inter vos crucifixus.

b. *Marc.16.v.16.* Qui crediderit & baptizatus &c. *Act.2.v.38.* Resipiscite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomen Jesu Christi, in remissionem peccatorum.

VII. Sacramenta *sunt signa ac sigilla à Deo instituta, quibus promissio Evangelii de Christo, seu fedus gratiæ inter Deum & homines ipso mediatore initum, omnibus federatis sigillatim declaratur, applicatur, & obsignatur.*

Gen.17.vers.10.11.13. Hoc est fedus meum inter me & vos, & semen tuum post te, quod

servabitis, ut circumcidatur vobis omn
Circumcidetis carnem præputii vestri
signum fœderis inter me & vos, sic erit
meum in carne vestra. 1. *Pet.* 3. *v.* 21. Cu
po. nunc respondens exemplar Baptis
servat ; non quo carnis sordes abiiciun
stipulatio bonæ conscientiæ apud Deum

CANONES.

A. *Vox* Sacramenti *à sacrando dedu*
ἄγραφ☉. Apud authores profanos *pecun*
co sacro à litigantibus depositam, sign
item *militem*, mediante juramento
sacratum : denique *ipsum Juramentum*
Imperatori suo obstringebatur. Hin
prisci Patres in Ecclesia Latina, ad des
dum rituum Sacrorū usum traduxerun
Patribus Ecclesiæ Græcæ appellatio *Mys*
usu fuit. Neutra verò *propria* est, sed
utraque, illa *Metaphorica*, ista *Synec*
Proinde convenientiores omninò cer
sunt appellationes Scripturæ, in qua Sacr
ta σημεῖα σφραγῖδες *Rom.* 4. *vers.* 11. *di*
1. *Petr.* 3. *v.* 21. ὑποδείγματα *Heb.* 8. *v.* 5
vers. 23. dicuntur. Quia tamen prior il
go jam usu recepta est, nec à nobis reiic
sed ut *æquivoca* in significationes æquiv
distinguenda est. Sunt illæ *tres* potiss
Primo accipitur pro *signis* sive ritibus ex

ſecundò pro *re ſignata* interna, & *tertiò*, pro *u triusque* rei, externæ & internæ, ſigni & ſignati, *complexu*.

B. *Sacramenta ſunt actiones relativæ.* Quæri ſolet, inter ipſos etiam Orthodoxos ſintne Sacramenta relationes, an verò actiones? alii illud affirmant, alii hoc. Sed utrumque admitti poteſt. Sunt enim Sacramenta *actiones* σχετικαὶ ſeu relativæ, cujus nodi occurrunt plures.* Quia tamen relatio eſt formalis actio materialis tantùm Sacramenti, à relatione rectiùs Sacramenta denominantur, quàm ab actione.

C. *Sacramenta non tantùm ſunt notæ, ſive teſſeræ profeſſionis, ſed etiam teſtimonia ac ſigilla gratiæ Dei de remiſſione peccatorum ac regeneratio- Spiritûs.* Rationes 1. A definitione Sacramenti, quia ſunt ſigna ac ſigilla promiſſionis fœderalis, *Gen.* 17. v. 10, 11. *Exod.* 13. v. 9. 1. *Pet.* 3. v. 11. *Luc.* 22. v. 19. 2. A partibus Sacramenti *Eſſentialibus*, quæ ſunt Elementum & ritus circa illud, tanquam *ſignum*; & verbum promiſſionis, ſive promiſſio gratię tanquam res ſignata; quæ in omnibus Sacramentis diſtinctè proponuntur. In circumciſione *Gen.* 17. v. 10. 11. Paſchate, *Exod.* 12. v. 13. Baptiſmo, 1. *Pet.* 3. v. 21. Cœna, *Matth* 26. v. 26. 3. Sacramentis tribuuntur ſignati a. *Nomina Exod.* 12. v. 11. 1. *Cor* 10. v. 4. b.

 Effe-

Effecta *Act.* 22. v. 16. *Eph.* 5. v. 26. c. Adjuncta 1. Cor. 10. 16. 4. A pari, quia alia etiam signa promissionem obsignârunt; *Vide Iud. 6. v. 36. Es. 6. v. 5. 6. 7. Zach. 3. v. 3. 4.* 5. Sacramentum est juramentum Dei, quod nobis testificatur & obsignat veritatem promissionis. *Heb. 6. v. 16. 17. 81. S.*

D. *Sacramenti propriè sic dicti non sunt requisita octo*, ut nempe 1. Sacramentum sit signum. 2. sit sensibile 3. Sit voluntarium non naturale. 4. sit analogicum. 5. repræsentet vim sacram. 6. & quidem gratiam sanctificationis. 7. Efficiat gratiam suam vi sua, ut causa instrumentalis. 8. Sit denique ceremonia stata & solennis, hominem Deo consecrans; sed *sunt quatuor tantùm* 1. *Institutio divina*, *eàque immediata*. 2. *Elementum*, *sive signum*. 3. *Verbum promissionis gratiæ*. 4. *Status videlicet*, *ac ordinarius ejus usus in Ecclesia*. Rationes 1. Quatuor illis conditionibus constat ac cognoscitur veritas Sacramenti. Illis enim *intrinsecè* & *extrinsecè* constituitur Sacramentum propriè sic dictum. *Intrinsecè* quidem, ex elemento sive ritu, & verbo promissionis gratiæ, tanquam partibus Essentialibus. *Extrinsecè* autem dependet ab institutione divina, tanquam *caussa efficiente* immediata, & à testificationis atque obsignationis

tionis usu stato & ordinario in Ecclesia, tanquam proximo *fine*. 2. His conditionibus distinguitur Sacramentum *univocè* sic dictum qualia fuerunt diluvium; transitus per mare rubrum, lotio pedum &c. ab æquivocè sic appellato. 3. Perficiunt & absolvunt Sacratum, tanquam causæ internæ & externæ. 4. Omnibus V. & N. T. Sacramentis in genere communia sunt. Communis est *institutio* divina, *Gen. 17. Exod. 12. Matth. 28.* Commune est signum aliquod externum una cum annexo ritu. Commune est *verbum promissionis* gratiæ de circumcisione cordium *Deut. 30. v. 6.* de Christo agno victimali pro peccatis nostris, *1. Cor. 5. 6. 7.* de ablutione à peccatis per sanguinem & Spiritum Christi, *Act. 22. vers. 16.* itémque de corpore Christi fracto pro nobis ac sanguine fuso. *Usus* quoque utriusque generis Sacramentorum, status ac ordinatus fuit, & est Ecclesiæ com[illegible]nis. P.

E. *Sacramenta etiam in statu Integritatis habuerunt locum.* Sacramenta testantur de gratiæ Dei vel Creatoris *absolutè*, vel Redemtoris *relatè* in Christo. *Posterioris* generis nec fuisse nec esse potuisse certum est. Sed *primi* generis fuit arbor vitæ, obsignans promissionem vitæ primis nostris parentibus, quam diu

in Dei obſequio perſeverabant: ut alibi oſtendimus.

F. *Verbum Sacramentorum, & concionale vel idem eſt vel diverſum.* Verbum Sacramentorum propriè, eſt *verbum inſtitutionis*; Verbum concionale, *promiſſio Evangelii*, quatenus pro concione explicatur. Hoc ſenſu idem utrobique eſt verbum. Quia, quod docet Evangelium, declarant, confirmant Sacramenta. Cæterùm, ſi cum Pontificiis *verbum Sacramentorum* accipiatur pro verbo conſecratorio & operatorio, quod arcanam quandam vim inſpiret elementis, ut fiant Sacramenta; non modo idem non eſt cum concionali, ſed ne Sacramentale quidem: utpote non dictum à Christo, nec ſcriptum ab Apoſtolis, ſed humana ſuperſtitione excogitatum.

VIII. *Horum* Efficiens Principalis *eſt Deus* [illegible] *Chriſto*; b *Adminiſtra dicuntur, quicun-* [illegible] *miniſterium Evangelii, ex Dei vocatione, exercuerunt, & exercent.*

a. *Geneſ. 17. verſ. 9. 10.* Abrahamo dixit Deus: hoc eſt fœdus meum inter me & vos, & ſemen tuum poſt te, quod ſervabitis, ut circumcidatur vobis omnis mas. *Exod. 12. v. 1. 3.* Allocutus fuit Jehova Moſen & Aaronem, dicendo: Accipiant ſibi quiſq; parvam pecudem. *Matth. 28. v. 18. 19.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo

cœlo & in terra. Profecti ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. 1. *Cor. 11. v. 23.* Accepi à Domino, quod & tradidi vobis; Dominum Jesum ea nocte, qua proditus est, accepisse panem &c.

b. *Matth. 28. v. 19.* Profecti &c. 1. *Cor. 4. verf. 1.* Sic de nobis reputet homo, ut de ministris Christi, & dispensatoribus mysteriorum Dei.

IX. Materia *externa est* a *signum ac sigillum, sive elementum externum una cum ritibus. Interna est* b *fœdus gratiæ, seu* c *promissio Evangelii, de remissione peccatorum, regeneratione Spiritûs, & vita æterna, per & propter Christum; quæ res signata appellatur.*

a. *Genes. 17. v. 11.* Circumcisio est signum fœderis inter me & vos. 1. *Pet. 3. v. 21.* Cui nunc respondens exemplar &c. *Luc. 22. v. 19.* Hoc facite ad mei commemorationem.

b. *Gen. 17. v. 7.* stabilio fœdus meum inter me & te, ac semen tuum post te, per ætates suas, ut fœdus sit perpetuum, me esse tibi Deum & semini tuo post te. *Matth. 26. verf. 28.* Hic est sanguis meus novi fœderis, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.

c. *Rom. 4. v. 11.* Signum accepit circumcisionis, sigillum justitiæ fidei, receptæ in præ-

putio. *Marc. 16. vers. 16.* Qui crediderit &c. *Eph. 5. vers. 26. 27.* Ut eam, *scil. Ecclesiam*, sanctificaret &c.

X. Forma *est rei signatæ per signum & sigillum, sive promissionis Evangelii per verbum ac ritus, tum* a *declaratio, ut faciliùs pleniùsque intelligatur; tum* b *obsignatio, ut firmiùs credatur; idque* c *virtute Spiritus S. per ea efficacis in legitimo usu. Vnde pendet* Phraseologia Sacramentalis; d qua nomen aut proprietas rei signatæ, per metonymiam Scripturæ usitatam, signo tribuitur.

a. *Deut. 30. vers. 6.* Circumcidet Jehova Deus animun tuum, & animum seminis tui, ad diligendum Jehovam Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ut vivas. 1. *Cor. 5. vers. 7.* Pascha nostrum &c. 1. *Petr. 3. vers. 21.* Non quo carnis sordes abiiciuntur &c.

b. *Rom. 4. v. 11.* Signum accepit circumcisionis *Act. 2. v. 38.* Resipiscite, & baptizetur unusquisque vestrum &c. 1. *Cor. 10. v. 16. 17.* Poculum benedictionis, cui benedicimus, nonne communio sanguinis Christi est? panis quem frangimus nonne communio corporis Christi est? Quoniam unus est panis, unũ corpus nos illi multi sumus: nam omnes ex uno illo pane participamus.

c. *Rom. 2. v. 28. 29.* Non quæ est in propatulo

patulo circumcisio, id est in carne, circumcisio est; sed circumcisio cordis, in Spiritu, non litera. *Tit. 3. v. 5. 6.* Servavit nos per lavacrum regenerationis, renovationis Spiritûs S, quem effudit in nos copiosè. *Ioh. 6. v. 63.* Spiritus id est, quod vivificat; caro non prodest quicquam, verba, quæ ego loquor vobis Spiritus sunt, & vita sunt.

d. *Genes. 17. v. 10.* Circumcisio est fœdus. *Exod. 12. v. 11.* Agnus est Pascha. *Act. 22. v. 16.* Baptismus est ablutio à peccatis. *Tit. 3. v. 5.* lavacrum regenerationis. 1. *Cor. 11. v. 24. 25.* panis est corpus Christi: Vinum, novum Testamentum per sanguinem ejus *vers. 27.* Indigne edens, bibens reus est corporis & sanguinis Domini.

CANONES.

A. *Falsum est Reformatos docere, Fidem esse formam Sacramenti.* Forma Sacramenti ex mente Reformatorum sita est in analogia sacramentali: etiam ipsorummet adversariorum confessione; qui eam oppugnant. Sed Fides nobis non est *analogia sacramentalis.* Ergo nec est forma Sacramenti. Quid igitur? Fides, juxta *Augustinum*, imò *Paulum Gal. 3. v. 25. 26.* alia est, *qua* creditur. *Illa* est conditio annexa verbo promissionis, *Marc. 16. vers. 16.* quod non absolutè, sed conditionatè proponitur

nitur in Evangelio, *Rom. 10. v. 8. 9.* Hæc est conditio requisita in persona utente Sacramentis; ut usus ille sit tum legitimus, tum etiam salutaris, *Act. 2. v. 41. cap. 8. v. 37.* & passim; qua de re plura infra.

B. *Phraseologia Sacramentalis duplex est: Propria & tropica.* *Propria* est, cùm, quod signi est, signo; quod signati, signato tribuitur: ut, Circumcisio est signum fœderis, *Gen. 10. v. 11.* sigillum justitiæ, *Rom. 4. vers. 11.* Sanguis Christi mundat nos ab omni peccato, *1. Ioh. 1. v. 7.* *Impropria* est, cùm, quod signi est, signato, & quod signati est, signo tribuitur. Scholæ *Metonymiam, Sacramentalem* vocant, quæ *duplex* inde constituitur: alia ad *Metonymiam subjecti*, *alia* ad *Metonymiam adjuncti* pertinens. Ad *Metonymiam subjecti*, cùm signo tribuitur nomen, effectum, vel adjunctū signati: ut, Circumcisio est fœdus, *Gen. 17. v. 10.* Agnus Paschalis est transitus, *Exod. 12. v. 21.* Panis est corpus Christi, *Matth. 26. v. 26.* Baptismus est ablutio peccatorum *Act. 22. v. 16.* Ad Metonymiam *adjuncti*, cùm quod signi est, signato tribuitur, ut Christus est Pascha, *1. Cor. 5. v. 7.* Christus est agnus mactatus ab origine mundi, *Apoc. 13. v. 8.* Corpus Christi in cœna frangitur. Licèt autem phrases figuratæ reducendæ sint & resolvendæ in proprias, ne quid latentis ἐνεργείας affingatur Sacramentis, ipsaque ex opere operato confer-

conferre gratiam putentur; Scriptura tamen, ob declarationis evidentiam, obsignationisque certitudinem, quæ est in legitimo usu, illis magis, quàm his utitur.

XI. Finis *est* a *gloria Dei*, *&* b *ædificatio Ecclesiæ ad salutem, quæ est in Christo.*

a. *Luc. 22. v. 19.* Hoc facite ad mei commemorationem. 1. *Corinth. 11. vers. 26.* Quotiescunque ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciabitis, usque quò venerit.

b. *Heb. 6. v. 17. 18.* Qua in re Deus volens ex abundanti hæredibus promissionis ostendere immutabilitatem consilii sui, fidejussit jurejurando; ut per duas res immutabiles, in quibus fieri non potest ut mentitus sit Deus, validam consolationem habeamus. *Act. 2. vers. 38.* Resipiscite, ac baptizetur unusquisque &c. 1. *Pet. 3. vers. 21.* Cui nunc respondens &c.

XII. Effecta *sunt* a *confirmatio fidei de nostri cum Christo communione*, b, *testificatio pietatis & gratitudinis in Deum*, *&* *publica* c *fidei ac charitatis professio.*

a. *Rom. 4. vers. 11.* Signum accepit circumcisionis &c. 1. *Cor. 10. v. 16. 17.* Poculum benedictionis cui benedicimus, nonne communio &c.

b. 1. *Cor.*

b. 1. *Cor. 11. verſ. 26.* Quotiescunque ederitis &c.

c. *Marc. 16. verſ. 16.* Qui crediderit & baptizatus &c. *Act. 2. verſ. 41.* Quotquot libenter receperunt ſermonem, baptizati ſunt.

CANON.

Fides, prout vel objectivè conſideratur, vel ſubjectivè, ita vel ad Eſſentiam Sacramentorum pertinet; vel neceſſarium ejus eſt requiſitum. Nata eſt hæc diſtinctio, ex controverſia, de efficacia Sacramentorum ex opere operato. Unde cœptum diſputari, Num fides ſit de Eſſentia Sacramenti? *Objectivè* igitur conſiderata *fides* in verbo, tanquam conditio neceſſaria fœderis Evangelici, ſub qua promiſſio gratiæ de remiſſione peccatorum, & Regeneratione Sp. S. tum facta in verbo, tum obſignata in Sacramentis, pertinet *ad eſſentiam* Sacramenti, tanquam conditio Eſſentialis. 1. Fides eſt conditio N. Fœderis Eſſentialis: E. & Sacramenti, quod Fœderi confirmationis ergò additur, *Marc. 1. v. 15.* 2. Fides in Sacramenti definitione continetur, *Rom. 4. v. 11. Marc. 16. v. 16.* 3. Sublata conditione fidei, tollitur Sacramentum, *Marc. 16. verſ. 16.* *Subjectivè* verò ſpectata fides, quatenus eſt habitus, vel actus cre-

credentis, non est Sacramento Essentialis; est verò necessarium requisitum ad salutarem Sacramenti usum. Ratio *prioris*, quia fides est in corde, non in Sacramento. *Posterioris* probatur 1 Dictis scripturæ, *Marc. 16. v. 16. Act. 8. v. 36. 37. Rom. 4. v. 11.* 2. Axiomate Theologico. Sacramenta sine fide utentis sunt inanes ceremoniæ. 3. Est necessarium requisitum accipiendæ promissionis in verbo. Est enim hypothetica promissio gratiæ fidem requirens.

XIII. Subjectum *est Ecclesia V. & N. T. cui instituta sunt Sacramenta, atque etiam juxta institutionem divinam dispensantur.*

Eph. 5. vers. 25. 26. Christus dilexit Ecclesiam &c. *Act. 2. vers. 41.* Quotquot libenter receperunt sermonem baptizati sunt; & additæ sunt Ecclesiæ animæ quasi ter mille.

XIV. Adjuncta *sunt, quod signa* a *sacra,* b *visibilia sive sensibilia, itemque* c *ordinaria appellantur.*

a. *Eph. 5. v. 26.* Sanctificat lavacro aquæ per verbum. 1. *Cor. 10. v. 21.* Poculum Domini, mensa Domini.

b. *Rom. 2. v. 28.* Non quæ in propatulo circumcisio, circumcisio est. *Ioh. 1. vers. 26.* Ego baptizo aqua.

c. *Matt.*

c. *Matth. 28. v. 19. 20.* Docete,b
ego vobiscum sum usque ad consu
nem seculi. 1. *Cor.* 11. *v. 26.* Morten
ni annunciat, usque quò venerit.

XV. *Distinguuntur Sacramenta in*
Testamenti : Illa *Christum venturum*, *j*
bitum testificantia.

1. *Cor. 10. v. 1. 2. 3. 4.* Nolim vos i
fratres, Patres nostros omnes sub illa n
se, omnes per mare transivisse : E
in Mosen Baptizatos esse nube & ma
omnes eandem escam spiritualem edi
omnes eundem potum spiritualem
Bibebant enim ex sequente spiritual
Petra verò illa erat Christus. *Col. 2.*
13. In Christo circumcisi estis circu
ne, quæ fit sine manibus, corpore pecc
carnis exuto per circumcisionem Chr
consepulti per baptismum, per quem
cum eo suscitati estis, per fidem effica
virtutis Dei, qui suscitavit eum ex m
Vósque mortuos in offensis, & præpu
nis vestræ, cum eo vivificavit, vobis co
tis omnibus offensis. 1. *Cor.* 12. *v.* 1
unum Spiritum nos omnes in unum
baptizati sumus, & Judæi & Græci, &
liberi, & omnes potati sumus in unu
ritum.

C

C A N O N E S.

A. *Differentia Sacramentorum Veteris & Novi Testamenti non consistit in eo, quòd illa adumbrâvint gratiam, hæc contineant; illa figuram, hæc ipsum corpus habeant; eandem enim gratiam significârunt & obsignârunt, etsi quoad signa & circumstantias diversimodè.* Rationes 1. Re signata & effectu conveniunt 1. *Cor. 10. v. 1. 2. 3. 4.* Paulus Veteribus Baptismum & Cœnam nostram, suo modo, tribuit. 2. Sacramenta tam veteris, *Rom. 4. v. 11.* quàm N. T. *Act. 2. v. 28.* principaliter obsignârunt justitiam fidei. 3. Scriptura fidelibus V. T. tribuit Sacramenta N. T. 1. *Cor. 10. v. 1. 2. 3. 4. Eph 4. 5.* & vicissim, *Col. 2. vers. 11.* non ratione signi, se rei significatæ. 4. Conveniunt verbo promissionis, *Genes. 17. v. 7. Act. 2. v. 38. 39. Rom. 4. v. 10.* 11. 23. *Gal. 3. v. 29.* P. L.

B. *Analogia proinde Sacramentalis non minus convenit Sacramentis Novi, quàm Veteris Testamenti.* Rationes 1. Analogia Sacramentalis est forma generica omnium Sacramentorum. 2. Sacramenta V. & N. T. Substantiâ conveniunt. E. & analogia Sacramentali. 3. à nominibus Sacramentorum N. T. Sic baptismus vocatur *ἀντίτυπον*, 1. *Pet. 3. v. 21.* Cœna, *μνημόσυνον*. At hæc necessario important analogiam. 4. Ab analogia expressa in S. Sc.

tam de Baptismo, *Rom.6.v.2.3.4.* quàm S
1.Cor.11.v.24.25.1.Cor.10.v.16. 5. A dicto
Si Sacramenta similitudinem quandam
rerum non habeant ; quarum Sacr
sunt, omnino Sacramenta non essent
23. ad Bonifac. L.P.

C. Ut *autem Sacramenta utriusqu*
menti in multis conveniunt ; ita in mult
runt. Convenientia est in *efficiente* Deo
riâ internâ, quæ est gratia ipsius in C
formâ communi & fine: *differentia* au
materia externa, sive signis Sacrament
in materia interna, quoad ejus modu
est Christus venturus & exhibitus ; in
cia ; in *subjecti* amplitudine ; & *clarit*
obscuritatis, difficultatis & facilitatis, &
que *durationis* adjunctis spectatur. E
tem alia aliis successerunt, Baptismus Ci
cisioni, *Coloss. 2.v.11. 12.* Cœna Domini
schati, *Luc. 22. v. 15.* non tamen su
runt ut corpus umbræ, signatum signo
ritus *novi*, ritibus *veteribus* ; ut figuræ
res de re præterita, figuris *obscurioribus*
dem adhuc futura ; 1. *Pet. 3. v. 21.* Ali
Sacramenta V. Test. non fœderis, sed
mentorum N. Test. sigilla fuissent.
cramenta Nov. Test. *χρεῖαν* duplicem s
nerent, alteram signi ad Christum, alter
Vet. Test. Sacramenta : quod est contr
p

pturam, *Genes.* 17. v. 11. 1. *Cor.* 5. v. 7. *cap.* 10. v. 16. *cap.* 11. v. 24. 25.

XVI. *Sacramenta* V. T. *præcipua fuerunt* Circumcisio, *& Pascha sive* Agnus *Paschalis*.

Vide *Gen.* 17. *& Exod.* 12. *cap.*

XVII. Circumcisio *erat, qua* a *amputatione præputii in masculis* b. *cooptatio in fœdus gratiæ, nec non* c *amputatio peccatorum per sanguinem & Spiritum Christi venturi.* d *Israëlitis olim adumbrata confirmataq; fuit.*

a. *Gen.* 17. v. 11. Circumcidetis carnem præputii vestri v. 12. Omnis mas circumcidetur.

b, *Ibid.* v. 11. Ut sit signum fœderis inter me & vos.

c. *Deut.* 30. v. 6. Circumcidet Jehova &c *Col.* 2. v. 11. circumcisi estis, circumcisione quę fit sine manibus.

d. *Rom.* 2. v. 28. 29. Non qui in propatulo Judæus, Judæus est; nec ea, quæ est in propatulo circumcisio, i. e. in carne, circumcisio est: sed qui in occulto Judæus est, & circisio cordis, id est in Spiritu, non litera; cujus Judæi laus non est ex hominibus, sed ex Deo. *Rom.* 15. v. 8. Christus minister circumcisionis, *hoc est, Judæorum circumcisorum.*

XVIII. Pascha *erat, quo* a *agni mactatione ac manducatione* b *Israëlitis adultis utriusque*

sexûs c *liberatio ex Ægypto, præcipuè tamen* d *redemtio per Christum, tanquam victimam, ejúsque* e *communio significabatur & obsignabatur.*

a. *Exod. 12. v. 3. 4. & seqq.*

b. *Ibid. iisdemque versibus.*

c. *Ibid. v. 12. 13. 14.*

d. 1. *Cor. 5. v. 7.* Pascha nostrum &c. 1. *Pet. 1. vers. 18. 19.* Redemti estis pretioso sanguine *nempe* Christi. *Ioh. 19. v. 36.* Non frangetis ei ullum os.

e. 1. *Cor. 5. vers. 8.* Festum agitemus, non fermento veteri, nec fermento malitiæ & nequitię, sed non fermentatis panibus sinceritatis & veritatis.

XIX. *Sacramenta N. T. tantum duo sunt:* Baptismus & S. Cœna. Vide *Matth. 28. v. 19, & cap. 26. vers. 26. 28. 1. Cor. 13. vers. 13.* Per unum &c.

CANONES.

A. *Sacramenta N. T. tantùm sunt signa & sigilla gratiæ, gratiam autem re ipsa in se non continent.* Rationes 1. Quia tantùm declarant & obsignant gratiam. *Probatur*: a. Sacramenta nuspiam vehicula, sed signa & sigilla gratiæ vocantur. b. Sigilla, fœderis conditiones & beneficia fœderalia non continent, nec operantur; sed tantùm obsignant. c. De simili-

bus

bus idem judicium. Alia Sacramenta, ut Iris &c. vim tantùm habent obsignandi. 2. Gratiam in subjecto præsupponunt, aut præexigunt; quia Deus Sacramenta non *adultis promiscuè*, sed iis, qui antea instituti credunt; nec *infantibus promiscuè*: sed infantibus fidelium ea conferri vult. 3. Verbum visibile non confert gratiam, *Ratio*; quia neque verbum audibile confert; neque enim prodest sermo auditus, nisi fide contemperetur, *Heb.4. vers. 2.* 4. Gratia iis alligata non est a. Deus est agens liberrimum. b. Conferre gratiam justificantem, insita virtute, Dei proprium est. c. Sine gratia justificante nullus potest servari: sed sine Sacramentis servatus fuit latro in cruce. d. Gratia justificans separatur à Sacramentis, quoties vera fide non accipiuntur. P. L.

B. *Cùm duo tantùm sint* N. T. *Sacramenta, propriè edicta, Baptismus & Cœna Domini; talia ergo esse non possunt Confirmatio, Pœnitentia, Extrema Unctio, Ordinatio & Matrimonium.* Rationes 1. Duobus solum convenit definitio Sacramenti. 2. Duo tantùm Christus instituit *Matth. 28. vers. 9. c. 26. vers. 24. 25. 26.* 3. Ipse plurium non est factus consors, *Matth.3.& 26.* 4. Apostoli non plura ordinârunt aut usurpârunt. 5. Baptisma & Cœna tantùm conferuntur cum Sacramentis V. T. 1. *Cor. 10 v. 1.*

 seqq.

seqq. 6. plura *κοινωνίας* cum Christo nostræ symbola nec Paulus, nec quisquam Apostolorum commemorat. 7. Sufficienter & adæquatè nobis declarant mysterium tum *regenerationis*, tum Spiritualis *nutritionis*. 8. Intra millesimum à Christo annum nullus Patrum fuit; qui septem N. T. Sacramenta propriè dicta statuerit vel admiserit. 9. Essentialis definitio & requisita quinque illis non conveniunt: ut prolixè probatur. *Elench. Vet. p. 601. Nova. p. 587. P.*

C. *Baptismus, Confirmatio, Ordo, neque ullum N. T. Sacramentum Characterem animæ indelebilem imprimit.* Rationes 1. *Confirmatio & ordo* non sunt Sacramenta; adeóque non Entia. E. nulla ipsis accidentia. Baptismus verò ad hanc operationem non est ordinatus. 2. Character hic Sacramentalis non pendet à divina institutione in N. T. neque enim ad signum pertinet, neque ad rem significatam. 3. Eucharistia non imprimit Characterẽ E. nec baptismus. 4. Charecter est signum relativum; Pontificiorum character non consistit in relatione, sed in absoluta qualitate 5. Character ille deletur ipso actu; Docent enim Pontificii, a. omnem internam gratiam, animo inditam, *sæpe amitti*; *semper* autem *posse* amitti. b. Pro laicis eos habendos qui olim in Ecclesia Romana sacerdotio functi, E-

vange-

vangelium inter Reformatos prædicant. c. Tria illa officia, quorum gratia confertur character in Hæreticis & Apostatis planè cessare. P.

D. *Neque lotio pedum est Sacramentum propriè dictum.* Rationes 1. Fuit factum Christi singulare, & illius duntaxat temporis. 2. Non est signum ac sigillum gratiæ Dei in Christo. 3. Ablutionem à peccatis testari, est Baptismo proprium. A.

XX. Baptismus *est Sacramentum regenerationis, quo per* a *adspersionem & ablutionem aquæ,* b *omnibus ac singulis Dei fœderatis declaratur &* *obsignatur* c *interna ablutio à peccatis,* d *per sanguinem ac Spiritum Christi.*

a. *Matth. 3. vers. 11.* Ego baptizo aquâ. *Act. 22. vers. 16.* Baptizator & abluitor à peccatis tuis.

b. *Matth. 28. vers. 19.* Docete omnes gentes, baptizantes eos. *Act. 2. vers. 38.* Baptizetur unusquisque vestrum in nomen Jesu:

c. *Act. 22. v. 16.* Abluitor à peccatis tuis. *Tit. 3. vers. 5.* Servavit nos per lavacrum regenerationis.

d. 1. *Cor. 6. v. 11.* Abluti estis, sanctificati estis, justificati estis, in nomine Domini Jesu & per Spiritum Dei nostri. 1. *Ioh. 1. vers. 7.*

Sanguis Jeſu Chriſti filii Dei purgat nos ab omni peccato.

C A N O N E S.

A. *Baptiſmi vox homonyma eſt.* Vox Βαπτισμὸς & Βάπτισμα eſt à βαπτίζειν & βάπτειν: & propriè. *merſionem*, impropriè, per Metonymiam finis, *lotionem*, *Marc. 7. v. 4.* per Metonymiam adjuncti, *doctrinam*, illo ritu confirmatam, *Act. 18. v. 25.* per Metaphoram, *afflictiones* & Martyria piorum, *Matth. 20 v. 22. 23.* itémque effuſionem donorum Spiritus S. *Act. 1. verſ. 5.* per Synecdochen denique, *primum* N. Teſt. Sacramentum, lavacrum illud aquæ & regenerationis, *Eph. 5. v. 26. Tit. 3. v. 5.* ſignificat.

B. *Adſperſio aquæ, immerſionis loco apud nos adlibita, legitima eſt.* Baptiſmus olim in calidioribus locis peragebatur *immerſione* in aquam, morâ ſub aquâ, & emerſione ex aqua: ut docet praxis Joannis Baptiſtæ, *Matth. 3. v. 6. 16. Ioh. 3. v. 23.* Apoſtolorum Chriſti, *Ioh. 3. v. 22. cap. 4. v. 1. 2.* & Philippi, *Act. 8. v. 38.* atque etiam rituum horum ſignificatio *Rom. 6. verſ. 4.* Nunc verò, locis præſertim frigidioribus, fit ea per *ſolam adſperſionem*, alibi *unam*, ad denotandam eſſentiæ Divinæ unitatem, *alibi trinam*, ad perſonarum in ea Trinitatem deſignandam. Quod ipſum ut inſtitu-

ſtitutioni Chriſti minimè repugnat, ita exemplis Eccleſiæ Apoſtolicæ, & primitivæ eam ſecutæ, confirmari poteſt. Etenim verbum *βαπτίζεσθαι*, Phraſi Scripturæ, non tantùm ſignificat *immergere*, *Matth. 3. v. 16. Act. 8. v. 38.* ſed etiam *adſpergere*, Marc. 7. v. 4. *Luc. 11. v. 38.* Et Apoſtoli, qui uno non integro die ter mille baptizârunt, *Act. 2. v. 41.* immergendo certè baptizare ſingulos nequiverunt. Ut nihil nunc dicam de Baptiſmo domatim ab ipſis adminiſtrato, ubi ſemper adfuiſſe neceſſariam ad immerſionem aquæ copiam, probabile non eſt, maximè ſi ex inopinato res gereretur, ut *Act. 16. v. 27. & ſeqq.* Poſtremò, cùm in Eccleſia primitiva *Clinici* multi legantur baptizati, nemo tam rerum eſt imperitus, qui non agnoſcat, pro immerſione adſperſionem circa ipſos uſurpatam fuiſſe.

C. *Baptiſmus non eſt ritus temporarius, nullo præcepto Chriſti commendatus, ſed tantùm ab Apoſtolis uſurpatus.* Rationes 1. Eſt Sacramentum N. T. teſtificans vel obſignans oblationem à peccatis, & regenerationem Sp. S. 2. Chriſtus eum diſertis verbis inſtituit, *Matth. 28. v. 19.* 3. Apoſtoli in nomine Chriſti baptizârunt & Baptiſmum imperârunt. 4. Eſt inſtitutus divinitus in uſum ordinarium totius Eccleſiæ N. T. uſque ad conſummationem ſeculi, neque enim ante deſinet, quàm cœna, cui pla-

nè par est, mystica gratiæ testification
signatione, 1. *Cor.12.v.13. S.*

D. *Baptismus rectè dicitur signum a*
peccatorum. Rationes. 1. vocatur ἀἰ
est signum, (sunt enim æquipollentia
sitionis sordium animæ, 1. *Pet.3.v.21.*
cumcisio fuit signum ablutionis pecc
Gen.17.v.10. 11. E. & baptismus, *Col.*
12. 3. Ablutio peccatorum *propriè* tr
sanguini Christi; Sacramentis tanqu
ganu confirmantibus. 4. Baptizati adu
jam sunt à peccatis, quia vocantur cre
Marc.16. v.16. Act. 2. v.37.38. Ablutio
fit per fidem, *Act.15.v.9.* L.

E. *Calumnia est, Reformatos verbis p*
re verò negare, sanguinem Christi esse part
stantialem Baptismi. Hanc quidam calu
fabricant ex eo, 1. quia sanguis Christ
eos non amplius sit in terris 2. quia
materia verbi simplicis & Sacramentor
quia aspersio sanguinis Christi etiam fia
Baptismum. 4. denique quia eo non la
omnes baptizati. Depravant adversar
verba, tum *sensum* nostrorum, *Verba*: q
partibus *essentialibus*, non *substantialib*
priè loquuntur; quæ multum differunt
sum quoque ; tum quia sanguinem i
gunt effusum pro nobis in cruce, non
tem in venis : tum quia spectant eum,

nobis offertur in verbo promissionis, & per baptismum obsignatur, non autem quatenus fingitur contineri aut inclusus esse elemento aquæ, & dispensari cum eo. Qua explicatione vindicantur ac firmantur rationes, quas nobis ceu totidem *ἀποσκάμαλα* objectant.

F. *Res Baptismi cœlestis dici potest, vel Verbum, vel Spiritus S. vel Sanguis Christi, vel tota S. S. Trinitas.* Omnia ista *modo explicationis* tantùm differunt, *re conveniunt*, & pro re signata adsignari Baptismo queunt, juxta Scripturam. *Verbum* non quoduis, sed proprium *Evangelii* de remissione peccatorum & regeneratione Spiritus, *Ephes. 5. v. 26.* Spiritus S. nos regenerans ac renovans, *Tit. 3.* v. 5. Sanguis Christi mundans nos à peccatis. *1. Ioh. 1.* v. 7. *Act. 22.* v. *18* Tota denique *Trinitas*, tanquam cooperans in redemptionis nostræ negotio pro distinctione personarum divinarum, distinctis operibus perficiens, *Matth. 28.* v. *19. 1. Cor. 13.* v. *13. Eph. 1.* v. *3. 4. & seqq.* quod & Symbolum testatur. Interim simplicissimum & tutissimum est, contra carnis periculum, omnia hæc referre ad *verbum promissionis*, eóque totam rem signatam concludere ac proponere; partim quidem, quia perpetua relatio est interSacramentum & verbum: partim etiam, quia verbum Dei est unicus thesaurus spiritualium ejus bonorum in Christo.

G. *In*

G. *In Baptismo tollitur peccatum, u putetur aut dominetur, non etiam, ut esse* Rationes 1. Gratia justificans quoad sanctificans quo ad *dominium*, tollit pe *Ratio* conseq. quia baptismus haud al lit peccatum Sacramentaliter & obsi quàm gratia justificans & sanctificans tollit realiter & effectivè. 2. Sequeretu tizatos omnis peccati esse expertes; q falsum, *Rom. 7. v. 14. Eph. 5. v. 27.*

H. Vis *baptismi non minus ad peccat ra, quàm præterita aut præsentia se extend tet.* Rationes 1. Baptismum Scriptur finitè ad omnia peccata refert. *Marc. Luc. 3. v. 3.* 2. Gratia Dei & meritum ad delenda omnia peccata sunt sufficien Sic non foret Sacramentum fœderis gr neque post baptismum acceptum bap prodesset: quod falsum est, *1. Pet. 3 21. P.*

I. *Aquæ baptismus ad salutem non plicitur necessarius.* Rationes 1. Nullum cramentum ad salutem simpliciter ne rium est. 2. Baptismi, sine fide & Sp. S. ratione, nulla est efficacia. *Marc. 16. v. Pet. 3. v. 21.* 3. Aliqui cum baptismo dã ti: *Iudas, Simon Magus,* Apostatæ; alii ab eo salvati fuerunt, *Zacharias, Elisabeth, Si Anna.* Sic omnes infantes absque Ba m

mo decedentes, salute exciderent. Hoc est absurdum, ratio a. Exciderent propter culpam eorum, à quibus baptismo non fuerunt oblati. b. major esset baptismi, quàm fœderis efficacia. P. L.

K. *Pædobaptismus necessitate Præcepti est necessarius.* Rationes 1. Infantibus fœderatorum est facta promissio fœderalis. Utraque propositio, *Act. 2. v. 39. Vide El. Nov. pag. 574.* 2. Infantes fidelium recipiuntur in Ecclesiam, ejusque sunt membra. *Ratio* a. quia illud fit per baptismum; ita enim fit introductio in discipulatum Christi, *Matth. 28. v. 19. 20.* b. Recipiuntur in corpus Christi mysticum: In quod omnia ejus membra baptizari oportet. *1. Cor. 12. v. 13.* c. Nulli adduntur Ecclesiæ, nisi baptizati idque ex mandato Christi, *Act. 2. v. 41.* 3. Pædobaptismus est à Christo præceceptus *Matth. 28.* qui locus prolixè vindicatur, *Elench. Nov. pag. 576.* 4. Necessitas circumcisionis infantum in V. T. fuit ex præcepto. E. & baptismi. Ratio a. ex Paulo *Col. 2. v. 11. 12.* b. A re signata utriusque. c. à fine utriusque, insitione in fœdus Dei, d. quia Baptismus circumcisioni successit. N.

L. *Apostoli non solos baptizârunt infideles.* Rationes 1. Baptismi mandatum est universale, personarum, locorum, & temporum respectu. 2. Etiam fidelibus inculcatur doctrina de ba-

de baptiſmo, *Rom.6. v.3.4.1.Cor. 1.v.*
12.v.13. 3. Baptiſmus eſt Eccleſiæ con
& diviſim; *Illo* modo convenit Ecc
corpori. *Iſto*, parentibus; ſive nati
dere, ſive in illud aſcitis; & liberis ex
ſione fœderali. 4. Finis & effecta bap
tiam ad fideles pertinent. 5. Circumc
dæis natis & Proſelytis communis fu

M. *Etiam fidelium infantes ſunt bap*
Rationes 1. Quia ſunt in fœdere &
Dei. 2. Eorum eſt regnum cœlorum,
19. v. 14. 3. Eorum eſt Chriſtus Servat
4. v. 12. 4. Infantibus fidelium facta
miſſio, *Act. 2. v. 38. 39.* 5. Ad ipſos
Remiſſio peccatorum, *Act. 2. v. 38. 39*
neratio, *Eph. 5. v. 25. 26. 27.* Spiritus
1. *Cor. 7. v. 14.* & vita æterna, *Matth*
14. 6. In ipſis eſt nomen Patris, Filii
Sancti. *Illius*, quia eſt Deus ipſorum
v. 7. *Iſtius*, quia eſt Servator, *Eph. 5. v.*
jus, quia eſt ſanctificator, *Ioh. 3. v. 5. 6.*
fantes etiam circumcidebantur in V.
& in N. ſunt baptizandi. *Ratio conſe*
a. Baptiſmus circumciſioni ſucceſſit.
ſequeretur, anguſtiorem eſſe gratiam
gratiâ Teſtamenti Veteris, ſaltem quo
declarationem, vel obſignationem. A.

N. *Baptiſmus Iohannis re, Eſſentia*
idèmque cum Chriſti fuit Baptiſmo. Ra
1. C

1. Omnibus caufis tam internis,quàm exter-nis idem eft cum Baptifmo Chrifti. Effi-ciens enim eft Deus. Materia externa aqua; interna promiffio gratiæ de remiffione pecca-torum, ac regeneratione Spiritûs, *Matth. 3. v. 7. 8.* Forma fuit teftificatio & obfignatio promiffionis per aquam, & immerfionis five ablutionis ritum. *Marc. 1. 4. Luc. 3. verf. 3.* Finis fuit confirmatio baptizatorum de gratia Dei, eorum fegregatio ab infidelibus ac Pha-rifæis hypocritis & in cœtum Ecclefiæ recep-tio. *Act. 2. 2.* Eadem effecta. Nam & bap-tifmi Johannis effecta funt refipifcentia, *Marc. 1. v. 4.* Remiffio peccatorum, *Luc. 3. v. 3* fides in Chriftum. *Act. 19. v. 4. 5.* 3. Bap-tifmi Chrifti capitis & fidelium in N. T. membrorum ejus, unus idémque eft Effentiâ. Eft enim baptifmus fymbolum fidelium uni-tatis in uno corpore myftico. 4. Baptifmus Johannis eft Baptifmus N. T. atqui u-nus tantùm baptifmus, *Eph. 4. verf. 5.* P.

O. *Anabaptifmus, five iteratio baptifmi, re-tentis Effentialibus, adminiftrati non eft licita.* Rationes 1. Baptifmus cujufvis fidelis eft unicus materialiter & formaliter. 2. Baptif-mi vis atque ufus non reftringitur temporum differentiis. *Sanguis enim Chrifti nos purgat ab omnibus peccatis.* Et Baptifmus declarat,

con-

confirmat, & obsignat credentibus
nem à peccatis præteritis, *Act. 2*. v.
sentibus, quia est symbolum regene
nostræ; *futuris*, quia est Sacramentu
ris perpetui. 3. Anabaptismus dev
stitutione baptismi. Vide *Elench. No*
4. Repugnat praxi Apostolicæ. 1. C
11 *c*.12.v.*13*. A.

XXI. S. Cœna *est Sacramentu*
tionis, quo per a *panis fracti & vini eff*
butionem ac perceptionem, b *fidelibus*
declaratur & obsignatur d *communio co*
sanguinis Christi, e *tanquam cibi ac potûs s*
ad vitam æternam.

a. *Luc. 22*. v. 19. 20. Acceptum
cum gratias egisset, fregit, & dedit
dem etiam dedit eis poculum. *Act.*
Congregatis discipulis ad frangend
nem.

b. 1. *Cor*. 11. v. *28*. Exploret qu
ipsum, & ita de pane illo edat, & de
illo bibat. 2. *Cor*. *13*. v. *5*. Vos ipsos
an sitis in fide: vos ipsos explorate.

c. 1. *Cor*. 11. v. 24. 25. Hoc, id es
nis fractus, est corpus meum, quod p
frangitur. *Luc*. 22. v. 20. Hoc pocu
est vinum effusum in hoc poculo, est no
lud fœdus per sanguinem meum, qui
bis effunditur.

d. 1. *Cor. 10. v. 16. 17.* Poculum benedictionis, cui benedicimus &c.

e. *Ioh. 6. v. 51.* Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. *v. 55. 56.* Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.

C A N O N E S.

A. *Sacramentum Cœnæ aliis atque aliis nominibus notatur à Christo, Apostolis, & Patribus. Christus* apud Evangelistas vocat illud *corpus* & *sanguinem* suum, *Matth. 26. vers. 26. 28.* & alibi; itémque *novum* illud *Testamentum*, per suum sanguinem *Luc. 22. vers. 20. Apostoli* vocârunt, *Cœnam Dominicam*, 1.*Cor. 11. v. 20.* à circumstantia temporis & autore. *fractionem panis*, *Act. 2. v. 42. cap. 20. v. 7.* à præcipuo ritu: *communionem* corporis & sanguinis Christi 1. *Cor. 10 vers. 16. mensam Domini vers. 21.* à subjecto: *Panem & Poculum* Domini, cap. 11. *vers. 27. Patres* Græci dixerunt *σύναξιν*, *εὐχαριστίαν*, *ἀγάπην*, *προσφορὰν*, *λειτουργίαν*, *Latini* autem, *Sacramentum* corporis ac sanguinis Domini: *memoriam* Domini: *sacrificium*, sive immolationem *memorialem*: *oblationem symbolorum*, quæ communicantibus & Eleemosynarum, quæ pauperibus fiebat; & tandem *Missam* appellârunt.

B. *Verba Cœnæ non propriè & lit*
ſed Tropicè & Sacramentaliter ſunt int
Rationes 1. Ipſa verba promiſſionis
habent Tropicum, ſive *ſeorſim* ſumar
culum pro vino, Novum Teſtament
fœdus pro ejus inſtrumento ; ſang
cruento ſacrificio ; remiſſio peccator
redemtione: Fractio pro crucifixione
conjunctim ; cùm nec ſubſtantia panis
ſit ſubſtantia corporis Chriſti, nec ſu
poculi, ſubſtantia ſanguinis , aut na
Eſſentia Novi Fœderis. Unde & P
& Lutherani Tropum hic agnoſcunt.
Elenct. Nov. pag. 610. 2. Ex *ſcopo* C
circumſtantiis inſtitutionis. *Scopus* Ch
duplex , *Generalis*, condere Sacrament
T. & *ſpecialis*, ritui veteri novum , ag
chali , Sacram Cœnam ſurrogare.
cumſtantiis, Antecedentibus , & conſe
bus, quæ *Matth. 26.* & alibi clarè pro
tur, & à Theologis explicantur. *Elen*
pag. 611. 3. Alia loca de Cœna Domini
ſunt Tropicè explicanda. A. *1. Cor. 10.*
Panis quem frangimus &c. ut panis
communio corporis Chriſti, poculun
munio ſanguinis ipſius, ſic eſt ipſum
& ſanguis Chriſti. At panis eſt com
corporis, poculum communio ſanguini
ſti, non propriè aut literaliter : ſed Tr

Sacramentaliter. Κοινωνία enim est in relatione, vel actione. Corpus & sanguis in Substantia. Κοινωνία activè est communicatio rei; passivè ejusdem perceptio. Corpus & sanguis Christi sunt res illæ, quæ communicantur & percipiuntur. B. 1. *Cor. 12. v. 13. Per unum Spiritum nos omnes in unum corpus baptizati, sumus & omnes potionati sumus in unum Spiritum.* Ubi a. Baptismus & Cœna Domini copulantur. At in Baptismo ablutio, quæ fit per aquam, non est ablutio à peccatis, sed tropicè & Sacramentaliter per sanguinem Christi propriè & literaliter b. Effectus utriusque Sacramenti est unio & unitas corporis Christi mystici, quod est Ecclesia. Hæc verò unio est Spiritualis. c. Potatio sanguinis & manducatio corporis Christi communis est utriusque Testamenti fidelibus; hæc verò propria esse non potest. C. *Ioh. 6. c.* Idem certè sensus est concionis Christi apud Johannem, qui est promissionis cœnalis apud reliquos Evangelistas. *Hoc* tamen, præter alia, *discrimine*, quòd promissio de manducatione carnis ac bibitione sanguinis Christi apud Johannem nudè proponitur, absque symbolis Sacramentalibus ei annexis, confirmationis causa: apud Evangelistas verò symbolis panis & vini declaratur atque obsignatur. Est aliâs convenientia ubrobique 1. In verbis promissionis inter se collatis 2. Sensu

promiſſionis qui eſt Corpus Chriſti
bis fractum & ſanguinem effuſum,
ctum cibum & potum ſpiritualem.
no manducationis & bibitionis. 4.
promiſſionis. 5. Ex oppoſitis; Alia p
gratiæ, ab hac diverſa, de participati
nis & ſanguinis Chriſti oſtendi no
Vide *Elench. Nov. pag. 614.* 4. In omi
cramentis V. & N. T. nomina re
gnatarum ſignis Tropicè tribuuntur
cumciſio, *Gen. 17. v. 10.* vocatur fœ
gnus dicitur tranſitus, *Exod. 12. v. 11.*
mus ablutio peccatorum, *Act. 22.*
& Cœna. Vindicias locorum vide *Ele*
p. 616. 5. Ex Analogia articulorum fi
gnat literalis ſenſus enim cum articu
boli 3. de veritate humanæ Natura
4. de unica morte ac crucifixione
cum 6. de aſcenſione in cœlum: cu
reditu cum 9. de communione
rum; cum 10. de remiſſione Pecc
P. L.

C. *Falſum igitur eſt panem & vinum*
borum conſecrationis : Hoc enim eſt
meum : Hic eſt enim calix ſanguis N
ſtamenti, *in ipſum corpus & ſanguinem C*
rè tranſſubſtantiari, externis tantùm ſpe
nis & vini remanentibus. Rationes
ante & poſt conſecrationem manet v

nis & verum vinum. 2. Aqua baptismi non transsubstantiatur. 3. Consecratio est purum accidens. 4. Transsubstantiatio est virtutis omnipotentis. 5. Transsubstantiatio institutioni Cœnæ, articulis fidei & sibi repugnant. 6, Destruit Essentiam Cœnæ Dominicæ, signum nempe, signatum, & analogiam Sacramentalem. 7. Nec Physica est, nec hyperphysica. *Illa* naturæ opus est; *hæc* solius Dei, & annihilatione ac creatione perficitur; quos actus illi renuunt. 8. Accidentia non possunt esse sine subjecto. 9. Mera accidentia panis & vini nequeunt corrumpi. At panis ille corrumpitur. P.

D. *Neque verba Institutionis vel corporalem admittunt in, cum, & sub pane præsentiam; vel oralem perceptionem; vel eam communem faciunt infidelibus.* Non *illam* 1. eo modo Christus in Cœna præsens non fuit. Nam a. corpore mensæ assedit. b. Accepit panem è mensa, fregit, ac distribuit. c. Dixit, Hoc est corpus meum; non; in, cum & sub pane. d. Dixit, Poculum esse N. T. in sanguine. At illud non est in, cum & sub vino. e. jussit celebrari in sui recordationem. *Luc. 22. v. 19.* 2. Nullum Sacramentum eo modo res signatas habet præsentes, ut sint in, cum & sub signis. Non *istam* 1. Corpus & sanguis Christi sunt cibus & potus spiritualis; talis ergo etiam

modus edendi. 2. Oralis pe
& sanguinis Christi & *imposs*
Christus corpus suum in cœl
inutilis, *Ioh. 6. vers. 63.* Non
lium infidelibus nihil promitti
obsignat. 2. Corpus & sanguis
de percipiuntur.

E. *Non tamen propterea, om*
poris Christi tollitur præsentia.
sens Christus in cœna. 1. *Subject*
gratiosa præsentia Deitatis ipsi
quam cœtibus suo nomine cong
liariter promisit. 2. *Objectivè*, ic
ritualiter; corporis & sanguinis C
quidem præsentia est localis; sed
bo promissionis; vel *symbolicè*, n
in, cum & sub symbolis panis &
quia *per illa* nobis repræsentatur, &
quasi depingitur, *Gal. 3.*

F. *Præsentia Objectiva spiritualis*
etsi non sit localis. Rationes. 1. Hy
rum creditarum importat spirituale
præsentiam. Fides est hypostasis re
ditarum. 2. Distantia temporum in
non impedivit spiritualem præsentia
sti, necdum incarnati. 3. Paulus Ep
sens corpore, Corinthiis se præsent
Spiritu, 1. *Cor. 5. v. 3.* Multò magis C
4. Nos peregrinantes à Domino pe

præsentes sumus in cœlo collocati, *Eph. 2. verſ. 6.*

G. *Calumnia ergo eſt, Reformatos manducationem Sacramentalem definire modò, Symbolorum externorum perceptionem.* Externa symbola in Cœna, sunt signa ac sigilla corporis ac sanguinis Christi, nobis testificantia, obsignantia & applicantia verbum promissionis de Christo ac beneficiis ipsius. Proinde manducatio eorum, secundùm institutionem Christi, *non nuda* est, sed cum fide conjuncta eorum *perceptio*; qua non minus certè intus beneficia signata, quam foris ipsa signa participamus.

H. *Manducatio proinde Spiritualis corporis Christi in cœna verè fit.* Rationes 1. In Sacra Cœna à fidelibus fide corpus Christi apprehenditur tanquam cibus vitæ, *Ioh. 6.* 2. Manducationem spiritualem corporis Christi in Cœna Domini tam signum, quàm signatum confirmant. *Signum*, quia, similitudine quadam declarant naturam sui signati. Signum autem est cibus terrenus. Signatum ergo esse oportet cibum cœlestem. *Signatum* verò, quia in verbo promissionis id nobis offertur, ut cibus victimalis. 3. Omnium Sacramentorum res signata est Spiritualis. S.

I. *Spiritualis tamen manducatio, cum Sacramentali formaliter, eadem non eſt. Illa* siquidem

dem fide percipit corpus C
symbolum ac sigillum corp
citur tamen *una* manducati
legitimo S. Cœnæ usu, utra
gitur; & fides spectat & am
bo promissionis, quod Sacra
sumtum, testificatur & obsign
credenti applicat.

K. *Falsa etiam verborum inst
est explicatio*; Hoc est corpus
*actio hæc, frangendi ac manduca
est commemoratio & adumbratio
quod de corpore meo futurum est*;
sanguis meus, *id est, hæc actio f
bendi vini, commemoratio & repr
dam est illius, quod de sanguine meo*
nes 1. Depravat subjectum ac
utriusque Propositionis. *Subj*
panis & vinum; huic explicatio
ctionem circa utrumque element
tam. *Prædicatum* Apostolis & E
est corpus & sanguis, quatenus il
& fractum: hic effusus est in cruc
explicationi non victimam nota
riam pro peccatis; sed a. confir
duntaxat N. Fœderis novo mod
b. Memoriam & prædicationem C
mortis ipsius. 2. Recedit ab Inter
ne Paulina. Paulus enim ὅτι refe

nem, (*1. Cor. 10. verſ. 16.*) qui frangitur ; de poculo, quod benedicitur. Hæc explicatio verè ad actionem frangendi & edendi ; fundendi item ac bibendi P. S.

L. *Falſum eſt, communionem ſub utraque ſpecie ſive ſymbolo, Laicis non modò non eſſe neceſſariam ; ſed etiam illicitam, vel ſaltem adiaphoram.* Rationes 1. Ad integritatem Cœnæ requiritur etiam poculum. a. pertinet ad communionem ſanguinis Chriſti, *1. Cor. 10. verſ. 16.* b pertinet ad Cœnæ materiam, formam & finem. *Materiam* ; vinum eſt pars integrans: *Formam*, Poculum eſt communio Sanguinis Chriſti. *Finem*, eſt commemoratio ſanguinis pro nobis effuſi. 2. Plus fructûs percipitur ex utroque Symbolo. 3. Chriſtus præcepit, & Apoſtoli adhibuerunt communionem ſub utraque ſpecie, *Marc. 14. Luc 22. 1. Cor. 11.* P.

M. *Impium etiam eſt aſſerere, in Cœna peragi verum, externum, & reale Sacrificium, Miſſa vulgò, quo Chriſtus ſub ſpeciebus panis & vini, modo incruento offertur Deo Patri in victimam pro peccatis viventium & mortuorum.* Rationes 1. S. Cœna & Miſſa ſunt pugnantia. E. de ſe invicem non affirmantur. Vide *Elench. Vet. p. 618.* 2. In Cœna non eſt vera deſtructio rei immolatæ. *Non* immolatur *ſignum*, quia victima peccati expiatoria non eſt. *Non ſi-*

gnatum, quia corpus Christi per mortem non destruitur. Nam ipse semel mortuus non amplius moritur. 3. Non habet hostiam externam visibilem, quam omne sacrificium habere debet. 4. Oblatio Christi perfectissima, non est iteranda, *Heb. 7. v. 26. 27.* 5. Christus jam est in cœlis, pro nobis intercedens: at in oblatione victimæ requiritur præsentia. 6. Sacrificium Missæ non idem est cum Sacrificio Christi. Aliâs a. idem esset Sacerdos, eadem victima, eædem actiones. b. Deinde si idem, erit idem aut continuatione sacrificii in cruce cœpti; aut iteratione. Utroque modo imperfectionis sacrificium insimularetur. P.

Sedes Loci hujus propria est: in V. T. Gen. 17. Exod. 12. In Novo Testamento. Matth. 28. Marc. 16. rursum Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22, Iohannes. 6. 1. Cor. 10. & 11. capitibus.

LOCUS.

LOCUS XV.

DE

Gubernatione Ecclesiæ tum Ecclesiasticâ, tum Civili.

I. *Vocationem Ecclesiæ, excipit ejus* Gubernatio, *quâ* a *Deus Ecclesiam suam collectam è mundo*, b *hominum ministerio regit ac tuetur.*

a. 1. *Cor.* 12. *vers.* 28. Deus constituit in Ecclesia primum Apostolos, deinde Prophetas, tertiò Doctores, item opitulationes, gubernationes. *Rom.* 13. *vers.* 1. Non est potestas nisi à Deo, & quæ sunt potestates, sunt à Deo ordinatæ.

b. *Heb.* 5. *vers.* 1. Omnis Pontifex ex hominibus assumtus, pro hominibus constituitur, in iis, quæ apud Deum agenda sunt. 1. *Pet.* 2. *v.* 13. Subjecti estote cujvis humanæ ordinationi propter Dominum.

II. *Estque duplex*; *una* Ecclesiastica, *altera* Civilis.

Deut. 17. *vers.* 9. 10. 11. Adibis Sacerdotes Leviticos, vel ad summum Judicem, qui erit diebus illis: ut consulas eos, & indicent tibi statutum illius judicii. Deinde facies ex præstituto illius sententiæ, quam indicaverint tibi,

Monarchia *Luc. 17. verſ. 20. Ioh. 13. verſ. 36. 37.* eſt enim corpus myſticum. 2. Chriſtus non ordinavit regimen Monarchicum inter Miniſtros ſuos; quod patet tum ex inſtitutione, *Matth.* 10. v. 1. c 28. 19. 20. tum ex inſtitutionis declaratione, *Rom.* 12. v. 6. 1. *Cor.* 12. v. 28. 29. tum denique ex ejusdem praxi 3. Chriſtus eorum dominatum interdixit in Eccleſia, *Matth.* 20. v. 25, 26, 2. *Cor.* 1. v. 24. 1. *Pet.* 5. v. 3. 4. Omnes Miniſtros eſſe juſſit, nec aliud, quàm Miniſterium exercere in Eccleſia *Ioh.* 15 v. 20. 1. *Cor.* 3. v. 5. 5. Plures Apoſtolos, Prophetas, Evangeliſtas &c. non unum aliquem Eccleſiæ præfecit. *Eph.* 4. v. 11, 12. 6. Regimen Monarchicum Chriſti, ut Domini proprium eſt, *Eph.* 1. v. 20, 21. *Ioh.* 10 v. 16. 1. *Cor.* 15. v. 25. 7. Regimen Eccleſiæ Monarchicum nudo homini impoſſibile eſt; & ne quidem in orbe œcumenico obtinet. Nam nulli hominum imperium in omnes & ſingulos obtigit.

IV. Efficiens *proxima hujus Gubernationis in V. & N. T. ſunt* a. *Miniſtri Eccleſiæ* b. *immediatè vel mediatè miſſi à Deo Chriſtóque* : c. *alii extraordinarii, alii ordinarii.*

a *Ier.* 7. v. 25. Miſi ad vos omnes ſervos meos Prophetas. *Pſal.* 134. v. 1. Benedicite Jehovæ omnes ſervi Jehovæ 1. *Cor.* 4. v 1. Sic de nobis reputet homo ut de Miniſtris Chriſti.

b. *Num.*

promissionis qui est Corpus Christi pro nobis fractum & sanguinem effusum, nobis factum cibum & potum spiritualem. 3. Organo manducationis & bibitionis. 4. Effecti. promissionis. 5. Ex oppositis; Alia promissio gratiæ, ab hac diversa, de participatione carnis & sanguinis Christi ostendi non potest. Vide *Elench. Nov. pag. 614.* 4. In omnibus Sacramentis V. & N. T. nomina rerum signatarum signis Tropicè tribuuntur. Ità circumcisio, *Gen. 17. v. 10.* vocatur fœdus. Agnus dicitur transitus, *Exod. 12. v. 11.* Baptismus ablutio peccatorum, *Act. 22. v. 26.* E. & Cœna. Vindicias locorum vide *Elench. Nov. p. 616.* 5. Ex Analogia articulorum fidei. Pugnat literalis sensus enim cum articulo Symboli 3. de veritate humanæ Naturæ; cum 4. de unica morte ac crucifixione Christi; cum 6. de ascensione in cœlum: cum 7. de reditu cum 9. de communione Sanctorum; cum 10. de remissione Peccatorum. P. L.

C. *Falsum igitur est panem & vinum, vi verborum consecrationis* : Hoc enim est corpus meum : Hic est enim calix sanguis Novi Testamenti, *in ipsum corpus & sanguinem Christi verè transsubstantiari, externis tantùm speciebus panis & vini remanentibus.* Rationes 1 Quia ante & post consecrationem manet verus panis

nis & verum vinum. 2. Aqua baptiſmi non tranſſubſtantiatur. 3. Conſecratio eſt purum accidens. 4. Tranſſubſtantiatio eſt virtutis omnipotentis. 5. Tranſubſtantiatio inſtitutioni Cœnæ, articulis fidei & ſibi repugnant. 6. Deſtruit Eſſentiam Cœnæ Dominicæ, ſignum nempe, ſignatum, & analogiam Sacramentalem. 7. Nec Phyſica eſt, nec hyperphyſica. *Illa* naturæ opus eſt; *hæc* ſolius Dei, & annihilatione ac creatione perficitur; quos actus illi renuunt. 8. Accidentia non poſſunt eſſe ſine ſubjecto. 9. Mera accidentia panis & vini nequeunt corrumpi. At panis ille corrumpitur. P.

D. *Neque verba Inſtitutionis vel corporalem admittunt in, cum, & ſub pane præſentiam; vel oralem perceptionem; vel eam communem faciunt infidelibus.* Non *illam* 1. eo modo Chriſtus in Cœna præſens non fuit. Nam a. corpore menſæ aſſedit. b. Accepit panem è menſa, fregit, ac diſtribuit. c. Dixit, Hoc eſt corpus meum; non; in, cum & ſub pane. d. Dixit, Poculum eſſe N. T. in ſanguine. At illud non eſt in, cum & ſub vino. e. juſſit celebrari in ſui recordationem. *Luc. 22, v. 19.* 2. Nullum Sacramentum eo modo res ſignatas habet præſentes, ut ſint in, cum & ſub ſignis. Non *iſtam* 1. Corpus & ſanguis Chriſti ſunt cibus & potus ſpiritualis; talis ergo etiam

modus edendi. 2. Oralis perceptio corporis & sanguinis Christi & *impossibilis* est, quia Christus corpus suum in cœlum evexit; & *inutilis*, *Ioh. 6. vers. 63.* Non *hanc* 1. Evangelium infidelibus nihil promittit; E. etiam nihil obsignat. 2. Corpus & sanguis Christi solâ fide percipiuntur.

E. *Non tamen propterea, omnis à cœna corporis Christi tollitur præsentia.* Est enim præsens Christus in cœna. 1. *Subjectivè*, nimirum gratiosa præsentia Deitatis ipsius præsentis, quam cœtibus suo nomine congregatis peculiariter promisit. 2. *Objectivè*, idque vel *Spiritualiter*; corporis & sanguinis Christi nulla quidem præsentia est localis; sed fidei in verbo promissionis; vel *symbolicè*, non quasi sit in, cum & sub symbolis panis & vini, sed quia *per illa* nobis repræsentatur, & ob oculos quasi depingitur, *Gal. 3.*

F. *Præsentia Objectiva Spiritualis, vera est; etsi non sit localis.* Rationes. 1. Hypostasis rerum creditarum importat spiritualem earum præsentiam. Fides est hypostasis rerum creditarum. 2. Distantia temporum in V. T. non impedivit spiritualem præsentiam Christi, necdum incarnati. 3. Paulus Ephesi absens corpore, Corinthiis se præsentem dicit Spiritu, 1. *Cor. 5. v. 3.* Multò magis Christus. 4. Nos peregrinantes à Domino per fidem, præsen-

præsentes sumus in cœlo collocati, *Eph. 2. vers. 6.*

G. *Calumnia ergo est, Reformatos manducationem Sacramentalem definire modò, Symbolorum externorum perceptionem.* Externa symbola in Cœna, sunt signa ac sigilla corporis ac sanguinis Christi, nobis testificantia, obsignantia & applicantia verbum promissionis de Christo ac beneficiis ipsius. Proinde manducatio eorum, secundùm institutionem Christi, *non nuda* est, sed cum fide conjuncta eorum *perceptio*; qua non minus certè intus beneficia signata, quam foris ipsa signa participamus.

H. *Manducatio proinde Spiritualis corporis Christi in cœna verè fit.* Rationes 1. In Sacra Cœna à fidelibus fide corpus Christi apprehenditur tanquam cibus vitæ, *Ioh. 6.* 2. Manducationem spiritualem corporis Christi in Cœna Domini tam signum, quàm signatum confirmant. *Signum*, quia, similitudine quadam declarant naturam sui signati. Signum autem est cibus terrenus. Signatum ergo esse oportet cibum cœlestem. *Signatum* verò, quia in verbo promissionis id nobis offertur, ut cibus victimalis. 3. Omnium Sacramentorum res signata est Spiritualis. S.

I. *Spiritualis tamen manducatio, cum Sacramentali formaliter, eadem non est. Illa* siqui-

dem fide percipit corpus Christi ; *ista* ore symbolum ac sigillum corporis ipsius. Dicitur tamen *una* manducatio , quatenus in legitimo S. Cœnæ usu, utraque simul peragitur ; & fides spectat & amplectitur in verbo promissionis , quod Sacramentum , ore sumtum, testificatur & obsignat fidei, ac ipsi credenti applicat.

K. *Falsa etiam verborum institutionis sequens est explicatio* ; Hoc est corpus meum, id est *actio hæc, frangendi ac manducandi panis hujus est commemoratio & adumbratio quædam ejus; quod de corpore meo futurum est* ; Item ; Hoc est sanguis meus, *id est, hæc actio fundendi & bibendi vini, commemoratio & repræsentatio quædam est illius, quod de sanguine meo fiet.* Rationes 1. Depravat subjectum ac prædicatum utriusque Propositionis. *Subjectum* enim, panis & vinum ; huic explicationi notat actionem circa utrumque elementum adhibitam. *Prædicatum* Apostolis & Evangelistis est corpus & sanguis, quatenus illud datum & fractum : hic effusus est in cruce. Nova explicationi non victimam notat expiatoriam pro peccatis ; sed a. confirmationem duntaxat N. Fœderis novo modo factam. b. Memoriam & prædicationem Christi & mortis ipsius. 2. Recedit ab Interpretatione Paulina. Paulus enim τοῦτο refert ad panem

nem, (*1. Cor. 10. verf. 16.*) qui frangitur; de poculo, quod benedicitur. Hæc explicatio verè ad actionem frangendi & edendi; fundendi item ac bibendi P. S.

L. *Falsum est, communionem sub utraque specie sive symbolo, Laicis non modò non esse necessariam; sed etiam illicitam, vel saltem adiaphoram.* Rationes 1. Ad integritatem Cœnæ requiritur etiam poculum. 2. pertinet ad communionem sanguinis Christi, *1. Cor. 10. verf. 16.* b pertinet ad Cœnæ materiam, formam & finem. *Materiam*; vinum est pars integrans: *Formam*, Poculum est communio Sanguinis Christi. *Finem*, est commemoratio sanguinis pro nobis effusi. 2. Plus fructûs percipitur ex utroque Symbolo. 3. Christus præcepit, & Apostoli adhibuerunt communionem sub utraque specie, *Marc. 14. Luc 22. 1. Cor. 11.* P.

M. *Impium etiam est asserere, in Cœna peragi verum, externum, & reale Sacrificium, Missæ vulgò, quo Christus sub speciebus panis & vini, modo incruento offertur Deo Patri in victimam pro peccatis viventium & mortuorum.* Rationes 1. S. Cœna & Missa sunt pugnantia. E. de se invicem non affirmantur. Vide *Elenct. Vet. p. 618.* 2. In Cœna non est vera destructio rei immolatæ. *Non* immolatur *signum*, quia victima peccati expiatoria non est. *Non signatum,*

gnatum, quia corpus Christi per mortem non destruitur. Nam ipse semel mortuus non amplius moritur. 3. Non habet hostiam externam visibilem, quam omne sacrificium habere debet. 4. Oblatio Christi perfectissima, non est iteranda, *Heb. 7. v. 26. 27.* 5. Christus jam est in cœlis, pro nobis intercedens: at in oblatione victimæ requiritur præsentia. 6. Sacrificium Missæ non idem est cum Sacrificio Christi. Aliâs a. idem esset Sacerdos, eadem victima, eædem actiones. b. Deinde si idem, erit idem aut continuatione sacrificii in cruce cœpti; aut iteratione. Utroque modo imperfectionis sacrificium insimularetur. P.

Sedes Loci hujus propria est: in V. T. Gen. 17. Exod. 12. In Novo Testamento. Matth. 28. Marc. 16. rursum Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22, Iohannes. 6. 1. Cor. 10. & 11. capitibus.

LOCUS.

LOCUS. XV.

DE

Gubernatione Ecclesiæ tum Ecclesiasticâ, tum Civili.

I. *Vocationem Ecclesiæ, excipit ejus* Gubernatio, *quâ* a *Deus Ecclesiam suam collectam è mundo*, b *hominum ministerio regit ac tuetur.*

a. 1. *Cor. 12. vers. 28.* Deus constituit in Ecclesia primum Apostolos, deinde Prophetas, tertiò Doctores, item opitulationes, gubernationes. *Rom. 13. vers. 1.* Non est potestas nisi à Deo, & quæ sunt potestates, sunt à Deo ordinatæ.

b. *Heb. 5. vers. 1.* Omnis Pontifex ex hominibus assumtus, pro hominibus constituitur, in iis, quæ apud Deum agenda sunt. 1. *Pet. 2. v. 13.* Subjecti estote cujvis humanæ ordinationi propter Dominum.

II. *Estque duplex*; *una* Ecclesiastica, *altera* Civilis.

Deut. 17. vers. 9. 10. 11. Adibis Sacerdotes Leviticos, vel ad summum Judicem, qui erit diebus illis: ut consulas eos, & indicent tibi statutum illius judicii. Deinde facies ex præstituto illius sententiæ, quam indicaverint tibi,

tibi, ex præstituto legis quam docuerint te, & secundum judicium illud, quod dixerint tibi facito. *2. Chron. 19. verſ. 5. 6. 8.* Conſtituit Joſaphat judices per omnes civitates Judæ; edicens, Videte quid ſitis facturi; non enim pro homine judicaturi eſtis, ſed pro Jehova, qui vobiſcum erit. Hieroſolymæ etiam conſtituit è Levitis & Sacerdotibus ad judicia Jehovæ & ad lites &c.

CANONES.

A. *Calumnia eſt, Reformatos Miniſterium Eccleſiæ æquare Magiſtratui; ſtatuentes collateralem utriusque poteſtatem in eadem Republica. Diſtinctio* utriuſque *poteſtatis* ſatis refellit *hanc calumniam.* Sunt poteſtates *ſubalternæ* ſive ſubordinatæ, non *collaterales*; quæ conſiſtunt in eodem gradu. *Inferior* eſt Eccleſiaſtica, non modo ratione *boni civilis*, ſed etiam *ordinis externi* reſpectu; quem ſancire ac tueri proprium eſt Magiſtratus. Hoc igitur modo eminet poteſtas Politica. Viciſſim *ſuperior eſt* Eccleſiaſtica, quoad bonum ſpirituale, ejuſque immediatam diſpenſationem in Eccleſia: cui ipſe quoque Magiſtratus ſubeſt.

B. *Regimen Eccleſiæ externum ac Miniſteriale non eſt Monarchicum, ſed, vel Oeconomicum, vel Ariſtocraticum, vel mixtum analogiâ quadam.* Rationes 1. Ipſa Eccleſia militans non eſt Monar-

Monarchia *Luc.* 17. *vers.* 20. *Ioh.* 13. *vers.* 36. 37. est enim corpus mysticum. 2. Christus non ordinavit regimen Monarchicum inter Ministros suos; quod patet tum ex institutione, *Matth.* 10. v. 1. c 28. 19. 20. tum ex institutionis declaratione, *Rom.* 12. v. 6. 1. *Cor.* 12. v. 28. 29. tum denique ex ejusdem praxi 3. Christus eorum dominatum interdixit in Ecclesia, *Matth.* 20. v. 25, 26, 2. *Cor.* 1. v. 24. 1. *Pet.* 5. v. 3. 4. Omnes Ministros esse jussit, nec aliud, quàm Ministerium exercere in Ecclesia *Ioh.* 15 v. 20. 1. *Cor.* 3. v. 5. 5. Plures Apostolos, Prophetas, Evangelistas &c. non unum aliquem Ecclesiæ præfecit. *Eph.* 4. v. 11, 12. 6. Regimen Monarchicum Christi, ut Domini proprium est, *Eph.* 1. v. 20, 21. *Ioh.* 10 v. 16. 1. *Cor.* 15. v. 25. 7. Regimen Ecclesiæ Monarchicum nudo homini impossibile est; & ne quidem in orbe œcumenico obtinet. Nam nulli hominum imperium in omnes & singulos obtigit.

IV. Efficiens *proxima hujus Gubernationis in V. & N. T. sunt* a. *Ministri Ecclesiæ b. immediatè vel mediatè missi à Deo Christóque* : c. *alii extraordinarii, alii ordinarii.*

a *Ier.* 7. v. 25. Misi ad vos omnes servos meos Prophetas. *Psal.* 134. v. 1. Benedicite Jehovæ omnes servi Jehovæ 1. *Cor.* 4. v 1. Sic de nobis reputet homo ut de Ministris Christi.

b. *Num*.

tibi, ex præstituto legis quam docuerint te, & secundum judicium illud, quod dixerint tibi facito. *2. Chron. 19. vers. 5. 6. 8.* Constituit Josaphat judices per omnes civitates Judæ; edicens, Videte quid sitis facturi; non enim pro homine judicaturi estis, sed pro Jehova, qui vobiscum erit. Hierosolymæ etiam constituit è Levitis & Sacerdotibus ad judicia Jehovæ & ad lites &c.

CANONES.

A. *Calumnia est, Reformatos Ministerium Ecclesiæ æquare Magistratui; statuentes collateralem utriusque potestatem in eadem Republica. Distinctio* utriusque *potestatis* satis refellit *hanc calumniam.* Sunt potestates *subalternæ* sive subordinatæ, non *collaterales*; quæ consistunt in eodem gradu. *Inferior* est Ecclesiastica, non modo ratione *boni civilis*, sed etiam *ordinis externi* respectu; quem sancire ac tueri proprium est Magistratus. Hoc igitur modo eminet potestas Politica. Vicissim *superior est* Ecclesiastica, quoad bonum spirituale, ejusque immediatam dispensationem in Ecclesiâ: cui ipse quoque Magistratus subest.

B. *Regimen Ecclesiæ externum ac Ministeriale non est Monarchicum, sed, vel Oeconomicum, vel Aristocraticum, vel mixtum analogiâ quadam.* Rationes 1. Ipsa Ecclesia militans non est Monar-

Monarchia *Luc.* 17. *verf.* 20. *Ioh.* 13. *verf.* 36. 37. ſt enim corpus myſticum. 2. Chriſtus non ordinavit regimen Monarchicum inter Miniſtros ſuos; quod patet tum ex inſtitutione, *Matth.* 10. v. 1. c 28. 19. 20. tum ex inſtitutionis declaratione, *Rom.* 12. v. 6. 1. *Cor.* 12. v. 8. 29. tum denique ex ejusdem praxi 3. Chriſtus eorum dominatum interdixit in Eccleſia, *Matth.* 20. v. 25, 26, 2. *Cor.* 1. v. 24. 1. *Pet.* 5. v. 3. 4. Omnes Miniſtros eſſe juſſit, nec aliud, quàm Miniſterium exercere in Eccleſia *Ioh.* 15 v. 20. 1. *Cor.* 3. v 5. 5. Plures Apoſtolos, Prophetas, Evangeliſtas &c. non unum aliquem Eccleſiæ præfecit. *Eph* 4. v. 11, 12. 6. Regimen Monarchicum Chriſti, ut Domini proprium eſt, *Eph.* 1. v. 20, 21. *Ioh.* 10 v. 16. 1. *Cor.* 15. v. 25. 7. Regimen Eccleſiæ Monarchicum nudo homini impoſſibile eſt; & ne quidem in orbe œcumenico obtinet. Nam nulli hominum imperium in omnes & ſingulos obtigit.

IV. Efficiens *proxima hujus Gubernationis in* V. & N. T. *ſunt* a. *Miniſtri Eccleſiæ* b. *immediatè vel mediatè miſſi à Deo Chriſtóque* : c. *alii extraordinarii, alii ordinarii.*

a *Ier.* 7. v. 25. Miſi ad vos omnes ſervos meos Prophetas. *Pſal.* 134. v. 1. Benedicite Jehovæ omnes ſervi Jehovæ 1. *Cor.* 4. v 1. Sic ſe nobis reputet homo ut de Miniſtris Chriſti.

b. *Num.*

b. *Num. 12. v. 6. 7. 9.* Si est Propheta ex vobis, per visionem mecipsum Jehovam notum facio ei, aut per somnium alloquor eum. At Mosen alloquor in os. *Ioh. 20. v. 22.* Sicut misit me pater, ita & ego mitto vos. Accipite Spiritum Sanctum. *Heb. 5. v. 4.* Nemo sibi sumit hunc honorem, *sc. sacerdotii*, sed qui vocatus est. *Num. 8. v. 18. 19* Assumsi Levitas pro omni primogenito in filiis Israël, & dedi Levitas Aaroni, & filins ejus; ut exerceant ministerium filiornm Israël in tentorio conventus *Tit. 1. v. 5.* Hujus rei gratia reliqui te in Creta, ut quæ desunt corrigas, & constituas oppidatim Presbyteros: sicut ego tibi ordinavi. Confer *Act. 14. v. 23.*

c. *Num. 12. v. 16.* Si est Propheta ex vobis &c. *Cap. 8. v. 18.* Assumsi Levitas &c. *Eph. 4. v. 11.* Christus alios dedit Apostolos, alios Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores & Doctores; *itemque* opitulationes, ac gubernationes, *hoc est Seniores & Diaconos. ex 1. Cor. 12. v. 28.*

CANONES.

A. *Pontifex Romanus non est Minister Ecclesia, vel mediatè vel immediatè à Deo missus; sed ipse Antichristus.* Probato *posteriori* prius spontè ruit. *Illius* ergò ratio generalis unica est. Quia ei convenit definitio Antichristi ab Apostolis exhibita

exhibita. A. *2. Theſſ. 2. v. 3. 4.* convenit autem Papæ a. Author eſt & caput ἀποστασίας à Chriſto & doctrina ejus, quod patet ex antitheſi doctrinæ Legis & Evangelii, & Concilii Tridentini. b. Homo peccati, qui & ipſe ex vitiis eſt conflatus, & ſectatores ad peccandum inducit. c. Eſt filius perditionis, id eſt homo perditus & perdens infinita hominum millia. d. Opponit ſe Chriſto non apertè ut Judæi &c. ſed occultè idque in *vita, regimine & religione*. e. Effert ſe ſupra omne quod dicitur Deus aut Numen, ſuper Magiſtratus & Monarchas. f. Sedet in templo Dei, tanquam Deus, præ ſe ferens, ſe eſſe Deum. g. Exlex eſt: facit enim quod lubet. h. Adventus ejus eſt ex efficacitate Sathanæ, cum omni potentia & ſignis ac prodigiis mendacibus, fraudibusque injuſtitiæ, cujuſmodi ſunt fallacia miracula, Tranſſubſtantiatio, Jeſuitarum apud Indos patratæ virtutes. B. *1. Ioh. 4. v. 3. & 1. Tim. 4. v. 1. ſeqq.* ubi a. Non confitetur Jeſum Chriſtum in carnem veniſſe; tum *directè*, tum *obliquè*. *Directè*, quoad officium Mediatorium in genere, Sacerdotale, Propheticum ac Regium in ſpecie. *Obliquè* quoad perſonam 1. deſtruendo proprietates Naturæ humanæ in tranſſubſtantiatione; 2. retinet innumeras ceremonias ac umbras legales.

legales. 3. Omnem impudentiæ modum excedit, dum de se prædicare finit;

Papa stupor mundi, solus qui maximè rerum.

Nec Deus es nec homo, quasi neuter es inter utrumque.

Alterum verò in Pontifice manifestissimum est. Nam a. prohibet Conjugium Sacerdotibus. b. Instituit delectum ciborum; utrumque autem facit *cum insigni hypocrisi*, ut qui sanctimoniam his in rebus collocat; nec non *cum vacuitate conscientiæ*, dum scortationes facilius tolerat, quàm conjugium. C. *Apoc. 13. vers. 11.* unde: Qui sub specie summæ humilitatis sibi usurpat & exercet supremam in omnes potestatem, tum Ecclesiasticam, tum etiam politicam, qualis fuit veterum Imperatorum, patrat miracula, & per ea seducit homines: fingit novam religionem, & ad professionem ejus nolentes cogit excommunicatione ac persecutionibus, denique nomine suo continet ac exprimit numerum bestiæ, ille est Antichristus: At Pontifex &c. D. *Apoc. 17. vers. 5. 9. 18.* Qui sedem Antichristi ut propriam obtinet, inque ea dominatum suum ordinariè exercet, is est Antichristus. Atqui. *Minor.* Quia sedet ac dominatur Romæ, tanquam in Metropoli re.

li regni sui. *Vide Elench. Nov. pag.* 655. P.

B. *Proinde malè sibi Pontifex sumit absolutam potestatem in spiritualibus, & temporalibus. Illa* ei non debetur. 1. Pontificis Romani nulla est vocatio ad dispensanda Spiritualia: neque enim vel Apostolus est vel Episcopus, cùm neutrius munus obeat. 2. Potestas illa soli convenit Christo. 3. Ejus judicium de Controversiis fidei non est infallibile, Ipse certè Bellarminus haud obscurè fatetur. Papam fieri posse hæreticum, *lib. 2. c. 31.* 4. Ei non convenit jus νομοθεσίας in spiritualibus, 2. *Cor. 1. vers. 24. Iac. 4. vers. 12.* 5. Neque jurisdictio in totum ministerium; quia Christi hoc est, 1. *Cor. 3. v. 5.* Non *hæc*, 1. Christus Apostolis suis tẽporali Dominio simpliciter interdixit, *Matth. 20. v. 25. Luc. 22. v. 25.* 2. Ministri non debent implicari negotiis secularibus, nec clero dominari, 1. *Pet. 5. vers. 3. 2. Tim. 2. vers. 4.* 3. Ecclesiæ, ejúsve Ministerio potestas mundana non est data, *Ioh. 18. vers. 36. 2. Cor. 10. vers. 4. 5.* 4. Ecclesia & politia se habent ut disparata 5. Potestas Ecclesiastica ordinatione Dei subjecta est temporali; *Rom. 13. vers. 1.* P.

C. *Falsum etiam est; Episcopos sive Pastores Ecclesiæ habere potestatem suam à solo Pontifice Romano immediatè.* Rationes 1. Pastores sunt

Ministri, Oeconomi, Legati Dei & Christi. 2. Sunt successores Apostolorum E. ab eo potestatem habent, à quo & antecessores. 3. Solus Christus pastores constituit, misit ac dedit Ecclesiæ, *Ioh. 20. vers. 21. 22. Act. 20.* 4. Solus Christus facit idoneos Ministros N.T. eorùmque labores reddit fructuosos, 2. *Cor. 3. vers. 6. c. 15. vers. 10. 58.* 5. Authoritas Sacerdotum & Levitarum in V. T. fuit à solo Deo. 6. Pastores sunt pares in Ministerio Ecclesiæ. E. alter ab altero potestatem non mutuatur. P.

D. *Neque ius eligendi vel ad Pontificem Romanum potissimum pertinet, vel ad solos Episcopos; sed ad Ecclesiam, ac Magistratum fidelem.* Rationes aliæ sunt *generales*, aliæ *Speciales*, *Ex illis* est, quòd jus illud sit pars potestatis Ecclesiasticæ illa verò Ecclesiæ propria est, utpote à Christo tributa, *Matth.* 18. *vers. 18. 1. Tim. 3. vers. 14. 15.* Ex *his* A. Pro *Ecclesia*, sive Presbyterio, & populo fideli, certat tum praxis Ecclesiæ *Apostolicæ, Act. 1. vers. 23. c. 6. vers. 3. 5. 6. cap. 14. vers. 23. 1. Tim. 4. vers. 4.* tum *primitiva* subsequentis, usque adeò, ut communi quasi oraculo judicârit Ecclesia, omnes illas electiones esse irritas, quæ ἄνευ λαῶ ζυνέζεως, id est, uti vertit *Cyprianus*, sine *conscientia & assensu populi* factæ erant: tum etiam *ratio*, nam qui totius Ecclesiæ pastores esse debent,

de

de consensu totius meritò eliguntur, tum ne quis Ecclesiæ invitæ obtrudatur, tum ut plus authoritatis obtineat. B. Pro *Magistratu fideli*; quia Magistratus est custos utriusque tabulæ, & Ecclesiæ nutritius. Huc referuntur *Deut. 17. 18. 19. 20. Psal. 24. 29.* Exempla Mosis *Exod. 28. vers. 1. c. 40. v. 16.* Davidis, 1. *Chron. 23. vers. 2.* Salomonis 1. *Reg. 2. vers. 27.* 2. *Reg. 8. vers. 26.* Ezechiæ 2. *Chron. 29. vers. 15.* C. *Contra Episcopos*: Quia ne Apostoli quidem hoc soli jus exercuerunt. D. *Contra Pontificem Romanum.* Quia in Ecclesia non obtinuit jus Monarchicum; ut supra monstravimus. P.

E. *Ad officium Ecclesiasticum ordinariè requiritur vocatio divina, eàque mediata, per Ecclesiam instituta.* Rationes 1. Missione ordinariè opus est. E. & vocatione. *Rom. 10. vers. 15.* 2. Sine vocatione ordinariè nemo est legitimus Minister Evangelii, *Ier. 23. vers. 21.* 3. Nemo sibi debet sumere honorem in Ecclesia, *Heb. 5. vers. 4.* 4. Nec Christus nec Apostoli sine vocatione gesserunt Ministerium, *Matth. 3. vers. 13. Matth. 10. vers. 5.* S.

F. *Falsum est, Pastores Ecclesiæ Reformatæ non habere legitimam vocationem. Legitimum* dicitur, quod cum lege convenit. Jam vocatio pastorum Ecclesiæ Reformatæ convenit cum

lege illa, quam Christus condidit, ac Apostoli ejus observârunt. Nempe ut per Ecclesiam ejusque presbyterium vocentur verbi ac sacramentorum administri. *Matth. 18. v. 17. 18. Cap. 28. vers. 19. 20. Act. 1. vers. 23. Cap. 6. vers. 3. Cap. 14. vers. 25. 1. Cor. 16. vers. 1. Tim. 3. & Cap. 5. v. 22.* Quidni igitur censeatur legitima? vel adferant nobis etiam legem, divinitus approbatam: à cujus norma deflexerit. P.

V. Materia *in objecto ejus cernitur*; *quod est duplex*; Personale & Reale. Personale a *sunt omnes cives Ecclesiæ*, b *inter se variè distincti.* Reale *sunt res Ecclesiæ propriæ*, c *doctrina, Sacramenta, disciplina; atque etiam bona Ecclesiastica.*

a. 1. *Cor. 5. vers. 12. 13.* De iis qui intus sunt vos judicatis. De extraneis verò Deus judicat. *Act. 20. vers. 28.* Attendite animum ad vos ipsos, & totum gregem, in quo vos Spiritus S. constituit Episcopos, ad pascendum Ecclesiam Dei.

b. 1. *Cor. 14. vers. 32.* Spiritus Prophetarum Prophetis subijciuntur, *Eph. 5. vers. 22.* Uxores propriis viris subijcite *vos. vers. 25.* Viri diligite uxores vestras. *cap. 6. v. 1.* Liberi auscultate in Domino parentibus vestris. *vers. 5.* Servi auscultate Dominis cum timore *vers. 9.* Et vos Domini remissis minis agite.

gite 1. *Ioh. 2. verſ. 12. 13. 14.* Scribo vobis filioli, Patres, pueruli.

c. *Matth. 28. verſ. 19. 20.* Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris, & Filii, & Spiritus S. docentes eos obſervare, quæ præcepi vobis. *Act. 2. verſ. 41. 42.* Additæ ſunt Eccleſiæ die illo animæ quaſi ter mille. Perdurabant autem in doctrina Apoſtolorum, & communicatione, & fractione panis, & precibus. 1. *Cor. 9. v. 14.* Dominus conſtituit iis qui Evangelium annunciant, ut ex Evangelio vivant.

V. Forma *continetur actibus gubernationis, ſecundum* a *verbum Dei &* b *congruentes canones Eccleſiaſticos; tum ſingularibus cujusque ordinis, in utroque Teſtamento; In V. quidem* c *Patriarcharum,* d *Prophetarum,* e *Sacerdotum &* f *Levitarum. In* N. T. *verò* g *Apoſtolorum,* h *Prophetarum,* i *Evangeliſtarum* k *Paſtorum,* l *Doctorum* m *Seniorum, &* n *Diaconorum: tum communibus* o *Synedriorum atque* p *Synodorum, tam particularium quam univerſalium.*

a. *Deut. 17. verſ. 11.* Ex præſtituto legis quam docuerint te, facito. *Matth. 28. v. 20.* Docentes eos obſervare, quæ præcepi vobis.

b. 1. *Cor. 11. verſ. 34.* Reliqua cum venero ordinabo. *Cap. 14. verſ. 40.* Omnia ordine & decenter fiant.

c. *Gen. 18. verſ. 19.* Agnovi eum, *Abrahamum*, ut qui præceperit filiis ſuis, & familiæ ſuæ poſt ſe, etiam obſervent viam Jehovæ,

d. *Ier. 1. verſ. 5. 7.* Prophetam conſtitui te, ad quæcunque miſero te, ito; & quæcunque præcepero tibi loquitor.

e. *Malach. 2. v. 7.* Labia Sacerdotis obſervant ſcientiam &c.

f. *Num. 8. v. 18. 19.* Aſſumſi Levitas &c. *Neh. 8. verſ. 8.* Levitæ docebant populum legem.

g. *Marc. 3. verſ. 14. 15.* Chriſtus conſtituit duodecim, ut mitteret eos ad prædicandum Evangelium, & ut haberent poteſtatem ſanandi morbos, & ejiciendi dæmonia. *Coll. cum Luc. 6. verſ. 13.* Elegit ex diſcipulis ſuis duodecim, quos & Apoſtolos nominavit.

h. *Eph. 4. verſ. 10 11.* Chriſtus adſcendit longe ſupra omnes cœlos ut impleret omnia Is igitur dedit alios quidem Apoſtolos, alios verò Prophetas.

i. *2. Tim. 4. verſ. 5.* Opus perage Evangeliſtæ, miniſterii tui plenam fidem facito.

k. *Rom. 12. verſ. 8.* Qui exhortatur, in exhortatione *ſcil. verſetur. 1. Cor. 12. v. 8.* Huic per Spiritum datur ſermo ſapientiæ.

l. *Rom. 12. verſ. 7.* Qui docet, in docendo 1,

do. 1. *Cor. 12. verſ. 8.* Alii datur ſermo cognitionis per eundem Spiritum.

m. *Rom. 12. v. 8.* Qui præeſt, *præſit* cum diligentiâ. 1. *Tim. 5. v. 17.* Qui benè præſunt Presbyteri, duplici honore digni habentur.

n. *Rom. 12. verſ. 8.* Qui miſeretur, cum hilaritate. 1. *Tim. 3. verſ. 8.* Diaconi ſint venerandi, non bilingues, non turpem quæſtum facientes.

o. *Matth. 18. verſ. 17. 18.* Quod ſi neglexerit eos audire, dic Eccleſiæ; quod ſi Eccleſiam audire neglexerit, ſit tibi velut Ethnicus & publicanus quiſpiam. Amen dico vobis, quæcunque ligaveritis in terra, erunt ligata in cœlo: & quæcunque ſolueritis in cœlo. 1. *Tim. 4. v. 14.* Impoſitio manuum Presbyterii.

p. *Act. 15. verſ. 6.* Congregati ſunt Apoſtoli & presbyteri, ut diſpicerent de hac re, *ſc. controversâ, circa circumciſionem & legem.*

CANONES.

A. *Clerici, id eſt, Eccleſiaſtici non debent ſub ſpecie Apoſtolici inſtituti, ad perpetuam Cælibatûs legem adſtringi.* Rationes 1. Eccleſiaſticis ab Apoſtolo ſervanda proponitur Lex conjugalis; 1. *Tim. 3. verſ. 2. 4. Tit. 1. v. 6.* 2. Diſcipuli & Apoſtoli Chriſti vel conjugati fuerunt, ut Petrus & Johannes, *Matth. 8. verſ. 14. 1. Cor. 9. verſ. 5.* Philippus Evangeliſta, *Act. 21. v. 8. 9.* vel eſſe potuerunt, 1. *Cor. 9. verſ. 5.* 3. Con-

jugium in N. T. repetitum, confirmatum, commendatum est, & in omnibus honorabile, *Matth* 19. *verf.* 4. 5. *Heb.* 13. *verf.* 4. 4. Præceptum cœlibatûs est Dæmoniaca prohibitio conjugii, 1. *Tim.* 4. *verf.* 13. 5. Conjugium, juxta Pontificios est Sacramentum. P.

B. *Vt iidem sint Episcopi & Principes seculares, nec utile nec necessarium imò in* T. N. *velitum.* Rationes 1. Nec Christus, nec Apostoli, nec ulli Pastores, in Ecclesia primitiva fecerunt. 2. Principatus secularis corrumpit Ministerium Ecclesiæ, cum Episcopatu copulatus; id quod experientia probat, & ratione manifestum est, quia Ministerium transferunt in dominium. 3. Principatus secularis repugnat Naturæ ac conditioni Ecclesiæ, *Ioh.* 18. *verf.* 36. *Luc.* 17. *verf.* 20. 4. Episcopis interdictum est à Christo, Principatu seculari, *Matth.* 20. *verf.* 25. *Luc.* 22. *verf.* 25. P.

C. *Episcopi jure divino non sunt superiores Presbyteris sive Pastoribus.* Rationes 1. Episcopus & Presbyter seu Pastor synonyma sunt *Act.* 20. *verf.* 17. 28. *Phil.* 1. *verf.* 1. *Tit.* 1. *verf.* 5. 7. 2. Conveniunt definitione reali, Episcopus enim dicitur, qui pascit Ecclesiam pabulo verbi *Act.* 20. *verf.* 28. 1. *Tim.* 5. *verf.* 2. talis etiam definitio est Presbyteri. 1. *Pet.* 5. *v.* 2. 3.

Tit.

Tit. 1. *verſ.* 5. 3. Sunt pares munere & miniſterio. Nam a. in diſtinctione Miniſterii collocantur eodem gradu. *Eph.* 4. *verſ.* 11. *Rom.* 13. *verſ.* 6. 7. b. A ſolis Presbyteris gubernantibus, itémque Diaconis gradu differunt, 1. *Tim.* 5. *verſ.* 17. c. Idem jus acceperunt à Chriſto, *Matth.* 18. *v.* 18. 4. Diſtinctio illa jure divino interdicta, humano invecta eſt: quod patet ex hiſtoria Eccleſiaſtica vide *Hieron. Comment. ad Tit. c.* 1. & Epiſtola ad Neopotianum ac Evagrium; *Ambroſium* item Epiſt. *ad Ephes. c.* 4. P.

D. *Epiſcopi verò, ſeu Presbyteri, alligati ſunto certæ Eccleſiæ & iidem verbi ac Sacramentorum tribuendorum jus indiviſum obtineant.* Rationes 1. Ideo Epiſcopi oppidatim ac vicatim conſtituti ſunt. 1. *Pet.* 5. *verſ.* 2. *Act.* 14. *verſ.* 23. 6. 20. *verſ.* 28. 2. Inſpectio plurium Eccleſiarum eſt prærogativa Miniſterii extraordinarii, tum Apoſtolatus, *Matth.* 28. *verſ.* 19. tum muneris Evangeliſtarum. *Tit.* 1. *verſ.* 1. 3. Prædicatio verbi & diſtributio Sacramentorum indiviſè cohærent, *Matth.* 28. 19. *Marc.* 16. *verſ.* 15. A.

E. *Poteſtas excommunicationis non eſt penes ſolos Epiſcopos, quam nulla pravia admonitione, etiam propter cauſas civiles exercere poſſint.* Rationes 1. Excommunicatio Eccleſiæ, ejuſque Presbyterio commiſſa eſt, *Matth.* 18. *v.* 17.

18. 1. Cor. 5. verſ. 3. 4. 2. Cor. 2. v. 6. 7. 2. Excommunicatio certis gradibus à Servatore diſtinguitur. E. non debet fieri per ſaltum. 3. Arma Eccleſiæ non ſunt carnalia. E. ob cauſas carnales ſtringi non debent A.

F. *Concilia indicere ſive cogere, vel iis praeſſe, vel etiam authoritatem iisdem infallibilem conferre in dogmatibus, fidei ac Religionis, non eſt Pontificis Romani.* Rationes 1. Pontifex hanc authoritatem nec à Chriſto, nec ab Imperatore accepit; ex ſe autem habere non potuit. *Non à Chriſto*, quia nec dicto nec exemplo Scripturæ poteſt probari. Nec *ab Imperatore*, quia ſolitus fuit Pontifex ab Imperatore ſupplex petere Concilii cogendi copiam, Leo 1. *Epiſt. 9. & 24.* ad Theodoſium; tum quia Epiſcopis antiquitùs per leges Civiles, ne convenire quidem licuit, niſi de conſenſu Imperatoris; quod jus civile non una lege ſancit Denique *ex ſe* habere *non* potuit, quia nemo ſibi ſumit honorem, *Heb. 5. v. 4.* 2. Convocare Concilia eſt munus proprium ſupremi Magiſtratus Chriſtiani, ut patet tum dictis *Pſal. 2. verſ. 10. 11. Pſal. 24. verſ. 7. 9. Eſ. 49. verſ. 13.* tum exemplis iisque vel *Sacris*, Moſis, *Joſuæ c. 23. & 24.* Davidis *2. Sam. 6. 1.* Chron. *28.* Joſaphati *2. Chronic. 20.* vel *Eccleſiaſticis*, Conſtantini Magni in Concilio Nicæno; Theodoſii I. in Conſtantinopolitano; Theodoſii

dosii II. in Ephesino, Martiani in Chalcedonensi, Justiniani in Constantinopolitano. 3. Convocatio Concilii est actus potestatis Civilis & Coactivæ; Locum enim, tempus, & modum conventuum definire ac præscribere, securitatem polliceri, in contumaces animadvertere sunt actus potestatis civilis. 4. Infallibilitas Concilii, tantum ratione materiæ secundum quid; efficientis verò respectu nullo modo convenit; quia nec interioribus, Episcopis, & quotquot in Conciliis suffragii decisivi jus habent, competit, nec superiori, Pontifici Romano. Vide *Elenct. Nov. pag. 683. P.*

VII. Finis *est* a *Dei Christique gloria, nec non* b *ædificatio Ecclesiæ ipsius ad salutem.*

a. 1. *Pet. 2. vers. 9.* Ut prædicetis virtutes illius, qui vocavit vos è tenebris in admirabilem suam lucem. 2. *Cor. 8. vers. 19.* Beneficientia administratur à nobis ad ipsius Domini gloriam.

b. *Eph. 4. vers. 12.* Ad compactionem sanctorum, ad opus ministerii, ad ædificationem corporis Christi. 2. *Cor. 10. vers. 8. & cap. 13. vers. 10.* Pro potestate, sive authoritate, quam dedit Dominus nobis, ad ædificationem, ac non ad destructionem.

VIII. Effecta *sunt* a *conservatio & incrementum Ecclesiæ.* b. *εὐταξία ejusdem*; c *prohibi-*

hibitio scandalorum, *& id genus alia.*

a. *Eph. 4. vers. 13.* Donec perveniamus nos omnes in unitatem fidei & agnitionis filii Dei, in virum adultum, ad mensuram plenæ staturæ Christi. *& vers. 16.* Incrementum capit corpori conveniens, ad sui ipsius exstructionem per charitatem. *Act. 9. vers. 31.* Ecclesiæ habentes pacem ædificabantur, & pergentes in timore Domini & consolatione Sp. S. multiplicabantur.

b. 1. *Corinth. 14. vers. 40.* Omnia ordine & decenter fiant. *Colos. 2. vers. 5.* Gaudeo cernens ordinem vestrum.

c. *Rom. 16. vers. 17.* Observate dissidiorum & offendiculorum authores, contra doctrinam, quam vos didicistis, & declinate ab eis. 2. *Thess. 3. vers. 14.* Quod si quis non auscultat nostro per epistolam sermoni, hunc notate; & ne commercium cum eo habete, ut erubescat.

CANONES.

Efficacia Ministerii non pendet à pietate sive dignitate Pastoris sive Ministri ipsius. Rationes 1. Efficacia Ministerii pendet à Deo, *Matth. 3. v. 11. Marc. 16. vers. 20. Rom. 15. vers. 18. 19.* 2. Malorum etiam Ministerium tolerandum, & per illud Deus efficax est, ut patet partim ex dicto Christi, *Matth. 23. vers. 1. 2.* partim exem-

exemplo Judæ proditoris, *Matth. 10.* & Ministrorum hypocritarum, *Phil, 1. v. 5. 6.* A.

IX. Subjectum *est ipsa Ecclesia, & quæ sunt ejus: prout dictum in Materia.*

1. *Tim. 3. vers. 14. 15.* Hæc tibi scribo, ut noris &c. *Actor. 20. vers. 28.* Attendite animum ad vos ipsos, & totum gregem &c.

X. Adjuncta *sunt, quod Gubernatio Ecclesiastica est* a *spiritualis*, b *oeconomica*, c *varia item, & mutabilis, quod politiam externam attinet.*

a. 2. *Corinth. 10. v. 4. 5.* Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed divinitus valida, ad destructionem munitionum, ratiocinationes evertendo. 2. *Corinth. 1. vers. 24.* Non quod dominemur vestræ fidei, sed quod administri simus gaudii vestri.

b. 1. *Corinth. 4. vers. 1.* Sic de nobis reputet homo, ut de ministris Christi, ac dispensatoribus mysteriorum Dei. *Matth. 16. vers. 19.* Tibi dabo claves regni cœlorum, & quicquid ligaveris in terra, ligatum erit in cœlis; & quicquid solveris in terra, solutum erit in cœlis.

c. *Gal. 4. vers. 4. 5. 7.* Nos cum essemus infantes, sub elementis mundi eramus in servitutem redacti. At postquam venit plenitudo temporis, emisit Deus filium suum, factum ex muliere, factum legi subjectum, ut

eos,

eos, qui legi erant subjecti, redimeret. Itaque non amplius es servus, sed filius. *Act. 15. vers. 28. 29.* Visum est Spiritui S. ac nobis, ne quod amplius imponeremus vobis onus, præter necessaria ista: videlicet ut abstineatis ab iis quæ sunt immolata simulacris, & sanguine, & suffocato, & scortatione.

XI. *Hæc de Gubernatione Ecclesiastica*; Civilis *est, quâ Magistratus fidelis gladio divinitus armatus, una cum Republica curat Ecclesiam, & purum Dei cultum, ceu custos utriusque tabulæ, promovet ac tuetur.*

Esai. 49. vers. 23. Erunt reges nutricii tui, & fœminæ principes nutrices tuæ. *Psal. 122. vers. 3. 4. 5. 9.* Jerusalem optimè constructa, quò adscendunt tribus Jah, testimonium Israëlitarum, ut celebrent nomen Jehovæ: ibi consident throni juris, throni domus Davidis. Propter domum Jehovæ Dei nostri procurabo bonum tibi.

XII. Efficiens *hujusce Gubernationis est* a *Magistratus fidelis*, b *gladio divinitus armatus*; c *ordinarius &* d *extraordinarius.*

a. *Deut. 17. vers. 15.* Statuito super te Regem, quem elegerit. Jehova Deus tuus, è medio fratrum, tuorum statuito super te Regem; non poteris tibi præficere virum extraneum, qui non frater tuus sit. *Psal. 2. vers. 10. 11. 12.* Reges animadvertite, eruditionem per-

percipite judices terræ. Colite Jehovam cum reverentia, & exſultate cum tremore. Oſculamini filium, ut non iraſcatur.

b. *Prov. 8. verſ. 15. 16.* Per me reges regnant & dominatores decernunt juſtitiam: Per me principes gerunt principatum. *Rom. 13. verſ. 1. 4.* Non eſt poteſtas niſi à Deo, & quæ ſunt poteſtates ſunt à Deo ordinatæ: *item*: Magiſtratus Dei miniſter eſt, nec gladium fruſtra gerit, vindex ad iram ei, qui quod malum eſt fecerit.

c. *Deut. 16. verſ. 18.* Judices & moderatores conſtituito tibi in ſingulis portis tuis, qui judicent populum judicio juſto. *1. Pet. 2. v. 13. 14.* Subjecti eſtote cuivis humanæ ordinationi propter Dominum, ſive Regi, ut ſupereminenti, ſive præſidibus, ut qui per eum mittuntur.

d. *Iud. 2. verſ. 16. & cap. 3. verſ. 9. 10. ac paſſim* Excitavit Jehova Jſraëli vindices, ſervatores; quibus cum inſideret Spiritus Jehovæ, vindicārunt Jſraëlem: *Dan. 2. v. 21.* Deus transfert Reges, & conſtituit Reges.

CANONES.

A. *Magiſtratus Chriſtianus verè dicitur cuſtos utriusque tabulæ.* Modò officium ipſius *circa primam* legis tabulam, accuratè diſtinguatur ab officio Miniſterii Eccleſiaſtici. Vter-

Vterque enim custos primæ tabulæ dici potest: *Pastor* ratione eorum, quæ *intus* in Ecclesia peraguntur; Magistratus ratione eorum, quæ *foris* circa Ecclesiasticas res & personas disponuntur.

B. *Proinde Magistratum gerere etiam Christianus, seu fidelis potest.* Rationes. 1. Magistratus non repugnat Evangelio; quia Evangelium non abolet Politiam. *Matth.* 22. *vers.* 21. *Rom.* 13. *vers.* 11. 2. Magistratus est Dei ordinatio, instituta in *commune* bonum societatis humanæ, ac *singulare* Ecclesiæ, *Rom.* 13. *vers.* 1. 2, 3, 1. *Pet.* 2. 13, 14. *Es.* 49. *vers.* 23. A.

XIII. Materia *est partim* a *Respublica, tanquam hospitium Ecclesiæ*; *partim* b *ipsa Ecclesia, utriusque objecti* c *tam personalis, quàm* d *realis respectu.*

a. *Psal.* 122. *vers.* 9. Propter domum Jehovæ Dei nostri procurabo bonum tibi, *scil.* ô *Ierusalem.*

b. *Esa.* 49. *vers.* 23. Erunt reges nutricii &c.

c. *Rom.* 13. *vers.* 1. Omnis anima potestatibus &c. *Ioh.* 19. *vers.* 11. Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi hoc tibi datum esset supernè.

d. *Deut.* 17. *vers.* 18. 19. Cum insidebit Rex solio regni sui, describet sibi exemplum

Legis;

Legis; eritque penes eum, & leget in eo omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Jehovam Deum suum, observare omnia verba hujus legis, & statuta ista faciendo ea. *Psal. 2. vers. 10. 11.* Reges animadvertite &c.

C A N O N E S.

A. *Cura cognoscendæ religionis, & judicium de ea, ad Magistratum etiam pertinet.* Rationes 1. Hæc cura Magistratui divinitùs est mandata, *Deut. 17. vers. 18. 19. Jos. 1. vers. 8. Psal. 2. vers. 10. 11. 12.* 2. Magistratui ex officio incumbit constituere & reformare Ecclesiam, juxta verbum Dei, *Deut. 17. vers. 18. Es. 43. v. 23. c. 60. vers. 3. 10.* Exemplo Mosis, Josuæ, Davidis, Salomonis, Josaphati, Ezechiæ &c. 3. Quivis subditus fidelis debet discere religionem veram, & à falsa discernere, *Matth. 7. v. 15. Joh. 10. vers. 4. 5. 1. Cor. 10. vers. 15. 1. Thes. 5. v. 21.* E. & Magistratus 4. Magistratûs est fovere ac defendere religionem & Ecclesiam, E. & curam ejus notitiæ habere. P.

B. *Hæretici, ab Ecclesia Romana damnati, suppliciis capitalibus per Magistratum non quidem afficiendi & tollendi; Magistratus tamen capitalia supplicia in sontes, atque etiam hæreticos statuere, bella item in hostes gerere jure potest.*

Prius sequentibus Rationibus defendimus 1. Quos hæreseos damnant plerique

Cc aut

aut Orthodoxi sunt, aut simplici errore peccant. 2. Cognitio criminum capitalium, & pœna non est fori Ecclesiastici, 2. *Cor. 10. v. 4. 5. Eph. 6. vers. 12. 13.* 3. Capitalis animadversio in ejusmodi innocentem est Synagogæ Antichristianæ propria, *Apoc. 11. 12. 13.* 4. Sic Magistratus, fit minister alienæ tyrannidis. P. *Alterum* asserimus 1. Magistratus est potestas divinitus ordinata & gladio armata, *Rom. 13. vers. 1. 2, 3. 4. 5.* 2. Deus sanxit jus gladii in malos *Matth. 26. vers. 52. Gen. 9. v. 6. Rom. 13. vers 4. Heb. 13. vers. 4.* 3. Christianis licet milites esse, & militari uti opera. *Matth. 8. Act. 10. Luc. 3. vers. 14. Act. 23. vers. 12.* S. A.

C. *Clerici sive Ecclesiastici non exemti sunt à subjectione Magistratus civilis, quoad personas & facultates.* Rationes 1. Subjectio toti *generi* subditorum est communis, *Matth. 22. vers. 21. Rom. 13. v. 1. 2.* 2. Sacerdotes & Levitæ in Veteri, itémque Christus & Apostoli in N. T. subjecti fuerunt Magistratui civili. In V. T. David ordines Levitarum constituit 1. *Chronic. 23.* Solomon Abiatharem seditionis reum loco movit, 1. *Reg. 2.* Hiskias religionem à Sacerdotibus corruptam vindicavit, 2. *Chron. 29. 30. 31.* In N. T. Christus vectigal solvit, *Matth. 17. v. 27.* se agnovit in potestate Pilati, *Act. 19. vers. 11.* Paulus

Paulus fuit usus jure & legibus Romanorum, *Act.* 26. 2. Etiam Ecclesiasticorum bono Magistratus est constitutus. 3. Clerici Magistratibus Civilibus nec *Superiores* sunt, quia iis dictum : *Vos autem non sic, Matth.* 20. *vers.* 25. nec *pares*, quia Magistratus Domini sunt & dominantur, ipsi Ministri, serviunt, 1. *Pet.* 5. *vers.* 3. P.

D. *Magistratui pacem Religionis subditis licet indulgere; vel, admitti potest aliqua religionis tolerantia etiam diversa; vera autem religio non est propaganda aut conservanda vi coactiva;* Rationes 1. Falsa religio est zizanium; E. Si periculum sit, non eradicanda, *Matth.* 13. *vers.* 29. 30. 2. Non consulitur hac ratione ædificationi Ecclesiæ : Ita enim Respublica & Ecclesia perturbatur. 3. Tolerantia hæc in V. & N. T. est usurpata. Patet ex Historia Judicum ac Regum, Macchabæorum, Constantini Magni, Theodosii &c. P.

XIV. Forma *sunt actus Gubernationis civilis*; a *juxta leges divinas & humanas*, b *alii communiter justitiam*, c *alii Religionem singulariter spectantes.*

a. *Deut.* 17. v. 18. Describet sibi exemplum Legis &c. *Jos.* 1. v. 8. Ne discedito liber Legis ex ore tuo, sed meditaberis de eo interdiu & noctu, ut cum observantia facias omnino, prout scriptum est in eo. 1. *Sam.*

10. v. *25*. Samuel jus regni descripsit in quodam libro, & collocavit eum coram Jehova.

b. *Deut.* 1. v. *16. 17.* Judicate justè inter virum & fratrem ejus, etiàmque peregrinum ei: ne suscipite personam in judicio; nam judicium ipsum Dei est. *Ierem.* 22. v. 3. Exercete jus & justitiam & eripite eum qui rapinam patitur, è manu oppressoris, & peregrino, pupillo, ac viduæ ne vim faciatis. *Rom.* 13. v. 3. 4. Magistratus non sunt terrori bonis operibus, sed malis. Vis autem non metuere potestatem? quod bonum est facito, & laudem ab ipsa obtinebis. Quod si feceris quod malum est, metue; non enim gladium &c.

c. *Deut.* 17. v. 18, 19. Cum insidebit Rex solio regni sui, describet &c. *Ios.* 1. v. 8. Ne discedito liber legis &c. *Psal.* 2. *vers.* 10. 11. Reges animadvertite &c. *idque exemplis piorum Regum in V. T.* Davidis 2. *Sam.* 6. 7. & 1. *Chron.* 22. & seqq. capp. Salomonis 1. *Reg.* 6. & 8. Josaphati 2. *Chron.* 19. Ezechiæ 2. *Chron.* 29. Josiæ 2. *Reg.* 23.

CANON.

Leges positivæ Magistratus conscientias fidelium impropriè tantùm obligant, & per accidens. Conscientiæ

scientiæ fidelium cùm immediatè & directè solius Dei imperio subsint, ipsius quoque legibus tantum obligantur *propriè* & *per se*. *Impropriè* tamen & *per accidens*, hoc est, propter Deum obligantur quoque legibus positivis Magistratus; nimirum quatenus in legibus divinis eæ fundantur, tam *quoad genus* legum, quàm quoad *autoritatem* legislationis.

XV. Finis *est Dei* a *gloria*, b *salus Reipublicæ*, & c *Ecclesiæ propagatio ac defensio*.

a. *Psal.* 82. *vers.* 1. Deus adstat in cœtu Dei, inter Deos, *scil. vicarios, hoc est, magistratus*, judicat 2. *Chron.* 19. v. 6. Non pro homine judicaturi estis, sed pro Jehova, qui vobiscum futurus est in rebus judiciariis.

b. *Rom.* 13. v. 4. Magistratus Dei minister est tuo bono. 1. *Pet.* 2. v. 14. Tum ad ultionem facinerosorum, tum ad laudem bene agentium.

c. *Psal.* 47. v. 10. Voluntarii populorum congregati sunt cum populo Dei Abrahami: qui Dei sunt clypei, *hoc est, principes* terræ. *Esai.* 49. v. 23. Erunt reges nutricii &c. 1. *Tim* 2. v. 1. 2. Fiant deprecationes pro Regibus, & omnibus in eminentia constitutis: ut tranquillam & quietam vitam agamus cum omni pietate & honestate.

CANON.

Vindictam à Magistratu petere, absolutè non est prohibitum. Distinguimus vindictam in *privatam* & *publicam*. *Privata* conjuncta est cum pravis affectibus, ira, odio, æmulatione; nec tam sui defensionem, quàm adversarii oppressionem quærit. Hanc Servator disertè damnat, *Matth* 5. v. 39. & passim tota Scriptura. *Publica* est, quam Magistratus, ceu Dei minister, secundum leges exercet, ad integritatem justitiæ & publicam tranquillitatem. *Rom.* 13. v. 4. 1. *Petr.* 2. v. 14. Hanc petere jus fàsque est. 1. si sit opus 2. si absque sinistro affectu fiat. 3. Etiam à legitimo fine non aberret.

XVI. Effecta *ex forma & fine patescunt.*

XVII. Subjectum *ipsa Materia exprimit & declarat.*

XVIII. Adjuncta *Gubernationis civilis habentur ista: est* a *corporalis & coactiva*, b *specie augusta*, c *conditione similiter varia*, d *mutabilis.*

a. *Rom.* 13. v. 3. 4. Magistratus non sunt terrori bonis operibus, sed malis. Quod si feceris, quod malum est, metue; non enim gladium frustra gerit.

b. *Ierem.* 22. *vers.* 4. Si feceritis rem hanc, utique

hanc, utique ingredientur per portas domus hujus Reges, ſedentes pro Davide in ſolio ejus, vecti curribus aut equis, ipſe Rex cum ſervis ſuis, & populo ſuo. *Matth. 6. verſ. 29.* Ne Salomon quidem cum univerſa gloria ſua ſic amictus fuit.

c. 1. *Sam. 8. verſ. 4. 5.* Seniores Iſraëlis dixerunt Samueli; Ecce tu ſenuiſti, & filii tui non ambulant in viis tuis; nunc præpone nobis Regem ad vindicandum nos, ut habent omnes iſtæ gentes. *Iob. 12. v.* 18. 19. 21. Deus vinculum Regum diſſolvit, & cingulum alligat lumbis eorum. Facit ut præſides deveniant in dementiam, & valentiſſimos pervertit. Effundit contemtum ſuper principes, & zona validos deſtituit.

Sedes Loci hujus propria eſt, in V. T. de Gubernatione Eccleſiaſtica. Leviticus; de civili Deut. 17. *Pſal.* 72. 82. 101. 122. *In N. T. de illa* Rom. 12. 1. *Cor.* 12. *Eph.* 4. v. 7. *& ſeqq. nec non Epiſtolæ ad* Timotheum *&* Titum *de hac* Rom. 13, *cap.* 1. Petr. 2. v. 13. *& ſeqq.*

LOCUS.

LOCUS XVI.

DE

Donatione Resipiscentiæ ac Fidei, per Vocationem Efficacem.

I. *Vidimus* Externum *Applicationis Modum*. Internus *sequitur, suis iterum gradibus distinctus*.

II. *Horum primus in Donatione Resipiscentiæ ac Fidei, secundus in Iustificatione, tertius in Santificatione, quartus & ultimus in Perseverantia consistit*.

Rom. 8. vers. 30. Quos prædestinavit, eos etiam vocavit; & quos vocavit, eos etiam justificavit; quos autem justificavit, eos etiam glorificavit. 1. *Cor. 1. vers. 30.* Christus factus est nobis sapientia à Deo, justitia, sanctificatio, & redemtio.

III. Donatio Resipiscentiæ ac Fidei *fit* à *per Vocationem* Efficacem, *quâ* b *Deus* c *pro gratuita sua misericordia*, d *Electos in* Christo, quos e *externè vocavit per Verbum*; f *etiam intus per Spiritum* S adse trahit, *ac* g *resipiscentiâ & fide donat*.

a. *Rom. 8. vers. 28 30.* Qui secundum pro-

propositum ipsius vocati sunt; *Item*: quos prædestinavit, eos etiam vocavit.

b. *1. Cor. 1. vers. 9.* Fidelis est Deus, per quem vocati estis in communionem Filii ipsius, *1. Petr. 2. vers. 9.* Ut prædicetis virtutes illius, qui vocavit vos è tenebris in admirabilem suam lucem.

c. *2. Tim. 1. v. 9.* Vocavit nos vocatione sancta, non ex operibus nostris, sed ex suo proposito, & gratia. *Eph. 1. v. 5.* Prædestinavit nos, quos adoptaret in filios, pro benevolo affectu voluntatis suæ.

d. *Rom. 8. v. 30.* Quos prædestinavit &c. *Eph. 1. v. 5.* Prædestinavit nos, quos &c.

e. *Matth. 20. vers. 16. & cap. 22. vers. 14.* Multi sunt vocati, pauci electi, *scil. ex vocatis externè.*

f. *Iohan. 6. v. 44. 45.* Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit, eum. Scriptum est in Prophetis: Et erunt omnes docti à Deo. Quisquis ergo audivit à Patre, & didicit, ad me venit. *Ephes. 1. v. 18. 19.* Ad sciendum, quæ sit supereminens magnitudo potentiæ ipsius in nobis, qui credimus, pro efficacitate roboris virium ipsius.

g. *Actor. 11. vers. 18.* Deus etiam gentibus dedit resipiscentiam ad vitam. *Eph. 2. v. 8.* Gratiâ servati estis per fidem: & hoc non est ex vobis, sed Dei donum est.

CANONES.

A. *Vocatio efficax varia in Scholis sortitur nomina.* In Scriptura dicitur vocatio κατὰ πρόθεσιν, *Rom. 8. v. 28.* vocatio ἀμεταμέλητος, *cap. 11. v. 29.* vocatio Electorum, *Matth. 20. v. 16.* υἱοθεσία, *Eph. 1. v. 5.* Regeneratio, *Ioh. 3. v. 3.* generaliter considerata In Scholis communiter Vocatio *interna*, *efficax*; item *gratia prima*, *scil: gratis data*, *præveniens*, *operans*, appellatur.

B. Vocatio efficax, Regenaratio, Resipiscentia, Sanctificatio & Conversio *variè sumuntur à variis*, *nonnunquam etiam confunduntur*, *propriè tamen loquendo differunt generaliter & specialiter. Generaliter*, quia *vocatio efficax & regeneratio* tantùm notant actus Dei, non nostros, *Rom. 9. v. 24. 25. Resipiscentia* tantum notat actus *nostros*, licèt à Deo effectus in nobis. Nos enim resipiscimus, Deo resipiscentiam concedente, *Act. 17. v. 30. Sanctificatio & Conversio* jam notant actus Dei, *Eph. 2. 6. Ierem. 31. v. 18.* Jam *nostros*, gratiâ Dei in nobis excitatos, *1. Thess. 4. v. 4. Ezech. 23. v. 11. Specialiter*, quatenus *A. vocatio efficax est* donatio fidei, & resipiscentiæ per fidem. *Rom. 8. v. 29. 30.* Hæc præcedit fidem, Resipiscentiam, Justificationem, & cætera beneficia, *Rom. 8. v. 29. 30.* B. *Regeneratio* bifariam sumitur, quan-

quantum ad præſens inſtitutum. *Latè*, & tum complectitur vocationem efficacem, & renovationem Naturæ corruptæ, *Ioh.* 1. v. 12. 13. 1. *Pet.* 1. v. 3. 23. *ſtrictè*, & ſolam naturæ corruptæ renoavtionem continet, *Tit.* 3. v. 5. Sic ſæpe dicitur *renovatio*. C. *Reſipiſcentia* poſterior eſt vocatione efficace, *ſimpliciter* ſumta, quia effectus ejus.: ſic etiam poſterior regeneratione *latè* ſumta; ſed prior eſt, regeneratione *ſtrictè* ſumta : quia reſipiſcentes & credentes accipimus Spiritum Sanctificationis, quo renovamur ad imaginem Dei, *Act.* 2. v. 39. 40. D. *Sanctificatio* alia eſt *paſſiva*, qua ſanctificamur à Deo, 1. *Cor.* 6. v. 11. alia *activa*, qua ſanctificamus nos ipſos 2. *Cor.* 7. v. 1. Utraque *poſterior* eſt vocatione efficaci, reſipiſcentia & regeneratione *latè* dicta. Sed cùm *ſtrictè illa* ſumitur, eadem eſt cum regeneratione. E. *Converſio* denique eſt tum *activa*, tum *paſſiva*; *illa* convertimur à Deo, *Ierem.* 31. v. 18. & ſic æquipollet regenerationi latè ſumtæ; *hac* convertimus nos ipſos. 1. *Theſſ.* 1. v. 9. & idem eſt cum reſipiſcentia.

C. *Non omnibus per Evangelium vocatis confertur facultas credendi.* Rationes 1. Multi vocati non poſſunt credere, *Ioh.* 12. v. 39. 1. *Cor.* 2. v. 14. 2. Multis vocatis id datum non eſt, *Matth.* 13. c. 11. v. 25. 3. Credendi facultas non eſt omnium. *a.* quia fides non eſt omnium. *b.* Fides

Fides est electorum, *Tit.1.v.1. Act.13. v. 48.* 4. Non idem in omnibus verbi effectus, *Matth.13. v.19. Rom.1 v.6. 2. Cor. 2. v. 26.* S.

D. *Verbum vocationis ad fidem, se habet vel objectivè vel effectivè. Objectivè*; quia verbum Evangelii, est proprium fidei objectum. Vnde promiscuè verbum fidei, *Rom.* 10. v. 8. fides, appellatur, *Gal. 3. v. 23 25. Effectivè* etiam: quia simul est organon seu instrumentum ingenerandæ fidei: sicut dicitur, *Rom.* 10. v. 17. *Fides est ex auditu: auditus autem per verbum.* Horsum enim destinatum est à Deo, qui per illud liberè, ubi, quando, & quantum vult operatur.

IV. Efficacia *hujus vocationis* a *tota est à Spiritu Sancto*; *non modo* b *offerente donum resipiscentiæ ac fidei*, c *aut utriusque facultatem largiente*, d *sed utramque etiam reapse conferente ac præstante.*

a. *Rom. 9. v. 16.* Non est volentis, nec currentis, sed miserentis Dei, *hoc est fidem misericorditer donantis per Spiritum S. ex v. 18. Tit. 3. v. 5.* Non ex operibus justis quæ fecerimus nos, sed ex sua misericordia servavit nos per lavacrum regenerationis, renovationis Sp. Sancti.

b. *Luc. 24. v. 47.* Oportet in nomine ejus prædicari resipiscentiam ac remissionem peccatorum, *sc. per fidem. 2. Cor. 5. v. 20.* Nomine

mine Christi legatione fungimur, & velut Deo vos rogante per nos, oramus Christi nomine reconciliamini Deo.

c. *Deut.* 30. v. 6. Circumcidet Jehova animum tuum, & animum seminis tui, ad diligendum Jehovam Deum tuum ex toto corde tuo. *Ezech.* 36. v. 26. 27. Dabo vobis cor novum & spiritum meum ponam in medio vestri.

d. *Ezech.* 36. v. 27. Quo, *scil. Spiritu*, efficiam, ut in statutis meis ambuletis, & jura mea observetis, facientes ea. *Phil.* 2. v. 13. Deus est, qui efficit in vobis & ipsum velle, & ipsum agere. *Cap.* 1. v. 29. Gratis vobis datum est in Christum credere.

C A N O N E S.

A. ***In prima conversione seu vocatione interna voluntas hominis gratiæ Dei non cooperatur.*** Rationes 1. Homo peccator nulla habet Conversionis Principia, est enim mente cœcus, voluntate pravus, affectibus rebellis, *Eph.* 5. v. 8. *Tit.* 3. v 3. *Genes.* 6. v. 5. At cooperatio cooperandi principia presupponit ut actus secundus actum primum. 2. In prima conversione vivificatur, resuscitatur, *Eph.* 2. v. 15. regeneratur, *Ioh.* 3. v. 3. 5. 7. de novo creatur, *Psal* 51. v. 12. *Eph.* 2. v. 10: trahitur, *Ioh.* 6. v. 44. 3. Voluntas hominis

minis converſionem primam non coinchoat· Deus enim velle & inchoat & operatur, *Phil.* 1. v. 6. c. 2. v. 13. 4. Converſio nullatenus pendet à peccatoris cooperatione, 2. *Cor.* 3. v. 5. *Eph.* 2. v. 8. 9. 5. Homo non cooperatur gratiæ prævenienti; ut quæ omnes actus ejus antecedit. *Eſ.* 65. v. 1. *Rom.* 10. v. 20. *Inuentus ſum ab iis qui me non quærebant.* P.

B. *Proinde qui credunt, non ex animi volentis probitate credunt; nec qui non credunt, tantum ex animi nolentis malitia non credunt.* Non *illud* 1. Quia fides non eſt volentis, ſed ex ſingulari vocantis gratia proficiſcitur, *Matth.* 13. v. 11. *Phil.* v. 29. 2. Fides ſpeciale Dei donum eſt, *Eph.* 2. v. 8. 1. *Cor.* 4. v. 7. 3. Probitas animi, eſt effectum fidei, *Gal.* 5. v. 6. 1. *Tim.* 1. v. 5. Neque *hi*. 1. Quia infidelitatis cauſæ reprobatio & excæcatio, *Rom.* 11. v. 7. 8. *Matth.* 11. v. 25. *Ioh.* 12. v. 39. 40. 2. Animi malitia *omnibus* naturalis, *Rom.* 3. *Eph.* 2. E. ea non eſt cauſa ſolitaria, aut ſuprema incredulitatis *quorundam.*

V. Reſipiſcentia *eſt dolor ex agnitione peccatorum, conjunctus cum fiducia remiſſionis eorundem, mutationem animi à malo ad bonum producens.*

Matth. 3. v. 2. Reſipiſcite, appropinquavit enim regnum cœlorum. *Cap.* 9. 13. Non

veni

veni vocatum justos, sed peccatores, ad resipiscentiam. *Cujus typus proponitur in prodigo Luc. 15. cap.*

VI. *Proinde fidem partim antecedit, partim consequitur.*

VII. Antecedit, *quoad ad agnitionem peccati & pœnæ, contritionem ex sensu utriusque, ac de propriis viribus desperationem.*

Esai. 66. v. 2. Intueor in pauperem & contritũ Spiritu, ac trepidantem ad verbum meum *Matth. 5. v. 3. 4. 6.* Beati pauperes Spiritu; beati qui lugent; beati qui esuriunt, & sitiunt justitiam. *Actor. 2. v. 37.* His auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt: Quid faciemus viri fratres?

VIII. Consequitur, *quoad conversionem, sive mutationem à malo in bonum.*

2. *Corinth. 7. v. 10.* Quæ secundum Deum est tristitia, ea resipiscentiam efficit ad salutem, cuius nunquam pœniteat. *Act. 20. v. 21.* Attestans, Judæis simul & Græcis, conversionem ad Deum. *Sive, ut est cap. 26. v. 18.* A tenebris ad lucem, & à potestate Satanæ ad Deum.

CANONES.

A. Conversio *hoc loco strictè sumta, suos habet gradus.* Neque enim conversio per violentos fit raptus, vel momento omnibus suis parti-

partibus absolvitur: neque *initium* conversionis fit à *renovatione Naturæ* corruptæ, & pravarum qualitatum; qualis est in Sanctificatione, sed actibus *resipiscentiæ* & *fidei*, & aliis præcedaneis.

B. *Gradus alii sunt ad conversionem; alii ipsius conversionis, illi* sunt a. *Agnitio peccatorum*, & pœnarum quæ mentis. b. *Sensus iræ* Dei, in corde. c. *μεταμέλεια*, sive *pænitentia*, quæ est dolor de admissis peccatis, & eorum improbatio. d. *Cognitio* Christi Mediatoris, *Hi verò*, a. *Fides*, sive fiducialis apprehensio & receptio Christi, quâ quisque Christum eiúsque beneficia speciatim sibi applicat. b. *Dolor* secundum Deum, ex fide existens c. *Resipiscentia*, *μετάνοια*, quam efficit dolor ille secundum Deum, 2. *Cor. 7. v. 9. 10. Peccator enim*, quia dolet de offenso Deo, jam mutat propositum animi, cavet, fugit peccatum. Amat contra justitiam. d. *Regeneratio*, strictè sumta, sive *sanctificatio*, fidem & resipiscentiam sequens. Consistitque in mutatione Naturæ & pravarum qualitatum; cuius *terminus à quo*, est inhærens corruptio, sive vetus homo: *terminus ad quem*, sanctitas, sive novus homo.

C. *Hi verò gradus & in adultis tantùm valent; & ordinariæ non extraordiariæ sunt conversionis. Illud* notandum est, propter *infantes*, quibus

quibus justificatio & regeneratio per Spiritum Sanctum satis est ad salutem: etiamsi non præcedat fides, vel resipiscentia. *Hoc*, propter singularia conversionis exempla, Petri, Pauli, Zachæi, latronis &c.

D. *Vocatis, reprobis & electis, communes sunt gradus ad conversionem, Conversionis gradus non item. Illi* reprobis tribuuntur, ut sunt a. *agnitio peccati* ex *Lege*, exemplo Saulis 1. Sam. *24. v 18.* Judæ, *Matth. 27. v. 4. 5.* b. *Sensus iræ* Dei, incumbentis propter peccatum, exemplo Caini, *Genes. 4. v. 13. Achabi 1. Reg. 21. vers. 27. cap.* c. *Pœnitentia*, sive dolor de peccato admisso & improbatione ejus, exemplo Judæ, *Matth. 27.* d. *Agnitio & sensus* aliquis gratiæ Dei in Christo, ex Evangelio per illuminationem Sp. S. *Heb. 6. v. 4. 5. 6. c. 10. v. 26.* Atque hic ii excellunt, qui *fide temporaria* præditi sunt, *Luc. 8. vers. 13. 14. Hi* verò non item: Nam non habent *a.* fidem salvificam, quia est electorum *Tit. 1. v. 1. b.* Non afficiuntur *dolore secundùm Deum*, quia is est ex fide. *c.* Non *donantur resipiscentia*, quæ est Israëlis Dei. *d.* Non regenerantur ad novitatem vitæ, quia regeneratio est opus singulare Sp. S. Exceptiones Pontificiorum, tum etiam Evangelicorum, habet author in *Probl. p. 193.*

IX. *Media intervenit* Fides a *resipiscentem fiducia remissionis peccatorum erigens, ac* b *contritionem ei salutem reddens.*

a. *Matth. 11. v. 28.* Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis ego reficiam vos. *1. Ioh. 2. v. 1 2.* Filii, ne peccate. Quod si quis peccaverit, advocatum apud Patrem habemus, Jesum Christum justum. Et ipse propitiatio pro peccatis nostris.

b. *2 Corinth. 7 vers. 10.* Quæ secundum Deum est tristitia &c *Matth. 26. v. 75.* Recordatus est Petrus verborum Jesu, qui dixerat ei; Priusquam gallus vocem mittet, ter me abnegabis Et egressus extra, flevit amarè.

X. FIDES *porrò est Christi redemtoris, ac salutarium ejus beneficiorum; prout illa Verbo Evangelii offeruntur, Sacramentisque obsignantur, non modo certa cognitio; sed etiam fiducialis apprehensio; qua quisque fidelis ea sibi sigillatim adjudicat & applicat.*

Tit. 1. vers 1. Apostolus secundum fidem Electorum Dei, & agnitionem veritatis, quæ est secundum pietatem. *Heb. 11. v. 1.* Fides est illud, quo subsistunt quæ sperantur, & quæ demonstrat, quæ non cernuntur. *Hebr.* nuntur *2 Tim. 1 vers. 12.* Novi cui crediderim, & mihi persuasum est, eum posse depositum meum in illum diem servare.

CANO.

CANONES.

A. *Fides justificans non est obedientia mandatorum Dei; nec enim bona opera sunt forma fidei; sed fructus ejus.*

Rationes 1. Fides & obedientia *definitionibus* differunt. Differunt enim *genere*. Fides enim est habitus divinitus infusus: obedientia mandatorum, *Actio. Formâ*, quia illius forma est πληροφορία; huius ἐννομία. 2. Fides est causa obedientiæ, tanquam effectus, 1. *Tim. 1. v. 5.* Finis *mandati est charitas ex mundo corde* (quod ex fide *Act. 15. v. 9.*) ex conscientia bona (quæ itidem ex fide, *Rom. 5. v. 1.*) & fide minimè simulata. 3. Fidei & obedientiæ sunt diversa *effecta*. Justificatio, υἱοθεσία, unio cum Christo sunt effecta fidei; non verò operum 4. Distinguuntur *objectis*. Fidei objectum est Evangelium, *Marc. 1. v. 15. Obedientia* seu bonorum operum, Lex, *Matth. 22. v. 37. 38.* 5. Fides est hujus tantùm vitæ, obedientia etiam futuræ 6. Fides & charitas sunt diversæ virtutes, 1. *Cor. 13. v. 13.* 7. Fides justificans qua talis, & bona opera, sunt opposita, *Rom. 3. vers. 28. Gal. 2. v. 16.* E. non sunt unum. S.

B. *Fidei fundamentum non labefactant, qui universalem gratiam qualemlibet negant.* Dico *qualemlibet*. Alia enim, est *secundùm*, alia

contra Evangelium. *Gratia universalis secundum Evangelium* est, qua omnibus resipiscentibus & credentibus, citra discrimen, gentis ætatis aut sexûs, annunciatur remissio peccatorum, per & propter Christum. Hanc non labefactamus, sed adstruimus: adeóq; principale fidei objectum statuimus. *Gratia universalis contra Evangelium* est, quâ omnibus hominibus, tam *incredulis* quam credentibus offertur & promittitur reconciliatio cum Deo & remissio peccatorum per & propter Christum. Eam si qui volunt esse fundamentum fidei, aut veritatem eius probent ex Evangelio, aut aliud nobis Evangelium edant: quorum utrumque pariter est ἀδύνατον.

XI. Efficiens *ejus est* a *Deus per Spiritum S. qui Spiritus fidei appellatur. Instrumenta*, b *Evangelium*, c *ejusque sigilla Sacramenta. Administra*, d *utrorumque dispensatores, in Ecclesia Christi.*

a. *Eph. 2. vers. 8.* Fides Dei donum est. *Matth. 16. vers. 17.* Caro & sanguis hoc tibi non revelavit, sed Pater meus, qui in cœlis est. *2. Cor. 4. vers. 13.* Habemus eundem Spiritum fidei. *1. Corinth. 2. vers. 10. 12.* Nobis retexit ea Deus per Spiritum suum: & Spiritum non mundi accepimus, sed qui est ex Deo, ut sciamus, quæ Deus est vobis gratificatus.

b. *Rom.*

b. *Rom. 1. verſ. 16.* Evangelium eſt potentia Dei ad ſalutem omni credenti. *Cap. 10. verſ. 17.* Fides eſt ex auditu, *ſc. prædicatione Evangelii.*

c. *Rom. 4. v. 11.* Signum accepit circumciſionis, ſigillum juſtitiæ fidei, receptæ in præputio. *Matth. 28. verſ. 19. & Marc. 16. v. 15. 16.* Prædicate Evangelium, baptizantes in nomen Patris, & Filii, & Sp. Sancti. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſervabitur.

d. *1. Corinth. 3. v. 5.* Quis Paulus? quis Apollos? niſi miniſtri per quos crediſtis. Et *cap. 4. verſ. 15.* In Chriſto Jeſu per Evangelium ego genui vos.

XII. Materia *circa quam, ſeu objectum, in genere, eſt* a *totum Verbum Dei, V. & N. Teſtamenti: In ſpecie, eſt* b *verbum Evangelii,* c *cum annexis Sacramentis;* *ſive* d *Ieſus Chriſtus cum omnibus ſuis beneficiis* e *Verbo Evangelii teſtatus & oblatus,* f *ac Sacramentis obſignatus.*

a. *Act. 24. v. 14.* Ita colo patrium Deum, ut credam omnibus, quæ in Lege & in Prophetis ſcripta ſunt. *Cap. 26. v. 27.* Credis, Rex Agrippa, Prophetis?

b. *Marc. 1. verſ. 15.* Credite Evangelio. *Rom. 10. v. 8. 9.* Hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus: nempe, Si profeſſus fueris ore tuo Dominum Jeſum, & credideris in corde

tuo, quod Deus eum suscitavit ex mortuis; servaberis.

c. *Act. 2. vers. 38.* Baptizetur unusquisque vestrum in nomen Jesu Christi, in remissionem peccatorum. 1. *Corinth. 11. vers. 25.* Hoc poculum est Novum illud pactum, per meum sanguinem hoc facite, quotiescunque biberitis, ad mei commemorationem.

d. 1. *Corinth. 1. v. 23. 24. 30.* Prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem offendiculum, Græcis verò stultitiam: ipsis autem vocatis, tum Iudæis, tum Græcis, Christum Dei potentiam, ac Dei sapientiam. Ut pote factum nobis à Deo sapientiam, justitiam, sanctificationem, ac redemtionem.

e. *Act. 10. vers. 43.* Huic omnes Prophetæ testimonium dant, remissionem peccatorum accepturum per nomen ejus quemvis qui crediderit in eum. 1. *Cor. 1. v. 6.* Testimonium Christi confirmatum fuit in vobis. 2. *Cor. 5. v. 20.* Nomine Christi legatione fungimur.

f. *Gal. 3. vers. 1.* O amentes Galatæ, quis vos fascinavit, ne obsequeremini veritati? quibus ob oculos Jesus Christus prius fuerat depictus, inter vos crucifixus. 1. *Cor. 5. vers. 7.* Pascha nostrum pro nobis sacrificatum est, Christus.

CANO-

CANONES.

A. *Fidei Iustificantis obiectum præcipuum, sive speciicum est promissio specialis misericordiæ in Christo.* Rationes 1. Fides speciatim fertur in Christum, *Ioh. 17. vers. 3. 1. Cor. 2. v. 2.* 2. Fides omnium fidelium hoc objectum semper respexit, *Psal. 32. v. 5. Psal 130. v. 4. Dan. 9. v. 27. Luc. 1. v. 71. c. 18. v. 13.* 3. Idem est objectum fidei & Evangelii, *Marc 1. v. 15 Rom. 1. v. 16.* At Evangelii objectum est promissio specialis misericordiæ in Christo. *Ioh. 3. v 16. c. 5. v. 24.* P.

B. *Fides specialis misericordiæ, cum speciali electione non pugnat.* Non magis ista pugnat, quàm alia in mysteriis divinis sibi subordinata. *Specialis Electio* dicitur, qua Deus singulis electis sibi sigillatim notis præparavit gratiam & gloriam in Christo. *Fides specialis misericordiæ* est eiusdem gratiæ ac gloriæ donatio, perceptio & sensus: per quam singuli fideles sigillatim noverunt ac sentiunt, quæ Deus ipsis in Christo gratificatus est. *1. Cor. 2. v. 12. Gal. 2. v. 20.* Illa caussa est: hæc effectum. *Rom. 8. v. 29. 30.* illa fons, hæc rivus, ambæ inter se amicè conspirant: non inimicè discrepant.

C. *Fides specialis misericordiæ non est fallax opinio; aut stolida præsumtio, homines carnaliter securos reddens.* Nam 1. Fides non est *opinio*: quæ infallibili Dei promissione nititur,

& per spiritum veritatis accenditur ac confirmatur in cordibus singulorum credentium. 2. Nec *præsumtio* dici potest. Quæ est inanis persuasio sine verbo. Fides autem est certa fiducia ex verbo Dei concepta. 3. Nec *carnaliter securos reddit* credentes; ut qui cum timore ac tremore salutem suam operantur, *Phil. 2. v. 13.* sed de gratia Dei & vita æterna eosdem spiritualiter certos facit, *Rom. 8. v. 33. 34. & seqq. 2. Tim. 1. v. 12.*

D. *Fides specialis misericordiæ non fertur primariò in Patrem; secundariò tantùm, in Mediatorem.* Rationes 1. Christus est verus Deus. E. non potest secundarium duntaxat, aut minus principale fidei esse objectum. 2. Christus est persona omnipræsens, omniscia, omnipotens, ac summè bona. 3. Inter Christum & patrem eius, est æqualitas honoris, quoad fidem, *Ioh. 14. vers. 1.* & cultum religiosum, *Ioh. 5. vers. 23. Matth. 28. v. 19.* 4. Unus Deus, una fides, & unum baptisma reciprocantur, *Eph. 4. vers. 4. 5.* 5. Nudus homo non cadit sub notionem objecti fidei, *Ierem. 17. vers. 5.* E. Christus si nudus esset homo, nec primarium nec secundarium vocari deberet fidei objectum. Ratio, quia de quo totum negatur, negantur etiam de eo species S.

XIII. Forma *sunt actus Fidei circa objectum hoc est, tum* a *certa cognitio, sive notitia*, b *cum firmo*

firmo assensu : tum c fiducialis apprehensio Christi, ac beneficiorum ejus, in verbo Evangelii: qua d quisque fidelis illa sibi sigillatim adjudicat, & applicat.

a. *Tit. 1. vers. 1.* Fides electorum est agnitio veritatis. *Ioh. 17. vers. 3.* Hæc est vita æterna, ut te cognoscant solum illum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum.

b. *1. Tim. 1. vers. 15.* Certus est hic sermo, & modis omnibus dignus qui recipiatur, Jesum Christum venisse in mundum, ut peccatores servaret. *Ioh. 3. v. 33.* Qui recipit eius testimonium, is obsignavit Deum veracem esse.

c. *Ioh. 1. vers. 12.* Quotquot eum receperunt, dedit eis hoc jus, ut filii Dei sint facti, nempe iis, qui credunt in nomen eius. *Actor. 26. vers. 18.* Vt remissionem peccatorum, & sortem inter sanctificatos accipiant per fidem, quæ est in me. *Rom. 5. v. 17.* Exundantiam gratiæ & doni justitiæ recipiunt, *scil. fide*. C. *4. vers. 18. 19. 20. 21.* Abrahamus contra spem sub spe credidit fore ut ipse fieret pater multarum gentium, secundum quod ei dictum fuerat: Ita erit semen tuum. Ac minimè infirmus fide non consideravit suum ipsius corpus jam emortuum, &c. nec emortuum uterum Saræ. Ad hanc promissionem autem Dei non addubitavit incredulitate: sed corrobo-

ravit se fide, tributa gloria Deo; ac plenè persuasum habens, eum quod promiserat, posse etiam efficere.

d. *Gal. 2. v. 20.* Vivo per fidem Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. *Psal. 103. v. 2, 3.* Benedic anima mea Iehovæ, qui condonat omnes iniquitates tuas; qui medetur omnibus morbis tuis. *Rom. 8. v. 38, 39.* Mihi persuasum est, neque mortem, neque vitam &c posse nos separare à Charitate Dei quæ est in Christo Jesu Domino nostro. *2 Tim. 4. v. 8.* Reposita est mihi justitiæ corona quam reddet mihi Dominus in illo die, justus ille judex.

CANONES.

A. *Formæ fidei justificantis rectè statuitur fiducialis Christi ac satisfactionis eius apprehensio.* Rationes 1. Per hanc fiduciam fides constituitur justificans, *Ioh. 1. v. 12. Act. 26. v. 18. Rom. 25. c. 4. v. 24. 25. c. 5. v. 11.* distinguitur etiam eadem ab *Historica*, quam solam qui habent, contremiscunt, *Iac. 2. vers. 19.* à *Temporariâ*, quæ radicem non habet in promissione gratiæ, *Matth. 13. vers. 21.* à *Miraculorum*, quæ aliud genus promissionis intuetur, *Marc. 16. v. 17 18.* 2. Fidei relatio ad Christum, & actus circa Christum occupatur, *Es. 53. v. 11. Ioh. 17. v. 3.*

v. *3. cap. 3. v. 16.* 3. Idem eſt objectum Evangelii & fidei juſtificantis, S.

B. *Apprehenſio, fidei rectè tribuitur.* In declaranda cauſa formali fidei, ſæpe adhibentur *apprehenſionis* & *applicationis* vocabula. Quod cavillantur adverſarii, quaſi ſtoicam quandam καλάληψιν ſive comprehenſionem fingamus. Sed Theologi ORTHODOXI non mutuati ſunt hanc vocem à Philoſophis, ſed expreſſerunt eam ex ipſa Scriptura: quæ verbo λαμβάνειν, hujusque compoſitis παραλαμβάνειν, & καλαλαμβάνειν paſſim utitur, *Ioh. 1. v. 11. 12. Rom. 5.* v. 11. *17. Galat. 3.* v. *14.* Interpretantur quoque eam, non Philoſophicè de contemplatione mentis per notiones intelligibiles res cognoſcentis & apprehendentis: ſed *Theologicè*, de Practica promiſſionis gratiæ applicatione: qua quiſq; fidelis gratiam Dei in Chriſto, ex Evangelio cognitam, fiducialiter ſibi applicat, & in ea acquieſcit. *Gal. 2. verſ. 20.*

C. *Proinde fiducialiter credere per ea, quæ paſſus eſt Chriſtus, peccata noſtra deleta eſſe, etiam in præterito, antequam crederemus, commiſſa, eſt fides juſtificans.* Rationes 1. Deletionem peccatorum factam per Chriſtum fides apprehendit, *Eſ. 53. v. 4. Pſal. 22. Rom. 4.* v. *24. 25. c. 10.* v. *9. 10.* 2. Quia tale eſt objectum fidei, quale oſtenditur in verbo. At in verbo proponitur

ponitur & substernitur fidei; ut præteritum, semel factum. & nunquam deinceps iterabile. Docet enim Scriptura *a* quòd Christus in terra degens, re ipsa expiaverit & deleverit nostra peccata, *Matth. 26. v. 28. Act. 20.* v. *28 Rom.3.v. 25. c. 4.* v. *25.* *b.* quòd deletio semel facta, plenéque peracta fuerit, *Ioh. 19. vers. 10. Rom. 6.* v. *1. Heb. 7.* v. *17.* *c.* Eam non magis iterari posse, quàm ipsam crucifixionem ac mortem Christi, *Rom. 6.* v. *9. Heb. 7.* v. *27. cap. 9. vers. 27. 28.* S.

D *Fides rectè dicitur fiducia.* Rationes 1. Per *fiduciam* fides definitur. E. de ea rectè prædicatur in quæstione quid sit, *Heb. 2.* v. *4. Rom. 1.* v. *17. Matth. 8.* v. *10.* Fides pro fiducia ponitur. 2. Remissio peccatorum, υἱοθεσία, sunt effecta fidei justificantis, *Rom. 3.* v. *28. Ioh. 1.* v. *12. Eph. 3. vers.* 12. *Act. 15.* v. *9. Rom. 5.* v. *1.* Hæc tamen non possunt esse effecta nudi assensûs. E. Fiduciæ. 3. Plena persuasio, fiducia, &c sunt propria πάθη fidei. At non sunt nudi assensûs. 4. Fidei *diffidentia* & *timor* opponuntur.

E. *Fides non est nudus assensus, sed etiam notitia; rectiúsque per notitiam, quàm ignorantiam definitur.* Rationes 1. Definitur fides per notitiam, *Es. 53.* v. *11. Ioh. 17.* v. *13.* 2. In fide notitia requiritur, *Deut. 4.* v. *6. Psal. 32.* v. *9. Dan. 9.* v. *22.* Coloss. 1. v. *6.* 3. Confessio fidei

dei edenda. E. necessaria est notitia, *Rom.* 10. v. 10. 1. *Pet.* 3. v. 15. 4. Non potest definiri per ignorantiam. Aliâs, per ignorantiam justificaremur. P.

F. *Specialis applicatio in voluntate, est ex speciali adjudicatione, in mente.* Nam primò judico vera esse de me, bona esse mihi, quæ proponuntur in Evangelio: inde ut bona apprehendo. Docet hoc Apostolus exemplo suo 1. *Tim.* 1. v. 15. 16. *Certus est hic sermo, & dignus modis omnibus qui recipiatur, Christum Iesum venisse in mundum, ut peccatores servaret: quorum primus sum ego. Verùm ideò misertus est mei, ut in me primò ostenderet omnem iræ suæ cohibitionem.* Et *Gal.* 2. v. 20. *Vivo per fidem illam Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Hinc alii fidem definiunt πληροφορίαν in *mente*, & πεποίθησιν in *voluntate*. Nam πληροφορία menti tribuitur, *Rom.* 14. v. 5. fides πληροφορία τῆς συνέσεως, *plenè certiorata intelligentia* vocatur, *Coloss.* 2. v. 2. Sic πεποίθησις *Voluntati* non obscurè vendicatur, 2. *Cor.* 3. v. 4. *cap.* 10. v. 2. Quamvis hoc discrimen non sit perpetuum: ut inter cætera videre est *Heb.* 6. v. 11. ubi πληροφορία voluntati, & *Rom.* 4. v. 14. *Phil.* 1. v. 25. ubi πεποίθησις menti adscribitur: sicut utraque vox latius quoque pro quavis *certioratione & persuasione*

sive

five fiducia accipitur. Rom. 14. v. 5. 14. 2. Cor. 10. v. 2. 2. Timoth. 4. v. 5.

G. *Notitiæ non obstat, quo minus aliqua fides dici possit implicita.* Non quidem sensu *Pontificio*; potest tamen sic dici fides *imperfecta* in hac vita: idque *dupliciter*. 1. quoad τὸ διότι: quia multa credimus ex verbo, quorum causam & rationem non assequimur. Rom. 11. v. 33. 2. Quoad τὸ ὅτι: quia nec illa quidem omnia, quæ verbo nobis revelata sunt, plenè distinctèque capimus: In utroque genere objecti manet *implicita* quædem fidei notio. A qua fidem dicere implicitam, nempe κατά τι & secundum quid, nihil prohibet.

H. *Nec, licèt πληροφορία & πεποίθησις in multis Scripturæ locis atque exemplis plenam certiorationem & firmam persuasionem notent: inde tamen non efficitur, quòd, qui utrámque, eo modo gradúve non habent, vera fide careant.* Prætérquam enim, quòd fides ibi describitur, qualis est vel in sua perfectione, ad quam contendendum est; vel in illustrioribus exemplis, quæ nobis sunt imitanda: Rom. 4. v. 12 Heb. 13. v. 7. verbum πληροφορεῖσθαι, & substantivum πληροφορία, non *certiorationem* sive *persuasionem* simpliciter, sed cum modo, *plenam certiorationem*, certam *persuasionem* designat. Quod constat, partim ex nativa vocis significatione: nam πληροφορεῖσθαι est plenâ fiduciâ, tan-

tanquam plenis velis ferri: *partim* ex constructione, ubi naturam induit adjectivi πληροφορία τῆς ἐλπίδος, *certiorata spes*, *Heb.* 6. v. 11. πληροφορία πίστεως, *certiorata fides*, *cap.* 10. v. 22. partim ex optimorum interpretum versionibus, quæ hasce voces ita reddunt: *plenam fidem facere*, *Luc.* 1. v. 1. 2. *Tim.* 4. v. 5. *plenè persuasum habere Rom.* 4. v. 21. plenè certum esse, *cap.* 14. v. 5. *plenam persuasionem* 1 *Thess.* 1. v 5. certam persuasionem *Heb.* 6 v. 11. Attamen quicunque verè credit, πληροφορίαν habet: cum fides absque persuasione & certioratione esse nullo modo possit. Sed qui *fide firmâ* credit, ut Abraham, *Rom.* 4. Paulus, *cap.* 8. habet *persuasionem* illam cum *gradu*, id est, plenam persuasionem: *qui infirmâ*, non simpliciter sed secundum quid, id est, persuasionem absque illo gradu. Sic Πεποίθησις tantùm *persuasionem* notat, & non mutata significatione ab eadem, quâ πίστις, radice descendit, quæ est verbum πείθομαι. At πίστει *fide infirmis* rectè tribuitur: qui ὀλιγόπιστοι dicuntur, *Matth.* 8. v 26 & ita credunt ut Dominum incredulitati suæ velint succurrere, *Marc* 9. v. 24. Ergò iisdem rectè tribuitur πεποίθησις. Adde, quòd verbum πείθω, & πείθομαι apud authores Sacros & profanos de quavis persuasione, etiam probabili, infirmâ, fallaci, non infrequenter usurpatur.

XIV. Fi-

XIV. Finis *est* a *gloria Dei*, *ac* b *salus animarum.*

a. *Rom.* 4. v. 20. Abrahamus corroboravit sese fide tributâ gloriâ Deo. *Ioh.* 3. v. 33. Qui recipit ejus testimonium is obsignavit Deum veracem esse.

b. 1. *Pet.* 1. v. 9. Reportantes mercedem fidei vestræ, salutem animarum. *Heb.* 10. v. 39. Nos non ii sumus, qui nos subducamus ad exitium, sed qui credamus ad animæ salutem.

XV. Effecta *sunt* a. *Spes* b. *Charitas*, c. *Unio cum Christo*, *&* d. *Communio in bonis ipsius.*

a. *Tit.* 1. v. 1. 2. Fides est agnitio veritatis secundum pietatem ; ad spem vitæ æternæ. *Rom.* 5. v. 2. Per Christum fide adducti fuimus in hanc gratiam, per quam stamus, & gloriamur sub spe gloriæ Dei.

b. 1. *Tim.* 1. v. 5. Finis mandati est charitas, ex fide non ficta. *Gal.* 5. v. 6. Fides per charitatem efficax.

c. *Eph.* 3. v. 17. Christus inhabitat per fidem in cordibus nostris. *Cap.* 5. v. 30. Membra sumus corporis eius, ex carne eius, & ex ossibus eius.

d. 1. *Cor.* 1. *vers.* 9. Fidelis est Deus, per quem vocati estis in communionem Filii ipsius Domini nostri Jesu Christi. 1. *Ioh.* 1. v. 3. Quod vidimus, & audivimus, id annunciamus

mus vobis, ut & vos communionem habeatis nobiscum: & communio nostra sit cum Patre, & cum Filio eius Jesu Christo.

XVI. Subjectum, *indefinitè spectatum, est homo*, a *electus in Christo, &* b *efficaciter vocatus, eòque* c *resipiscens à peccatis suis; Definitè autem est*, d *mens illuminata, ac* e *voluntas renovata per* Spiritum *Sanctum.*

a. *Tit. 1. v. 1.* Fides Electorum. *Act. 13. v. 48.* Crediderunr, quotquot erant ordinati ad vitam æternam.

b. *Rom. 8. vers. 28.* Qui secundum ipsius propositum vocati sunt. *2. Tim. 1. vers. 9.* Vocavit nos vocatione sancta, ex suo proposito & gratia.

c. *Matth. 11. vers. 28.* Venite ad me omnes qui laboratis &c. *Cap. 5. vers. 3. 4. 6.* Beati pauperes Spiritu; quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati qui lugent; quoniam solamen recipient. Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam; quoniam ipsi saturabuntur.

d. *Eph. 1. v. 18.* Illuminatis oculis mentis vestræ, ad sciendum, quæ sit spes illa vocationis ipsius. *Col. 1. vers. 9.* Ut impleamini agnitione voluntatis ejus, cum omni sapientia & intelligentia spirituali.

e. *Rom. 10. vers. 9. 10.* Si credideris in corde tuo, &c. Nam corde creditur ad justitiam.

tiam. *Act. 15. vers. 9.* Fide purificatis cordibus eorum.

C A N O N E S.

A. *Infantes fidelium fide actuali carent.* Rationes 1. In eos nullius rei actualis cadit notitia. 2. Omnes partes fidei actualis eis adimuntur. 3. In ipsis nec ὑπόστασις fidei est, neque ἔλεγχος 4. Negatur illis fidei causa organica; auditus & intellectus verbi Dei. 5. Fides eorum non est operosa. 6. Nullus in eis usus mentis & voluntatis. 7. Notitia infantium in Scriptura reprehenditur. 1. *Cor. 14. vers. 20. Eph. 4. vers. 14.* 8. Idem negat experientia universalis. 9. Ita plerique succrescentes amitterent fidem.

B. *Infantes tamen fidelium non quidem omnes, sed cujusvis ordinis & conditionis semen aliquod fidei habent, quod maturiori ætate exit in actum; accedente foris institutione humana, intus majori efficatia Sp. Sancti.* Rationes 1. Promissio fœderis non minus ad infantes, quàm ad adultos pertinet, *Gen. 17. vers. 7. Act. 2. v. 39.* 2. Infantum est regnum cœlorum. E regenerantur, & in regeneratione semen fidei accipiunt. 3. Sp. S. datur infantibus. E. operosus id est operatur motus & inclinationes ætati ipsorum convenientes. 4. Ab exem-

exemplis, infantis Davidis, Abiæ, filii Jeroboami, 1. *Reg. 14. verſ. 13.* Jeremiæ, Johannis Baptiſtæ, quæ duo poſteriora etſi ſint extraordinaria, probant tamen, infantes eſſe capaces Sp. S. 5. Principia notitiarum naturalium trahunt infantes ex naturali generatione. E. Semina quædam fidei ex ſupernaturali regeneratione.

C. *Ab hoc fidei ſemine, quod Sp. S. in aliis mediatè operatur, in aliis immediatè, rectè infantes vocantur fideles.* Ratio 1. Semen illud eſt radix fidei. 2. Poſt acceptum Sp. S. verè dicuntur regenerari. E. & verè fideles. 3. Ante uſum rationis infantes dicuntur rationales.

D. Uſus *rationis ad fidem requiritur, non ut principium & norma; ſed ut ſubjectum & inſtrumentum.* Non *ut principium* & *norma*, quia non à ratione procedit, ſed à Dei ſpiritu. 1. *Cor. 2. verſ. 9. 10.* Tum etiam captum rationis humanæ longiſſimè tranſcendit. *ibidem.* Requiritur tamen ad eam - 1. ut *ſubjectum*: quum in naturam ἄλογον non cadat. *Pſal. 32. verſ. 9.* 2. Vt *inſtrumentum*, exercendis ejus actibus accommodatum, ac plane neceſſarium. Certè promiſſiones gratiæ, nemo aut rectè intellexerit, aut fiducialiter ſibi applicârit, abſque rationis uſu & miniſterio.

XVII. Adjuncta *varia sunt*: a *Vna est fides*, b *Sincera*, c *Constans*; *sed* d *gradibus distincta*, *&* e *cum hac vita desinens.*

a. *Eph. 4. vers. 5.* Vna fides 2. *Pet. 1. v. 1.* Æque pretiosam fidem nobiscum fortitis.

b. 1. *Tim. 1. vers. 5.* Ex fide non fictâ. *Iacob. 2. vers. 14.* Quæ utilitas, fratres mei, si fidem dicat aliquis habere se, opera autem non habeat? num potest fides illa eum servare?

c. *Luc. 8. vers. 15.* Semen quod in bonam terram cecidit, ii sunt, qui in corde honesto ac bono auditum sermonem retinent, & fructum adferunt per tolerantiam. *Col. 2. v. 5.* Gaudens & cernens soliditatem vestrę in Christum fidei.

d. *Matth. 8. vers. 10.* Ne in Israële quidem tantam fidem inveni, & *vers. 26.* Quid formidolosi estis, ô exiguâ fide præditi? *cap. 15. vers. 28.* ô mulier magna est fides tua.

e. 2. *Cor. 5. vers. 7.* Per fidem ambulamus, non per adspectum. 1 *Cor. 13. vers. 8. 12.* Prophetiæ evanescent, & linguæ cessabunt, & cognitio evanescet. Cernimus nunc per speculum, & per ænigma; tunc autem coram cernemus.

A. *Efficax per charitatem.*

CANON.

CANON.

Vera fides à dilectione non potest separari. Rationes 1. Vera fides viva est, *Iac.2.v.14.& seqq.* 2. Fides mortua non est vera fides. 3. Vera fides est efficax per charitatem. *Ratio* consequentiæ; quia proprium ac immediatum effectum inseparabile est à propria & immediata causa. 4. Fides & dilectio in ordine causarum individua sunt. Sic Deus Pater nos elegit ad fidem & sanctitatem per charitatem inseparabiliter. *Eph. 1. vers. 4.5.* Deus filius factus est nobis non modò justitia per fidem; sed etiam sanctificatio per charitatem. *1. Cor. 1. vers. 3.* Deus Sp. S. inseparabiliter author tum fidei, tum charitatis. 5. *Iustificatio* per fidem, & *sanctificatio* per charitatem in significante mysterio indivisè adumbrantur. Ita *Ioh. 5. vers. 6.* agitur de gemina purgatione, indiviso nexu cohærente per *sanguinem* Christi & justificationem; & per *aquam* sive spiritum ad sanctificationem, quæ est in *charitate.* 6. Fides & dilectio sunt inseparabiles notæ verorum Christianorum, *Matth. 7. vers. 23. Ioh. 13. vers. 34.35.* 7. In hoc differt fidelium fides à fide hypocritarum, *Iacob.2.v.14.19.* &c. P.

B. *Certa.*

CANON.

Verè fideles fidei suæ, sive, quòd credant in Christum, verè possunt esse certi. Rationes 1. Fideles nôrunt & credunt se credere, 2. *Tim. 1. vers. 12. Ioh. 6. vers. 63. 6. 14. vers. 20. 1. Cor. 2. v. 12.* 2. Fidem suam examinant, 2. *Cor. 13. vers. 5. Marc. 9. vers. 24. Luc. 17. vers. 5. Rom. 1. v. 12. 17.* 3. De fide interrogati, eam sincerè constanterque confiteri debent, 1. *Pet. 3. v. 15. Rom. 10. vers. 8. 9. 10.* 4. Fides ponit firmissimum assensum in subjecto. 5. Fides certa est credenti & à *priori*, & à *posteriori* per Spiritualem demonstrationem. A *priori* quia novit se promissiones Evangelii mente illuminata intelligere; novit se assentiri; sentit se eas tanquam bonas amplecti. *A posteriori*, quia credens habet pacem cum Deo. *Rom. 5. vers. 1.* invocat cum filiali fiducia. *Eph. 3. vers. 12.* 6. Fides intrinseca est homini viva, efficax, actuosa in ipso. E. non potest non ipsi nota, & à vita, motu, atque actione certa esse P.

C. *Constans, sed gradibus distincta, & cum hac vita desinens.*

CANON.

Fides justificans, non quidem quoad mutabilitatem, aut infirmitatem nostram, sed quoad immuta-

mutabile Dei decretum, amitti non potest. Rationes 1. Fideles in ea perseverant ad finem, *1. Ioh. 2 vers. 19. Matth. 24. vers. 24. Ierem. 32. vers. 40. 1. Ioh. 3. v. 9.* 2. Est donum Dei ἀμεταμέλητον, *Eph. 2. vers. 8. Tit. 1. vers. 1. Act. 13. vers. 48.* 3. Hanc perseverantiam petunt Christus pro Sanctis, *Luc. 22. vers. 32. Ioh. 17. vers. 15.* & ipsi petunt pro se, *Matth. 6. vers. 13.* 4. Custodiuntur virtute Dei ad salutem, *1. Pet. 1. vers. 3. 4. 5.* P.

Sedes Loci hujus propria est, in V. T. *Psal. 51. & 32. Ier. 30. 31. 32. Ezech. 36.* In N. T. *Matth. 3. Luc. 15. Ioh. 3. Rom. 3. 4. 8. 10. 2. Cor. 7. Eph. 1. 2. Heb. 11. capp.*

LOCUS. XVII.

DE

Justificatione.

I. S*ecundus gradus est* a JUSTIFICATIO, *qua, Deus gratis, propter Christum, homini peccatori, credenti in eum, remittit peccata & imputat justitiam, ad vitam æternam.*

a. *Rom. 8. vers. 30.* Quos vocavit, hos etiam justificavit. *1. Cor. 1. vers. 30.* Christus factus est nobis sapientia à Deo, justitiaque &c.

b. *Rom. 3. v. 24. 25.* Justificamur gratis, id est, ejus gratiâ, per redemtionem factam in Jesu Christo: quem præstituit Deus, ut esset placamentum per fidem in sanguine ipsius, ad demonstrationem justitiæ ipsius. *Cap. 5. vers. 21.* Gratia regnat per justitiam, ad vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum.

CANONES.

A. Justificandi *Vocabulum varias in Scriptura significationes habet. Iustificare* Hebræis dicitur הצדיק, Græcis Δικαιοῦν. Communissimè est *absolvere*, & justum pronunciare, *Exod. 23. vers. 7. Deut. 25. vers. 1. Esa. 5. vers. 23. Luc. 18. vers. 14. Act. 13. vers. 39. Rom. 3. 4. 5. capp.* passim. Quo sensu multis locis opponuntur *Iustificare, & Condemnare*; *Prov. 17. vers. 15. Es. 50. vers. 8. 9. Rom. 8. vers. 33.* & alibi. Aliâs est *justum facere, per justitiæ imputationem, Rom. 4. v. 5. cap. 5. v. 19.* Accipitur etiam pro *justum aliquem celebrare, Luc. 7. vers. 29.* item ad *justitiam instruere, Dan. 12. vers. 3.* item *se justum* aut verbo *jactitare, Luc. 16. vers. 15.* aut *opere demonstrare, Iac. 2. v. 21.* vel etiam *in justitia perseverare, Apoc. 22. vers. 11.* Semel Justificari, per Synechdochen speciei, sumitur *pro liberari, Rom. 6. vers. 7.* Nunquam *justitiæ inhærentis*

hærentis infusionem notant. Etsi enim apud Latinos, voces compositæ ex nomine adjectivo, & Verbo *Facio*, effectionem in subjecto designent, ut *calefacio, vivifico, sanctifico* : id tamen perpetuum non est , cum Deum *magnificemus* & *glorificemus*, non ex parvo magnum, ex inglorio gloriosum faciendo, sed talem ipsum celebrando : Et in verbo *Iustifico* eò minus valet, quod vox illa, Barbara alioquin , excogitata à Theologis, & Latinitate donata est, tantùm ut emphasin vocis Hebrææ & Græcæ, in versione exprimat : quarum neutra cùm hujusmodi significationem admittat, nec ipsi ulla ratione ea affingi potest. Duæ *priores significationes* hujus sunt loci : quæ ita inter se cohærent , ut posterior caussa sit , prioris. Quum enim Dei judicium sit secundum veritatem, *Rom. 2. vers. 2.* in statu peccati neminem pronunciat justum, quem non ante remittendo ei peccata fecerit justum.

B. *Vocabulum* Justificationis *hoc loco judiciarium est, & forense.* Nam remittere peccata, reum absolvere, & justum pronunciare, judicis est, jus è tribunali dicentis: quomodo Deum introducit David. *Psal.* 143. v. 2. Ne ingrediaris in judicium cum servo tuo : nam non est justus coram te ullus vivens: & *Iobus cap.* 9. v. 2. 3. Non est justus mortalis comparatus cum Deo:

Deo: si volet litigare cum eo, non poterit respondere ei ad unum ex mille: Nec non Paulus *Rom.* 3. v. 19. 20. 24, 25, 26. & alibi.

C. *Calumnia est, Articulum de gratuita justificatione per solam fidem, omne tollere studium pietatis.* Quam hinc fabricant adversarii calumniam, tum quia gratia non consistit cum operibus, tum quia sola fides opera pietatis excludat. Verùm toto pectore detestamur thesin hanc cum Apostolo, *Rom.* 6. v. 1. *& seqq.* Utraque ejus ratio Sophistica est, ex fallacia à dicto secundùm quid *Gratia non consistit cum operibus*, scilicet meritoriis. *Rom.* 11. v. 6. *Et fides excludit opera*, nempe quæ per modum meriti finguntur concurrere ad nostri justificationem, *Rom.* 3. v. 28. *& seqq.* absolutè Gratia requirit, urget opera; & fides ea producit, ceu fructus debitæ gratitudinis ac novæ obedientiæ. *Tit.* 2. v. 12, 13, 14, *Gal.* 5. v. 6. *Matth.* 5, v. 16.

II. *Hujus* efficiens *Principalis est* a. *Deus Iudex universorum*, *solus justificans.* Inpulsivæ *sunt*, *partim* b. *gratuita ejus misericordia, nullis operum nostrorum meritis conciliata*, *partim* c. *satisfactio ac meritum Christi Iesu.* Instrumentalis *interna est* d. *sola Fides in Christum*; *externæ sunt* e. *Verbum Evangelii*, f. *Sacramenta* g. *horúmque Ministri.*

a. *Isai.* 43. v. 12. Ego, ego ipse deleo defectiones tuas propter me, & peccatorum tuorum

rum

rum non recordor. *Marc.*2.v.7. Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus? *Rom.*8.v.33,34. Deus eſt qui juſtificat; quis eſt qui condemnet?

6. *Rom.*3.v.24. Juſtificamur gratis, id eſt, ejus gratiâ. *cap.*5. v. 15. Multò magis gratiæ Dei & condonatio per gratiam, quæ eſt unius illius hominis Jeſu Chriſti, in multos exundavit. *cap.*11.v. 6. Si per gratiam, non jam ex operibus; alioquin gratia jam non eſt gratia. *Tit.* 3.v.4.5.6,7. Poſtquam benignitas, & erga homines amor apparuit Servatoris noſtri Dei, non ex operibus juſtis quæ fecerimus nos, ſed ex ſua miſericordia ſervavit nos; ut juſtificati illius gratiâ, hæredes efficeremur ſecundùm ſpem vitæ æternæ.

c. *Rom.* 3. v. 24,25. Juſtificamur gratis, id eſt, ejus gratiâ per redemtionem factam in Ieſu Chriſto &c. *cap.* 8. v. 3. 4. Quæ Legis erat impotentia, cùm viribus eſſet deſtituta in carne, Deus ſuo ipſius filio miſſo in forma conſimili carni peccato obnoxiæ, idque pro peccato, condemnavit peccatum in carne; ut jus illud legis compleatur in nobis 2. *Cor.*5. v.21. Fecit Deus eum, qui non novit peccatum, pro nobis peccatum, ut nos efficeremur juſtitia Dei in ipſo.

d. *Rom.* 3.v. 28 Colligimus fide juſtificari hominem, abſque operibus Legis. *Gal.* 2 v. 16. Scientes non juſtificari hominem ex operibus Legis, ſed per fidem Ieſu Chriſti. *Phil.*3. v. 9.

v. 9. Comperiar in eo non habens meam, justitiam, quæ est ex lege, sed eam, quæ est per fidem Christi, id est, justitiam, quæ est ex Deo per fidem.

e. *Rom.* 1. v. 16. 17. Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti. Iustitia n. Dei, per illud retegitur ex fide in fidem; sicut scriptum est, justus ex fide sua vivet. *Cap.* 3. v. 21. 22. Nunc absque lege justitia Dei manifesta facta est, comprobata testimonio Legis ac Prophetarum; Iustitia, inquam, Dei, per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes, qui credunt *cap.* 10. v. 8. 9. Hoc est verbum illud fidei, quod prædicamus &c.

f. *Rom.* 4. v. 11. Signum accepit circumcisionis, sigillum justitiæ fidei. *Act.* 2. v. 38. Baptizetur unusquisque vestrum in nomen Iesu Christi, in remissionem peccatorum. *Matth.* 26 v. 28. Hoc poculum est sanguis meus. Novi fœderis, qui pro multis effunditur in Remissionem pecatorum.

g *Dan.* 12. v. 3. Erudientes & justificantes, multos splendebunt ut stellæ in sempiterna secula. *Ioh.* 20. v. 23. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis *2. Cor.* 5. v. 19. 20. Deus in nobis posuit sermonem illum reconciliationis Itaque nomine Christi legatione fungimur, & velut Deo vos rogante per nos, oramus Christi nomine, reconciliamini Deo.

CANO-

CANONES.

A. Christus *diverso respectu justificationis vel est causa principalis vel Instrumentalis. Principalis* quia est unus cum patre Deus remittens peccata propter se ipsum, hoc est propter suā satisfactionem ac meritum. *Matth.9.v.6.* Est etiam *causa instrumentalis*: tum quia fuit servus Patris, ac minister non modo circumcisionis, sed etiam præputii in peragendo redemtionis negotio: *Matth.* 12. v. 18. *cap.* 20. v. 28. *Rom.* 15. v. 8. tum quia pretio sanguinis veluti instrumento quodam eam perfecit. 1. *Pet.* 1. *vers.* 18. 19.

B. *Fides, & quidem sola, justificat ceu Instrumentum.* Justificationem Fidei tribui, ut causæ instrumentali, patet; quia proprius Fdei actus est accipere remissionem peccatorum, *Act* 28. v. 18. accipere donum justitiæ, *Rom.* 5. v. 17. Christum in promissione recipere, *Ioh.* 1. v. 12. ceu donum Patris *cap.* 4. v. 10. Quomodo Iustificatio fidei tribuitur *propriè, impropriè* autem per metonymiam, cum fides ad justitiam imputari dicitur; *Rom.* 4. v. 5. intelligitur fiquidē justitia imputari per fidem, ut est v. 6. & *cap.* 3. v. 22. Atque hoc est, quod ajunt Scholæ, *Fidem justificare* organicè & correlativè: *Organicè*, actûs, *Correlativè* objecti sui respectu. *Iustificatio, tanquam habitui bono, vel dispositioni ad talem habi-*

habitum, *Fidei nusquam tribuitur*. Rationes 1. Peccator justificatur non operibus, sed fide, *Rom.* 3. v. 27. 28. c. 4. v. 2, *Gal.* 2 v. 16. *Eph.* 2. v. 8. *Tit.* 3. v. 5. *Phil.* 3. v. 9. 2. Iustificatio fidei tribuitur, nullis autem operibus, *Rom.* 3. v. 27 c. 5. v. 1 *Ioh.* 3, v. 16. c. 1. v. 12. 3. Peccator justificatur gratis, Dei gratiâ. *Act.* 15. v. 11. *Rom* 3. v. 24. c. 4. v. 16. c. 5. v. 15. P.

C. *Non ergò fides justificat per se.* Ratio. 1. Fides nec habitualiter nec actualiter justificat. Non *habitualiter*, quia habitus ille est legis, lege imperatus, tanquam virtus interna primæ tabulæ. Sed fides justificat absque lege. Neque *actualiter*, quia actus fidei, quâ actus, hoc est, fiducialis assensus, est opus legis. Fides verò justificat absque opere. 2. est organum accipiendæ justitiæ & justificationis, *Act.* 26. *vers.* 18. *Ioh.* 1. *vers.* 12. c. 4. *vers.* 16. *Ierm.* 23. v. 6. 1. Tim. 1. v. 15. 3. Fides est ὑπόστασις sperandorum, invisibilium ἔλεγχος, At justitia, quâ justificamur, propriè est ipsum bonum speratum ac invisibile 4. Fides in hac vita est imperfecta. At quod nos justificat, justitiam habet universalem 5. Fides propriè & per se non imputatur ad justitiam. E propriè non justificat 6. Fides non est ipsa justitia: Sed ex ea & per eam fit justitia 7. Justitia nostra est Pontif. Christus cum suo merito & obedientia, *Matth.* 20. v. 28. c.

20. v.

16. v. 28. *Rom.* 5. v. 9, 10. Fides non est Christus. Ita *in Elenct. Rov.* p. 743. Aliis proponitur terminis in probl. *p.* 202. *An justificatio sit universalis effectio fidei?* Et in *Didact. pag.* 235. S.

D. *Falsum est, solius Fidei justificationem esse Reformatis communem cum priscis hæreticis, Simonianis, Valentinianis & pluribus aliis.* Neque enim dicimus *fidem ἄεργον, inertem* & otiosam *justificare*: quod dogma fuit quorundam veterum; sed eam demum, quæ est fides operis, hoc est operosa, per charitatem efficax, 1. *Thess.* 1. *v.* 3. *Gal.* 5. *v.* 6.

E. *Non autem justificat per modum dispositionis tantùm, justificationem videlicet inchoando rationes 1.* Fides justificat ut instrumentum, quia justificat accipiendo remissionem peccatorum, donum justitiæ &c. *Act.* 26. v. 18. 2. Fidei tota justificatio tribuitur, *Rom.* 3. v. 28. c. 15. 11. 3. Iustificatio in subjectum non introducitur, quia non in qualitate inhærente, sed in remissione peccatorum & imputatione justitiæ consistit. E. non requiruntur præcedaneæ dispositiones.

F. *Opera bona non sunt necessaria ad salutem efficiendam.* Rationes 1. Ea efficientia operibus admittitur, *Rom.* 3. v. 20. *seq. Eph.* 2. v. 8. 9. 2. *Tit.* 1. v. 1. 9. *Tit.* 3. v. 5. 2. Coram Deo sunt immunda. *Es* 64. v. 10, *Ioh.* 10. v. 10. 3.

Sunt

Sunt via tantùm salutis, *Eph. 2. verſ. 8. 9. 10.* 4. Salus eſt gratuitum Dei donum, *Rom. 6. v. 23. Eph. 2. verſ. 9. Tit. 3. verſ. 5.* 5. Salus à ſolius Chriſti efficientia dependet, *Act. 4. verſ. 12.* P.

G. *Nec etiam neceſſaria ſunt ad ſalutem promerendam.* Hanc enim virtutem eis adimit S. Sc. a. In Decretis Synodi Apoſtolicæ, *Act. 15. v. 9. 10. 11. ſeqq.* b. Diſputationibus Paulinis, contra juſtitiam operum, *Rom. 3. 4. Gal. 2. 3.* P.

H. Vnde *nec opera bona æternæ ſalutis virtute ſunt meritoria, nec actu hominem juſtiſficant. Non ſunt meritoria*; Rationes 1. Id negat Scriptura, *Eph. 2. verſ. 9. 2. Tim. 1. verſ. 9. Tit. 3. verſ. 5.* 2. Sunt imperfecta, *Eſ. 64. verſ. 10. Rom. 7. v. 14.* 3. Iis præſtitis, ſumus inutiles ſervi, *Luc. 17. verſ. 10.* 4. Salus eſt donum Dei, *Rom. 6. verſ. 23. Eph. 2. verſ. 8. 9.* Eſt hæreditas, *Rom. 4. verſ. 16.* 5. Non habent requiſita bonorum operum, ſunt *a.* Dei, *Phil. 2. verſ. 13. 1. Cor. 4. verſ. 7. b.* Debita, *Luc. 17. verſ. 10. c.* Saluti non analoga, *Rom. 8. v. 18. Non juſtificant actu hominem.* Rationes 1. Bonis operibus juſtificatio derogatur, *Com. 3. 4. Gal. 2. 3. capp.* 2. Juſtificatio per opera eſt impoſſibilis, *Gal. 5. verſ. 3. c. 3. verſ. 10.* 3. Gratis per fidem juſtificamur. 4. Qui per opera juſtificari volunt, ſunt ſub maledictione. 5. Sic

ne. 5. Sic irrita foret promissio & fides, *Rom. 4. v. 14. Rom. 4. v. 2. 6.* Bonis operibus sancti non fuerunt justificati. Non Abraham, *Rom. 3. v. 2.* Jobus *c. 10. v. 15.* David, *Psalm. 143. v. 2.* Paulus, *Phil. 3. v. 9.* P.

I. *Necessaria tamen sunt tum necessitate mandati, tum debiti, ad vitam æternam, ex ordinatione divina, obtinendam & assequendam. Mandati, 1. Thess. 4. v. 3. 1. Ioh. 4. v. 21. Ioh. 12. v. 34. Debiti.* Luc. 17. v. 10. Rom. 8. v. 12. c. 13. v. 7. *Ad assequendam salutem*, quod probant 1. expressa Scripturæ *dicta, Matth. 5. v. 20. c. 7. v. 21. c. 25. v. 34. 35. 36.* 2. *Similia* ab operariis, *Matth. 20.* vitibus *c. 21.* veste nuptiali, *c. 22.* lampade, palmitibus &c. 3. *Rationibus* a. Resipiscentia necessaria est ad salutem, *2. Cor. 7. v. 10.* b. Bona opera paravit Deus, ut in iis ambulemus, *Eph. 2. v. 10.* c. Renovatio naturæ per Sp. S. est necessaria ad salutem, *Ioh. 3. v. 3. 5.*

III. Materia *est* a *eadem Christi satisfactio, idem meritum; sive* b *obedientia humiliationis ipsius; quâ factus est Patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.*

a. *Esai. 53. v. 11.* Servus meus justus agnitione sui justificabit multos, quorum iniquitates ipse bajulaverit. & *v. 4. 5. 6.* Morbos nostros ipse pertulit, & dolores nostros baiulavit. Dolore afficitur à defectionibus nostris, atteritur ab iniquitatibus nostris; castigatio pacis

 nostræ

nostræ imponitur ei,&tumice eius fit curatio nobis. Facit Iehova ut incurrat in eum iniquitas omnium nostrorum. *Rom.8.v.3.4.* Quæ legis erat impotentia &c. *2.Corinth.5. vers. 21.* Fecit Deus eum, qui non novit peccatum &c. *Gal.3.v.13.14.* Christus nos redemit ab exsecratione legis, dum pro nobis factus est exsecratio &c. ut in gentibus benedicti Abrahami exstet, in Christo Iesu; & ut promissum illum Spiritum acciperemus per Fidem.

b. *Rom.5.v.19.* Per unius obedientiam justi constituuntur multi. *Phil.2.vers.8.* Ipse Christus se submisit, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. *Heb. 10. v.5.7.10.* Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi. Ecce adsum, ut faciam, Deus, voluntatem tuam. Quâ voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel factam.

CANON.

Ita Deus nobis remittit peccata ex gratia, ut tamen satisfactio non excludatur; vel; *Deus nobis non remittit peccata ex absoluta gratia, citra satisfactionem.* Rationes 1. DEUS justificans est in CHRISTO, *2. Corinth.5.v.19. Rom.3.v.24.25.* 2. Nulla datur absoluta talis gratia, citra satisfactionem Christi: quia gratia remissionis peccatorum ac salutis; & ab æterno præparata est in Christo, *2. Tim. 1. vers. 9.*

verſ. 9. Eph. 1. v. 4. 5. & in tempore proponitur; exhibetur,& confertur in Chriſto, & propter ipſum. *Matth. 3. v. 17. Ioh. 1. verſ. 16. Rom. 3. verſ. 24. 25.* 3. Nulla eſt remiſſio ſine ſanguinis effuſione, *Hebr. 9. v. 22.* nempe nec *ceremonialis* abſque aſperſione ſanguinis pecudum; neque *realis* abſque effuſione ſanguinis Chriſti. 4. Nulla ſalus, aut ſalutis promiſſio extra Chriſtum, *Act. 4. v. 12. 2. Cor. 1. v. 20.* 5. Remiſſio peccatorum quæ in Evangelio offertur,facit ad demonſtrationem juſtitiæ vindicatricis, *Rom. 3. verſ. 25. 26.* Intelligi hic *juſtitiam vindicatricem* patet 1. ex cauſa antecedente, quæ fuit placamen in ſanguine ipſius. 2. ex actu formali; quòd filio proprio non pepercit. 3. Ex oppoſitis typis,in quibus ut non fuit realis expiatio peccatorum, ita nec ſingularis aliqua juſtitiæ divinæ demonſtratio, *verſ. 25. 26.* 4. ex deſcriptione huius juſtitiæ, *2. Theſſ. 1. v. 5.* S.

IV. Forma *Iuſtificationis poſita eſt in Remiſſione peccatorum, & imputatione Iuſtitiæ.*

Dan. 9. v 24. Septimanæ ſeptuaginta deciſæ ſunt, ut cohibeat *Meſſias* tranſgreſſionem illam & ut obſignet peccata, & ut expiet iniquitatem, & ut adducat juſtitiam ſempiternam. *Rom. 4. v. 6. 7.* David declarat beatum eum hominem, cui Deus imputat juſti-

tiam absque operibus, dicens: Beati, quorum remissæ sunt iniquitates.

V. Remissio peccatorum *est*, *quâ reatus & pœna peccati credenti propter Christum condonatur.*

Psalm. 32. v. 23. Rom. 4. v. 7. 8. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum obtecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum. *Act. 13. vers 38. 39.* Notum igitur sit, fratres, annunciari vobis remissionem peccatorum per istum, *scil. Christum:* Et ab omnibus, à quibus non potuistis per legem Mosis justificari, per hunc credentem quemvis justificari.

CANONES.

A. *Remissâ culpâ, pœna, etiam temporalis, remittitur.* Rationes 1 Deus peccata remittens, ea non imputat, sed *tegit. delet, tollit, Psalm. 32. v. 1. 2. Es. 44. v. 17.* 2. Ex *hypothesi* Pontificiorum per remissionem peccatum est totaliter destructum. 3. Omne peccatum credentibus remittitur propter Christum, quia pro iis plenissimè satisfecit, explans culpam eorum, & pœnam eis debitam perferens, & auferens. 4. Quibus remissa culpa, in iis nulla est condemnatio i. e. *κατάκριμα*, seu pœna, *Rom. 8. 1.* 5. Quibus culpa remissa, iis

iis pœna non retinetur, quia pœna retinetur propter culpam ex ordine justitiæ. 6. Afflictiones fidelium non sunt pœnæ temporales, propriè sic dictæ; sed vel *castigationes* vitiorum, *1. Cor. 11. v. 32.* vel *patientiæ* probatio, *Iacob. 1. 2. 3.* vel de veritate realis *testificatio, Act. 5. vers. 40.* 7. Culpa est fundamentum pœnæ, hæc illius terminus. Sublato igitur fundamento, tollitur terminus. 8. Culpa & pœna propter arctissimam conjunctionem eodem nomine appellantur in Scriptura: E. unum eorum non remittitur, altero retento, *Levit. 20. vers. 17. Es. 53. vers. 4. 2. Corinth. 5. v. 20. 1. Pet. 2. v. 24.* P.

B. *Nullæ igitur dantur Satisfactiones humanæ pro peccatis sive propriæ, sive alienæ.* A. *Nullas dari.* patet 1. quia Satisfactio pro peccatis est solius Christi propria, *1. Tim. 2. vers. 5. 6. Matth. 20. v. 28. Es. 63. v. 3.* 2. Remissio est merè gratuita, *Rom. 3. 24.* 3. Justificatio fit absque operibus nostris, vel alienis, *Rom. 3. v. 28. 2. Tim. 1. v. 9.* 4. Satisfactiones humanæ repugnant justitiæ ac misericordiæ divinæ. *Illi*, quia pro uno peccato gemina statuitur satisfactio. *Huic*, quia nec plenum, nec solidum redemtionis gratuitæ beneficium in Christo agnoscunt. B. *Non proprias.* 1. Quia nemo potest dare compensationem animæ suæ, *Matth. 16. vers. 26.* 2. Justitia & salus nostra

non est ex nobis. *Eph. 2. v. 8. 9. Phil. 3. v. 9. 2. Tim. 1. verf. 9.* 3. Nec per *obedientiam*, nec per *pœnam* satisfacere quimus pro peccatis. Non per *illam*, quia in multis impingimus, & præsenti obligatione Deo debetur, proinde non est satisfactoria. Non etiam per *hanc*; quia pœna tempotalis non æquivalet vel peccato expiando; vel vitæ æternæ promerendæ. Æterna autem nunquam finitur aut absolvitur 4. Satisfactiones propriæ homines exitiali desperationi vel hypocrisi involvunt; id quod experientia testatur C. *Non alienas.* 1. In judicio Dei non valet aliena redemtio, *Psalm. 49. v. 9.* 2. In solo Christo salus proposita est, *Act. 4. v. 12.* 3. Singuli suum onus portabunt, *Gal. 6. v. 5.* 4. Satisfactionem alienam nudi hominis nec justitia Dei vult, nec infirmitas hominis potest præstare; quia ne quidem pro se ipso quisque potest satisfacere. P.

C. *Calumnia est, juxta Reformatos peccata non tolli in justificatione, sed tantùm tegi ne appareant.* Utrumque asserunt cum Scriptura; & tolli peccata nostra, *Ioh. 7. v. 21. 2. Sam. 12. v. 13. Ioh. 1. v. 29.* & tegi *Psalm. 32. verf. 1. Rom. 4. verf. 6. 7.* Sed sensu Scripturæ, non hæretica depravatione. *Teguntur* peccata nostra, quatenus Deus ea sibi non proponit, *Psalm. 90. v. 8.* sed quasi dissimulat & gratiosè condonat, *Rom. 3.*

Rom 3. v. 25. Sicut & charitas proximi tollit multitudinem peccatorum ipsius teste Petro, 1. *Epist.* 4. *vers.* 8. *Tolluntur* verò etiam, quoad *reatum condemnationis*, ut non imputentur, nec in condemnationem cedant, Rom. 8. *vers.* 1. Quod vel ipsa Phrasi Scripturæ comprobatur, *Gen.* 50. *vers.* 17. *Ios.* 24. *vers.* 19. 1. *Samuel.* 25. *vers.* 28. *Psalm.* 25. *vers.* 18. & 32. *vers.* 1. ubi peccato & transgressioni κατ' ἔλλειψιν *reatus* auferri dicitur. Cæterum *pravitatem inhærentem* peccati quod attinet, ea non tollitur in Justificatione sed in sanctificatione, necessariò annexa justificationi, & cum ea immediatè cohærente: ut est Rom. 6. 7. & 8. Capp.

VI. *Imputatio Iustitiæ est, quâ idem in Christo justus censetur ac pronunciatur.*

Rom. 4. v. 5. 6. Ei qui non operatur, sed credit in eum, qui justificat impium, imputatur fides sua ad justitiam. Sicut etiam David declarat beatum eum hominem, cui Deus imputat justitiam absque operibus. 2. *Cor.* 5. *v.* 21. Fecit Deus eum, qui non novit &c. *Phil.* 3. v. 9. Comperiens in eo non habens meam justitiam &c.

CANONES.

A. *Imputatio alia est* κατὰ χάριν, *secundùm gratiam*; *alia* κατὰ τὸ ὀφείλημα, *ex debito*.

Phrasis *imputare* λογίζεσθαι, *propriè* est, eum, qui aliquid non fecit, habere, ac si fecisset: sicut è contrario, *non imputare*, est eum, qui aliquid fecit, habere ac si non fecisset. Ita Paulus petit imputari sibi culpam Onesimi, quam ipse non admiserat, ad *Philem. v. 18.* & culpam desertoribus suis non imputari, quam ipsi admiserant, *2. Timoth. 4. vers. 16.* persecutores imputant Christianis impietatem, dum reputant eos tanquam oves dignas occisione, ut ex *Psalm. 44. v. 23.* exprimitur verbo λογίζεσθαι *Rom. 8. v. 36.* cuius tamen impietatis rei non sunt: & Simei orat, ne imputetur sibi iniquitas; quam tamen patrârat, *2. Sam. 19. v. 20.* Hæc propria vocis significatio est. *Impropriè* sumitur, cùm id quod fecit aliquis vel habet, ei imputari dicitur, respectu finis, quatenus præmium eius aut pœnam fert. Sic judicium in scortantes exercitum, Phineæ; imputatum est ad justitiam in generationem. *Psalm. 106. vers. 31.* nimirum, quia, ut *Num. 25. v. 13.* explicatur, cessit ipsi in laudem sanctæ Zelotypiæ, & perpetui sacerdotii pactum: vicissim peccatum imputatur impiis, *argumento locorum 2. Sam. 19. vers. 20. 2. Tim. 4. vers. 16.* quatenus merces injustitiæ eis decernitur, *2. Petr. 2. vers. 13.* Et pro hac duplici significatione distingui potest *imputatio* in illam, quæ est κατὰ χάριν,

secun-

ſecundùm gratiam , & alteram , quæ eſt κατὰ τὸ ὀφείλημα , ex debito. *Rom. 4. verſ. 4.* In *priori* ſignificatu hic accipitur. Nam ita imputatur nobis juſtitia, ut Chriſto imputatum eſt peccatum : ſicut expreſsè docetur, *2. Corinth. 5. v. 21.* At Chriſto imputatum fuit peccatum , quatenus habuit ipſum Deus pro eo, qui iſtud admiſiſſet : *2. Corinth. 5. verſ. 21.* Fecit Deus eum , qui non novit peccatum , pro nobis peccatum. *Eſai. 53. v. 6.* Fecit Iehova, ut incurrat in eum omnium noſtrum iniquitas. Et illud Dei judicium , quo reputavit Chriſtum pro peccatore , ſecundum veritatem fuiſſe , inde conſtat , quod tanquam ſponſor noſter , *Heb. 7. verſ. 22.* peccata noſtra in ſe ſuſceperat , & ſua fecerat: ſicut teſtatur de ſe in perſona Davidis, *Pſal. 69. verſ. 6.* O Deus , tu noviſti ſtultitiam meam , & reatus mei non ſunt celati tibi. Concludimus igitur nobis , qui credimus, imputari juſtitiam , quatenus nos Deus pro iis habet , qui juſtitiam præſtiterimus. Quomodo phraſin hanc , *Imputare juſtitiam, Rom. 4. verſ. 6.* ipſe Apoſtolus exponit, *2. Cor. 5. verſ. 15.* dicens ; Si unus pro omnibus mortuus eſt ; illi omnes cenſentur mortui , ſinguli videlicet pro peccatis ſuis, ſicque expiatis peccatis , juſti eſſe : ut qui eo ipſo effecti ſunt juſtitia Dei, i e juſti coram Deo; ut eſt *v. 21*

B. *Iustitia imputata*, *diverso respectu*, *vel justitia Dei vocatur*, *vel justitia Christi*, *vel justitia Fidei.* *Iustitia Dei* vocatur, Rom. 3. *vers.* 22. non quod Deo sit essentialis; sed quia donatur à Deo, & valet in conspectu ipsius, v. 20. justificantis per eam, qui est ex fide Iesu v. 26. Deinde vocatur *justitia Christi* (qui factus est nobis à Deo justitia, 1. *Cor.* 1. *vers* 30. & est Iehova Iustitia nostra, *Ierem.* 23. v. 6.) non *subjectivè*, quasi insit ei tanquam subjecto, sed *effectivè*, quod ab ipso sit tanquam efficiente. Etenim *justi constituimur* (quod est effectum) *per unius Christi obedientiam* (quæ est causa efficiens) Rom. 5. v. 19. *Efficimur justitia Dei*, id est, justi coràm Deo, in *Christo*, id est, per & propter ipsum, 2. *Cor.* 5. v. 21. ut qui justitiam sempiternam nobis adduxit, *Dan.* 9. *vers.* 24. Constat quoque, non immanere, aut inhærere subiecto, quod ipso actu transit. Obedientia, Satisfactio, Ἀπολύτρωσις Christi, quibus justificamur, sive concipiantur ut actiones, sive ut passiones, actu transierunt cùm obediret, satisfaceret, redimeret in terra. Ergo immanere ei aut inhærere ut subjecto non possunt. Dicitur igitur justitia imputata, *Christi justitia*, quia obedientia ipsius ac morte est acquisita. Dicitur quoque *justitia* Christi *nobis imputari*, (quæ tamen phrasis in Scriptura non reperitur) quia

quia justitia imputatur nobis, sive, quia justi reputamur propter satisfactionem ipsius. Denique vocatur *justitia fidei*, Rom. 4. *vers. 13. ex fide*, Rom. 10. *vers. 6. per fidem*, Rom. 3. *vers. 22. Philipp. 3. vers. 9.* quoniam eam fides in promissione Evangelii amplectitur. Fides verò ipsa imputari dicitur ad justitiam, Rom. 4. *vers. 5. Metonymicè*, eò quòd justitia imputatur, v. 6. per fidem, *Cap. 3. vers. 22.* propriè.

C. *Obedientia, justitia, & satisfactio Christi nobis imputatur ad justitiam. Obedientia*, quia per eam justi constituimur, Rom. 5. v. 19. *Justitia*, quia factus est nobis Christus à Patre justitia, & nostra justitia, nósque efficimur in ipso Dei justitia, 1. *Cor.* 1. v. 30. *Ierem.* 23. v. 6. 2. *Cor.* 5. v. 21. *Satisfactio*, quia Christi satisfactio est vicaria, loco nostro præstita. Nam a. Christus non satisfecit pro seipso, aut suis peccatis. b. Christus præstitit satisfactionem, ut Sponsor & Mediator. c. Satisfactio eius est λύτρον pro nobis. Vindicias locorum habes *Elenct. V. p. 756.* S.

D. *Consistit igitur justificatio nostra, in Imputatione justitiæ Christi, hoc est, in Imputatione justitiæ per Christum nobis acquisitæ.* Rationes 1. per imputationem justitiæ definitur, Rom. 4. 5. 6. 2. Constituimur justi imputatâ justitiâ Christi, Rom. 5. v. 19. 3. per imputatio-

nem

nem illam reconciliamur Deo, *Rom.5.v.9.10.* 4. Per imputationem Christus pro nobis factus est peccator, *Esai.53.vers.12. Galat.3. vers.13.* 5. Justitia Christi est nostra coram Deo justitia *Rom.3.vers.20.22.* 6. Est illa justitia Dei revelata absque Lege, *Rom.3. vers.21.22.* 7. Credens, justitiâ imputatâ beatus est, *Rom.4.v.6.* P.

E. *Non ergo justitia nobis inhærens, est causa justificationis formalis.* Rationes 1. Inhærens justitia, non est justitia *Dei, fidei, imputata.* *Non Dei*, quia ab ea distinguitur, *Phil.3.vers.9.* *Nec fidei*, quia non operanti, sed credenti fides imputatur, *Rom.4. vers.5.* *Non imputata*, quia quod est in homine, ei propriè loquendo non imputatur. 2. Inhærens non est remissio peccatorum, *Rom.4. vers.6.7.8.* 3. Inhærens non valet in conspectu Dei, *Psalm.143. vers.2.* 4. Non in credendo consistit; At deberet, *Rom.4. vers.3.4.5.* 5. Est imperfecta tum habitualiter tum actualiter. *Actualiter*, *Iacob.3. 1.Reg. 8.vers.46.* *Habitualiter*, quia imperfecta regeneratio. 6. Justificatio fit gratis, *Rom.3. vers.4. Gal.2.3.capp.* 7. Inhærens est effectum justificationis; sanctificatio nempe, *Rom.3.4.5.capp.coll.cum 6.7.8.Gal 3.v.13.14.* 8. In omnibus fidelibus eadem est forma justificationis. At nullus inhærente justitia est justificatus. P. F. *Iu-*

F. *Iustitiæ Christi imputatio est interna, formaliter considerata.* Calumniantur multi Reformatos, quasi per eos imputaretur *externa* aliqua justitia, qua homo extra se sit, ac censeatur justus. Notandum tamen, *causam meritoriam*, ac *materialem* justitiæ nostræ esse Christum Iesum, cum sua obedientia, satisfactione, ac merito. *Causam formalem* verò esse ipsam justitiæ imputationem, hoc est, eius applicationem ac donationem. Illa *externa* est, extra nos posita, ut res docet. *Ista* non est externa: sed *interna*, quæ homini donatur à Deo, & fide accipitur ac possidetur, *Gal. 2. v. 20.*

G. *Proinde homo, in justificatione, diverso respectu, vel fit, vel non fit justus.* *Fit* homo *justus* in seipso, per fidem apprehendens Christum ad justitiam. *Non fit* justus in se ipso, per infusam & inhærentem sibi justitiam. *Manet peccator* in justificatione, quatenus peccatum non aboletur in *justificatione*, sed in *sanctificatione*, ne regnet amplius in ipso, *Rom. 6. vers. 12.* *Non manet peccator*, quatenus peccatum ipsi condonatur, eiusque veniam gratis propter Christum consequitur.

VII. Finis ultimus est a *gloria Dei*, tam b *Iustitiæ*, *circa Christum*, quam c *misericordiæ ac gratiæ*, *quoad nos.* Proximus est-

est d *consolatio*, *ac* e *salus peccatoris credentis.*

a. *Esai. 43. v. 25.* Deleo defectiones tuas propter me, *id est*, *gloriam mam. 1. Cor. 1. v. 31.* Ut qui gloriatur, in Domino glorietur.

b. *Rom. 3. v. 25. 26.* Ad demonstrationem justitiæ suæ, propter dissimulationem peccatorum quæ antecesserunt, Deo illa tolerante: ad demonstrationem, *inquam*, justitiæ suæ præsenti tempore: ut sit ipse justus, & justificans eum, qui est ex fide Iesu.

c. *Eph. 1. v. 6. 7.* Ad laudem gloriosæ suæ gratiæ, qua nos gratis sibi acceptos effecit in illo dilecto. In quo habemus redemtionem per sanguinem ipsius, remissionem, inquam, lapsuum ex divite ipsius gratia.

d. *Rom. 5. v. 1.* Justificati fide pacem habemus erga Deum. *Cap. 8. v. 33. 34.* Quis intentabit crimina adversus electos Dei? Deus est, qui justificat: quis est qui condemnet? Christus est, qui mortuus est.

e. *Rom. 4. v. 7.* Beati quorum remissæ sunt iniquitates. *Cap. 5. v. 21.* Ut gratia regnaret per justitiam, ad vitam æternam.

VIII. Effecta *varia sunt*; *potiora autem* a *adoptio*, b *libertas spiritualis*, c *conscientiæ tranquillitas*, d *accessus ad Deum*, e *timor filialis*, f *nova obedientia*, g *certitudo gratiæ præsentis & futuræ.*

a. *Tit. 3.*

a. *Tit. 3. v. 7.* Vt justificati illius gratia, hæredes efficeremur secundùm spem vitæ æternæ.

b. *Rom. 6. v. 14.* Non estis sub lege, sed sub gratia. *Gal. 3. v. 25.* Postquam venit fides, non amplius sub pædagogo sumus.

c. *Rom. 9. v. 1.* Justificati fide pacem habemus. *Heb. 10. v. 22.* Adspersione purgatis cordibus à conscientia mala.

d. *Ephes. 3. vers. 12.* In quo habemus loquendi libertatem, & aditum cum fiducia, per fidem ipsius.

e. *Psalm. 130. v. 4.* Apud te est condonatio, ut timearis, *sive reverenter colaris*.

f. *Rom. 6. v. 1. 2. 4.* Permanebimus in peccato, ut gratia auctor fiat? Absit. Imò in nova vita ambulemus.

g. *Rom. 5. v. 10.* Si cum inimici essemus reconciliati fuimus Deo, per mortem filii eius, multo magis reconciliati servabimur per vitam ipsius. *Cap. 8. v. 38. 39.* Mihi persuasum est, neque mortem, neque vitam, neque Angelos, neque principatus, neque præsentia, neque futura posse nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu, Domino nostro.

IX. Subjectum *Iustificationis est Homo*, a *in se peccator & iræ filius*; *in Christo autem* b *electus, & credens in ipsum*.

a. *Rom. 4. v. 5.* Justificat impium. *Cap. 5. v. 6.* Chri-

Christus, cum nullis adhuc viribus essemus, præstituto tempore pro impiis mortuus est. *Eph. 2. vers. 3.* Eramus naturâ filii iræ, ut etiam reliqui.

b. *Rom. 8. v. 33.* Quis intentabit crimina adversus electos Dei? Deus est qui justificat. *Actor. 13. v. 38. 39.* Notum sit vobis, per hunc credentem quemvis justificari. *Rom. 3. v. 22.* Justitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt.

C A N O N.

Falsum est, hominem prius non justificari, quàm se Christi præceptis obedientem præstiterit. Rationes 1. Homo justificatur ut *impius, peccator*, *Rom. 4. vers. 5. Cap. 5. vers. 10. Col. 2. vers. 10. Tit. 3. vers. 3. 4. 5.* 2. Justificatur homo per reconciliationem cum Deo, remissionem peccatorum & imputationem justitiæ; *Rom. 4. vers. 6. 7.* 3. Justificatio fit gratis. 4. Justificati opera sequuntur justificationem; quod patet tum generalibus testimoniis, ex omnibus Epistolis Paulinis depromtis, ubi transitus fit à justificatione ad Sanctificationem, tum etiam particularibus, *Gal. 5. vers. 6. Ephes. 2. vers. 8. 9. 10. 1. Tim. 1. v. 5. Tit. 2. v. 14.* S.

X. Adjuncta *statuuntur: quòd a vita bujus*

hujus propria est; b *perfecta*, c *aequalis sive communis omnibus credentibus*, d *quantumvis sensu dispar.*

a. *Act.3.v.19.* Resipiscite, convertite vos ut deleantur peccata vestra, postquam venerint tempora refrigerationis à conspectu Domini, *sc. ut vos etiam eam sentiatis.*

b. *Rom.8.v.1.* Nulla est condemnatio iis qui sunt in Christo Jesu *1.Ioh.1.v.7.* Sanguis Iesu Christi filii eius purificat nos ab omni peccato.

c. *Act.15.v.11.* Per gratiam Domini Jesu Christi credimus nos servatum iri, quemadmodum & illos, sc. *Patres nostros, Rom.3.v.30.* Deus unus est, qui justificabit circumcisionem ex fide, & praeputium per fidem.

d. *Psal.42.vers.6.12.* Quid dejicis te, anima, & perstrepis in me? Spera in Deo. *Rom.7.v.24.25.* Miser ego homo, quis eripiet me ex isto corpore mortis? Gratias ago Deo per Iesum Christum Dominum nostrum.

CANONES.

A. *Fidelis per fidem suam certus esse potest de gratia Dei & remissione peccatorum.* Rationes 1. Singuli fideles habent certam fiduciam gratiae propriae 2. Fides ejicit ex animo credentis omnem dubitationem de gratia, *Rom.4.v 18, 20. Iacobi.1.v.6. Matth.14.v.31.* 3. De hac

certi

certi fuerunt fideles V. & N. T. *Veteris Testamenti Heb.* 11. singulariter Abraham, *Rom.* 4. v. 18, 19. *Iob.* c. 10. 25. David. *Psal.* 27. *Novi Testamenti*, 1. *Cor.* 2. v. 12. 1. *Joh.* 3. v. 19. 4. Iustificati fide, pacem habent cum Deo, & de gratia eius ita sunt persuasi, ut gloriari sancti possint, *Rom.* 5. 5. In fidelibus proponuntur causæ sufficientes in actu huius certitudinis; nempè partim infallibilis gratiæ promissio, partim infallibile Sp. S. testimonium. *Illa* ponitur in fidelibus, quia promissionem gratiæ fide illi accipiunt, *Rom.* 3. v. 25. *Act.* 10. v. 43. *Hac etiam*, quod Sp. S. testatur unà cum Spiritu ipsorum, quòd sint filii Dei, *Rom.* 8. v. 16. eodémque tanquam sigillo notantur, 1. *Cor.* 1 v. 22. c. 5. v. 5. 6. Fidelibus constat certitudo vocationis efficacis 2. *Pet.* 1. v. 10 P.

B. *Iustitia in justificandis, diverso respectu, vel æqualis est, vel inæqualis.* Absolutè æqualis est omnium justitia: quatenus omnibus credentibus omnia peccata remissa, omnesque in Christo justi censentur; *Rom.* 8. v. 1. *cap.* 3. v. 22. *Act.* 10. v. 43. *Comparatè* tamen, est inæqualis; quùm aliis plura & graviora, aliis pauciora & leviora peccata condonentur, *Luc.* 7. v. 47. Ipsi quoque credentes ut dispares sunt fide, ita disparem quoque Justificationis suæ sensum percipiunt, *Rom.* 4. *cap.*

C. Ea·

C. *Eadem, diversa ratione vel est actus indivisus, vel divisus. Indivisus* quoad Deum: qui non aliqua duntaxat, sed omnia peccata nobis remittit propter Christum, eiusque nos justitia donat, *Rom. 8. v. 1. cap. 5. v. 1, 19.* Tum etiam justificationem semel donatam credentibus, nunquam revocat aut rescindit, *Rom. 11. v. 29.* Sed quoad nos actus est, *divisus*, non indivisus: quia sensum hujus gratiæ neque semper, imprimis in gravioribus tentationibus, nec non in peccatis contra conscientiam, neque pari efficacitatis gradu percipimus, *Psal. 42. v. 6. 12. 2. Sam. 11. & 12. capp. Marc 9. v. 23, 24.*

LOCUS XVIII.

DE

Sanctificatione.

I. TErtius *Gradus est* a. SANCTIFICATIO, *quá* b. *Deus per Sp. S. naturam corruptam hominis; fide justificati, renovat ad imaginem suam; ut deinceps moriatur peccatis, & vivat justitiæ ad salutem in Christo.*

a. *Rom. 8. v. 30.* Quos justificavit, eos etiam glorificavit, *nempè inchoatione gloriæ* 1. *Cor.* 1. v. 30. Christus factus est nobis sapientia à Deo, justitia, sanctificatio &c.

b. *Ezech.36.v.23.26.27.* Ego Iehova sanctificabo me in vobis. Et dabo vobis cor novum, & Spiritum novum ponam in medio vestri; & amovens cor lapideum à carne vestra, indam cor carneum, & Spiritum meum ponam in medio vestri; quo faciam, ut in statutis meis ambuletis, & Jura mea observetis, facientes ea.

C A N O N.

Regeneratio non est tantùm vitæ peccaminosæ, morúmque pravorum, sed totius Naturæ, peccato originali corruptæ, mutatio. Rationes 1. Regeneratio opponitur generationi, malum, quod ex generatione habemus tollens; bonum autem, quo per generationem caremus, restituens, *Ioh.3. v.3.5.6.7.8.9. 1.Pet.1.v.23.* 2. Nova obedientia vel etiam resipiscentia, non est ipsa formaliter sic dicta regeneratio. Hæc enim Scriptura expressè distinguit. *Ierem. 31.v.39. 40.* & sicut *resipiscentia* antecedit *regenerationem*; ita *nova obedientia* eam sequitur, tanquam causam proximam effectus. At mutatio vitæ & morum est nova obedientia. 3. Regeneratao est Sanctificatio integri Spiritus, animæ ac corporis, *Eph.5. v. 26.27.* 4. In regeneratione mens, voluntas, appetitus, corpus innovatur, *Eph.5. v.8. cap.4.v.22.23.24. Tit.3 v.3.5. Rom.6. v.12,13.* 5. Regeneratio infantibus pariter & a-

& adultis eſt communis. Mutatio vitæ & morum non eſt communis.

II. Efficiens *Sanctificationis* Principalis eſt a *Deus, per Spiritum Sanctum fide juſtificatos, ſanctificans atq; renovans.* Impulſivæ ſunt b *miſericordia ipſius, &* c *Chriſti mors ac reſurrectio.* Inſtrumentalis *interna* d *fides* : *externa* e *Verbi & Sacramentorum miniſterium* ; *nec non* f *judicia & caſtigationes divinæ.*

a. 1. *Theſſ.* 5. v. 23. Deus pacis ſanctificet vos totos. *Tit.* 3. v 5. 6. Servavit nos per lavacrum regenerationis, enovationis Spiritus Sancti, quem effundit ſuper nos copioſè. *Ioh.* 3. v. 5. 6. Niſi quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, non poteſt introire in Regnum Dei. Quod genitum eſt ex Spiritu, Spiritus eſt.

b. 1. *Pet.* 1. *v.* 3. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ex multa ſua miſericordia regenuit nos in ſpem vivam. *Tit.* 3. v. 5. Ex ſua miſericordia ſervavit nos per lavacrum regenerationis.

c. *Rom.* 6. v. 4. 5. 6. Conſepulti ſumus ei, *Chriſto*, per Baptiſmum in mortem: ut ſicut ſuſcitatus eſt Chriſtus ex mortuis in gloriam Patris, ita & nos in nova vita ambulemus. Nam ſi cum eo plantati coaluimus aſſimilatione mortis eius, nimirum etiam reſurrectionis aſſimilatione cum eo coaleſcemus: illud ſcientes, veterem illum noſtrum hominem cum eo

crucifixum esse, ut aboleatur corpus peccati, ne nos amplius serviamus peccato *1. Pet. 1. v. 3.* Regenuit nos in spem vivam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis.

d. *Gal. 3. v. 14.* Ut promissum illum Spiritum acciperemus per fidem. *cap. 5. v. 6.* Fides per charitatem efficax, *sive operans.*

e. *Ioh. 17. v. 17.* Sanctifica eos tuâ veritate: sermo ille tuus veritas est. *Iac. 1.* v. 18. Progenuit nos sermone veritatis. *Eph. 5.* v. 25. 26 Christus dilexit Ecclesiam, & exposuit semetipsum pro ea: ut eam sanctificaret, ab eo purificatam lavacro aquæ per verbum. *Tit. 3.* v. 5. Servavit nos per lavacrum regenerationis. 1. *Corinth.* 4. v. 15. In Christo Iesu per Evangelium ego genui vos.

f. *Psal.* 119. v. 71. Bonum est mihi, quod afflictus sum; ut discerem statuta tua, *Heb.* 12 v. 9. 10. 11. Deus pater Spirituum castigat nos ad commodum nostrum, ut participes simus sanctimoniæ ipsius. Omnis autem castigatio in præsens quidem non videtur esse gaudii, sed tristitiæ; at postea fructum tranquillum justitiæ reddit illis, qui per eam fuerint exercitati.

C A N O N.

Regeneratio est opus solius Dei, non simul etiam humana voluntatis. Rationes 1. Est mutatio Naturæ, quæ nova creatio dicitur, *Tit.* 3. v. 5. *Rom.* 12.

Rom. 12. v. 2. *Eph.* 4. v. 22, 23. 24. 2. Ut in generatione, ita in regeneratione nos passivè habemus, *Esai.* 66. *vers.* 9. *Ioh.* 3. v. 3. 5. 6. 8. 3. Solus Deus est causa, cur simus filii Dei, qui solus nos genuit, 1. *Ioh.* 5. v. 1. E. & causati, regenerationis, ex qua pendet filiatio. 4. Resipiscentia, quæ est mutatio factorum sive actionum est donum gratiæ divinæ, *Act.* 5. v. 31. c. 11. v. 18. E. multo magis regeneratio, totius naturæ renovatio. 5. Regenerationem Scriptura homini adimit, 1. *Pet.* 1. v. 23. *Tit.* 3. v. 5. *Eph.* 2. 9. 10. Et soli Deo tribuit, 1. *Pet.* 1. v. 3. *Iac.* 1. *vers.* 18. *Ioh.* 3. *vers.* 5. 6. 8. 6. Est opus infinitæ virtutis a. Est nova hominis creatio. 2. *Cor.* 5. v. 17. b. Eâ perficitur virtute, quâ Christus à mortuis est suscitatus. *Eph.* 1. v. 19. 20. *Col.* 2. v. 12, 7. Regenerandus, mente cæcus, voluntate pravus est naturâ. 8. voluntas humana nullibi inter causas regenerationis recensetur. Neque enim statuitur causa *efficiens* vel *principalis*, mediata, vel immediata, vel impulsiva, interna vel externa, neque instrumentalis, sive interna, sive externa. Imò disertè ab ordine causarum excluditur, *Psal.* 100. v. 3. *Eph.* 2. v. 9. 10. P. A. N.

III. Materia circa quam est a. *Homo peccator*, *iam* b. *fide justificatus à reatu peccati*, *sed* c *renovandus insuper ab inhærente natura sua ejusdem pravitate.*

a. *Tit.3. v.3,5.* Eramus quondam & nos amentes, rebelles, errantes, servientes cupiditatibus, &c. sed ex sua misericordia servavit nos, per lavacrum regenerationis. *Eph.2.v.5.* Etiam nos, cum in offensis mortui essemus, unà vivificavit cum Christo.

b. *Rom.8.v.30.* Quos justificavit, eos etiam glorificavit. *1.Cor. 1.vers. 30.* Christus factus est nobis justitia, & sanctificatio. *Rom. 6. v. 1. & seqq.* Quid igitur dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia scil. *justificationis*, auctior fiat? Absit, &c.

c. *Tit. 2. v.14.* Christus dedit semetipsum, pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi ipsi populum peculiarem, accensum studio bonorum operum. *Rom. 7.v.24.25.* Miser ego homo, quis me eripiet ex isto corpore mortis. Gratias ago Deo per Iesum Christum Dominum nostrum.

IV. Forma *est* a *ipsa spiritualis naturæ humanæ, peccato corruptæ, renovatio in justificatis; constans* b *mortificatione veteris, & vivificatione novi hominis.*

a. *Rom.12. v. 2.* Transformamini per renovationem mentis vestræ, ut probetis quæ sit voluntas Dei, bona illa, placens ac perfecta. *Tit.3. v. 5.* Lavacrum regenerationis, renovationis Spiritus Sancti.

6. Rom.

b. *Rom. 6. v. 2.3. 4.5.* Qui mortui ſumus peccato, quomodo adhuc vivemus in eo? An ignoratis, nos, quotquot baptizati ſumus in Chriſtum Jeſum, in mortem eius eſſe baptizatos? Conſepulti igitur ſumus ei per Baptiſmum &c. *Eph. 4. verſ. 22. 23. 24.* Deponite, quod ad priſtinam converſationem attinet, veterem illum hominem, qui de ſeductricibus cupiditatibus ſe corrumpit. Renovamini verò Spiritu mentis veſtræ: Et induite novum illum hominem, qui ſecundùm Deum conditus eſt, ad juſtitiam & ſanctimoniam veram.

V. Mortificatio veteris hominis eſt, *quâ corruptio naturæ ex peccato paulatim in ipſu minuitur atque aboletur.*

Rom. 6. v. 6. Scientes, veterem illum hominem cum eo crucifixum eſſe, ut aboleatur corpus peccati, ne nos amplius ſerviamus peccato. *Cap. 7. v. 4.* Itaque, fratres mei, vos quoque mortificati eſtis Legi in corpore Chriſti; ut eſſetis alterius, eius *videlicet*, qui ex mortuis ſuſcitatus eſt, ut fructum feramus Deo, & *v. 6.* Nunc liberati ſumus à lege, mortuo eo in quo detinebamur, ut ſerviamus in novitate Spiritus, ac non in vetuſtate literæ.

VI. Vivificatio novi hominis *eſt, quâ eadẽ natura corrupta ad Dei imaginem in Chriſto magis magisque inſtauratur.*

Eph. 2. v. 5. Deus nos, cùm in offenſis mortui

tui essemus, unà vivificavit cum Christo, cuius gratiâ estis servati. *cap. 4. v. 24.* Induite novum illum hominem, qui secundùm Deum conditus est, ad iustitiam & sanctimoniam veram. *Col. 3. vers. 10.* Induti sitis novo illo homine, qui renovatur in agnitionem congruentem imagini eius, qui ipsum condidit.

CANON.

Calumnia est, Reformatos negare omnem iustitiam inhaerentem. Dicunt, cum Apostolo: *per Sanctificationem nos induere novum illum hominem, qui secundùm Deum conditus est, in iustitia & sanctitate vera Eph. 4. v. 24.* Sanctificatio geminam iustitiam complectitur; Unam *habitualem* inhærentem, & immanentem; alteram *actualem* operum, transeuntem, *1. Ioh. 3. v. 7. Rom. 6. v. 13. & seqq.* absque qua sanctificatio non magis consistere, quàm sine iustitia imputata iustificatio concipi, aut definiri potest.

VII. Finis supremus *est* a. *gloria* Dei; Subalternus b *nostra cum Christo conformitas*, c *communio, &* d *salus aeterna.*

a. *Rom. 6. vers. 11.* Ita etiam vos colligite, vos tum mortuos esse peccato, tum verò vivere Deo per Iesum Christum. *Matth. 5. vers. 16.* Ita splendeat lux vestra coram hominibus, ut

videant

videant vestra bona opera, glorificentque Patrem illum vestrum, qui est in cœlis.

b. *Rom. 6. v. 5.* Si cum eo plantati coaluimus, assimilatione mortis eius, nimirum etiam resurrectionis assimilatione cum eo coalescemus.

c. *Phil. 3, vers. 10.* Ut cognoscam eum, & vim resurrectionis ipsius, & communionem perpessionum eius, dum conformis fio ipsius morti.

d. *1. Pet. 1. vers. 3. 4.* Regenuit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis: *id est*, ad hæreditatem, quæ nec corrumpi potest, nec contaminari, nec marcescere, vobis in cœlis servatam.

VIII. Effecta *sunt* a *omnia Sanctificatorum bona opera, quæ generatim* b. *vitâ Christianâ ac precatione comprehendi queunt.*

a. *Eph. 2. v. 10.* Ipsius sumus opus, conditi in Christo Iesu ad bona opera, quæ præparavit Deus, ut in eis ambulemus. *Gal. 5. vers. 22.* Fructus Spiritus, *nempe Sanctificant*[illegible] sunt charitas, gaudium, pax, iræ cohibitio, be[illegible]gnitas, bonitas, fides, lenitas, continentia

b. *Psal. 50. v. 14. 15.* Sacrifica Deo gratiarum actionem, & redde excelso vota tua. Et invoca me tempore angustiæ, eripiam te, ut glorifices me: & *v. 23.* Qui sacrificat gratiarum actionem, glorificat me; & qui componit viam

viam suam, faciam ut is fruatur salute Dei.

IX. Vita Christiana *est, quâ Sanctificati* a *imitantes Christum*, b *per eum Deo novam obedientiam præstare student* : c *præcipuè* d *abnegando se ipsos*, e *tolerando crucem suam*, & f *quæ vocationis propriæ sunt operando.*

a. *Matth.11.vers.29.* Discite à me, quòd lenis sim, & submissus corde. *Phil.2.v.5.* Is sit affectus in vobis, qui fuit in Christo Iesu.

b. *Rom.6.v.11.* Ita etiam vos colligite, vos tum mortuos esse peccato, tum verò vivere Deo, per Christum Iesum Dominum nostrum. *Heb.13.v.15.* Per ipsum, *Christum*, assiduè offeramus Deo Sacrificium laudis, id est, fructum labiorum celebrantium nomen eius.

c. *Matth.16.v.24. Luc.9.v.23.* Si quis vult pone me venire, abneget seipsum, tollat crucem suam quotidiè, & sequatur me.

d. *Matth.10.vers.37.* Qui amat patrem aut matrem supra me, non est me dignus: & qui amat fil[illegible] aut filiam supra me, non est me dignus. *[illegible]l.5.vers.24.* Qui sunt Christi, carnem crucifixerunt cum affectibus & cupiditatibus.

e. *2.Tim.3.vers.12.* Omnes qui volunt piè vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. *Cap.2.vers.11.12.* Si cum eo mortui sumus, cum eo etiam vivemus: Si substite-

ſtiterimus, *ſc. cum eo*, etiam cum eo regnabimus.

f. 1. *Theſſ. 4. verſ. 11.* Precamur vos, fratres, ut ambitiosè contendatis quieti eſſe, & res veſtras agere, ac operari propriis manibus veſtris. 2. *Theſſ. 3. verſ. 11, 12.* Audivimus quoſdam ambulare inter vos inordinatè, nihil agentes, ſed inaniter ſatagentes: Iis mandamus, &c. ut cum quiete operantes, ſuo pane veſcantur.

CANON.

Ad noſtri Sanctificationem, Chriſti etiam pertinet imitatio. Rationes 1. Chriſtus eam præcipit. *Matth. 11. verſ. 29. Ioh. 13. verſ. 15. 16.* 2. Apoſtoli eandem ſtudiosè commendant, *Phil. 2. verſ. 5. Eph. 5. verſ. 25.* Ubi tamen obſervandum Imitationem aliam eſſe *univocam*, aliam *analogam*. *Illa* valet in actionibus moralibus vitæ ac virtutum, quos ſinguli pro donationis Chriſti menſura imitari tenentur, *Matth. 11. verſ. 29. Iſta* locum habet in actibus officii Mediatorii, qui *proprii* ſunt unius Chriſti Mediatoris, ſi Identitatem ſpectes, *Eſa. 63. verſ. 3. 1. Tim. 2. verſ. 5. 6.* κατ' ἀναλογίαν verò ſive *quadam* actuum *ſimilitudine*, *Communes* ſunt Chriſtianis, quos ipſe Deo fecit Prophetas, Sacerdotes ac Reges. In *miraculis* tamen Chriſtum nuſpiam imitari jubemur.

X. Præ-

X. Precatio *est*, *quâ* a *in nomine Christi*, b *ex fide*, c *bona necessaria petunt à Deo, mala deprecantur, & pro acceptu beneficiis ei gratias agunt.*

a. *Ioh. 16. vers. 23.* Amen amen dico vobis, quæcunque petieritis à Patre in nomine meo, dabit vobis. *Cap. 14. vers. 13.* Quicquid petieritis in nomine meo ego faciam.

b. *Iac. 1. vers. 6.* Postulet is, *qui à Deo petit sapientiam*, cum fide, nihil ambigens. *Rom. 10. vers. 14.* Quomodo invocabunt eum, in quem non crediderint? *Hebr. 10. vers. 22* Accedamus cum vero corde, per certioratam fidem.

c. 1. *Timoth. 2. vers. 1.* Adhortor ante omnia, ut fiant deprecationes, preces, interpellationes, gratiarum actiones, pro quibusvis hominibus. *Phil. 4. vers. 6.* De nulla re solliciti estote; Sed omni in re, precibus & deprecatione, cum gratiarum actione, petitiones vestræ innotescant apud Deum.

XI. Subjectum Recipiens *proximum est hominis fide iustificati* a *anima & corpus*, b *illius potentiæ omnes*, c *huiusque membra.*

a. 1. *Thess. 5. vers. 23.* Deus pacis sanctificet vos totos: & integer vester Spiritus, & anima, & corpus, inculpatè in adventum Domini nostri Jesu Christi conserventur. 1. *Cor. 6. vers.*

verf. 20. Glorificate Deum in corpore veſtro, & in Spiritu veſtro, quæ ſunt Dei.

b. *Coloſſ. 1. verſ. 9.* Non deſinimus orare pro vobis, & petere, ut impleamini omni agnitione voluntatis eius, cum omni ſapientia & intelligentia ſpirituali. *Phil. 2. verſ. 13.* Deus is eſt, qui efficit in vobis & ipſum velle, & ipſum agere, pro gratuita ſua benevolentia. *Gal. 5. verſ. 24.* Qui ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt cum affectibus & cupiditatibus.

c. *Rom. 6. verſ. 12.* Ne regnato peccatum in mortali veſtro corpore, ut auſcultetis ei in cupiditatibus corporis *v. 19.* Siſtite membra veſtra ſerva juſtitiæ ad ſanctimoniam *1. Theſſ. 4. v. 34.* Hæc eſt voluntas Dei, nempè ſanctificatio veſtri, ut abſtineatis à ſcortatione: ut ſciat veſtrum unusquisque ſuum vas poſſidere in ſanctificatione & honore.

XII. Adjuncta *ſunt : quod* a *neceſſaria eſt ad ſalutem*, b. *imperfecta in hac vita*, c. *gradibus tamen augeſcens*, & d *ad perfectionem contendens.*

a. *Ioh. 3. v. 5.* Niſi quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, &c. *Heb. 12. v. 14.* Sine ſanctimonia nemo videbit Dominum.

b. *1. Cor. 13. vers. 9. 10.* Ex parte cognoſcimus, ex parte prophetamus. Poſtquam autem advenerit quod perfectum eſt, tunc quod eſt a-

est aliquatenus, ut inutile tolletur. 1. *Ioh.1.v.* 8. Si dixerimus nos peccatum non habere, nos ipsos fallimus, & veritas in nobis non est.

c. 2. *Corinth.4.vers.16.* Etiamsi externus homo noster corrumpitur: internus tamen renovatur indies. *Eph. 4. vers. 16.* Ex vi intus agente, pro mensura uniuscujusque membri incrementum capit corpori conveniens ad sui ipsius exstructionem, per charitatem.

d. 2. *Cor.7.vers.1.* Dilecti, purificemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, ad finem perducentes sanctimoniam in timore Dei. *Phil.3.vers.12.14.* Non quod jam metam apprehenderim, aut jam sim consummatus; sed persequor, experiens an quoque apprehendam &c. Vnum autem ago: ea quidem quæ à tergo sunt obliviscens, ad ea verò quæ à fronte sunt contendens, scopum versus feror, ad præmium supernæ vocationis Dei, in Christo Jesu.

CANONES.

A. *Bona opera Sanctorum non sunt perfectè & absolutè bona.* Rationes 1. Opera justificatorum fiunt ex & cum fide Remissionis peccatorum, *1.Tim. 1.vers.5. coll. Act.15. vers. 9.* adeòque sanctificantur per alium, Christum. At

At *absolute* bona non egent alienâ sanctificatione. 2. Sancti ipsi in hac vita non sunt absolutè justi. a. Regeneratio ipsorum est imperfecta, tum quia fit successivè & per gradus, 2. *Cor*. 4. *v*. 16. C. 7. *v*. 1. tum quia imperfecta sunt eius effecta, 1. *Cor*. 13. *v*. 9. b. Constat ex contrariis principiis, Spiritu & carne, *Gal*. 5. *v*. 17. c. Non semper gubernantur efficaci gratia Sp. S. *Psalm*. 5. *v*. 13. 14. *Ies*. 63. *v*. 17. 3. Sancti deprecantur justitiam operum & judicium Dei, secundùm ea, *Iob*. 9. *v*. 3. *Ps*. 19. *v*. 13. *Ps*. 130. *v*. 3. 4. *Rom*. 3. *v*. 19. 20. 4. Bona opera sanctificatorum non congruunt absolutè cum Lege Dei. Vnde nullus potest gloriari, mundum esse cor suum, *Proverb*. 20. *v*. 9. aut se non habere peccatum, 1. *Ioh*. 1. *v*. 8. 5. Non sunt bona perfectione *partium*, quia in multis labimur omnes, *Iac*. 3. *v*. 2. nec *graduum*, quia ex parte cognoscimus, 1. *Cor*. 13. *v*. 9. Omnes nostræ justitiæ sunt immundæ, *Esai*. 64. *v*. 6. P. A. N.

B. *Vnde etiam Sancti quotitidie in Oratione Dominica petunt remissionem tum actualium peccatorum, tum originalis.* Et de hoc *posteriori* convincimur 1. Ipsâ petitione *quintâ*, quæ a. ratione *subjecti* indefinita est, æquipollens universali. Regeniti remissionem petunt inhærentis adhuc pravitatis, sive reliquiarum peccati originalis. *Ps*. 15. *v*. 78. 9. *Rom*. 7. *v*. 24. b. *Prædicatum* tangit fideles

quibus subinde opus est renovato aut confirmato sensu gratiæ, contra conscientiam reliquiarum peccati originalis. 2. Petitione *sextâ*, ubi precamur contra tentationes Satanæ, cuius præcipuus fomes est peccatum originale. 3. *Ex tribus primis petitionibus*; nam quicquid tribus primis petitionibus officit (gloriæ nempe ac regno Dei, repugnat voluntati ipsius) eius remissionem petitione quintâ rogamus. At peccatum originale hæc incommoda habet. 4. Decimo Symboli articulo credimus absolutionem omnium peccatorum. E. eius veniam rogamus in oratione Dominicâ; *Ratio*, quia invocatio pro remissione peccatorum præcipuè instituitur. 5. Ex primo & decimo Decalogi præcepto quibus peccatum originis, prout distinctè fertur contra Deum & proximum, interdicitur: & unde sancti quoq; ad eius agnitionem ac deplorationem adducuntur; illius remissionem in Oratione Dominica petunt. N.

C. *Proinde Lex Dei justificatis non est absolutè servatu possibilis.* Rationes 1. Lex perfectam obedientiam requirit, *Matth.* 22. *vers.* 37. 38. 2. Per Legem nullus potest servari. *Rom.* 3. *v.* 20. *Cap.* 4. *v.* 1. 2. 3. Jugum Legis importabile est, *Act.* 15. *v.* 10. 4. Regeneratio justorum est imperfecta, *Rom.* 7. *vers.* 14. *Gal.* 5. *vers.* 17. P.

D. *Propterea etiam nulla dantur opera meritoria, sive*

sive gratiæ ex congruo , sive gloriæ ex condigno. Datur A. *Nullum meritum*; quia nullum bonum opus est indebitum , de nostro præstitum, præmium,ex indebito faciens debitum. Non B. *meritum congrui* ; quia viribus liberi arbitrii, absque gratia, nullum bonum opus præstari potest : Ipsa etiam prima gratia , quæ *præveniens* & *operans* dici solet , tota est gratuita. Nec C. *meritum condigni*; 1. quia bona opera nullam vim merendi vel ex se habent , vel ex pacto aliquo divino : *Non ex se*; quia nulla est proportio. *Non ex pacto.* Aut enim *legale* illud est , aut *Evangelicum* , aut *Vetus* , aut *Novum.* Non *legale* , quod promittit quidem vitam æternam , sub conditione operum, *Levit.* 18. *v.* 5. Vim tamen merendi de Deo, nullam operibus tribuit, *Rom.* 11. *vers.* 35. Non etiam *Evangelicum* , quia vitam illud pollicetur,æternam,absque operibus , eorumque meritis, *Rom.* 3. & 4. *Gal.* 2. & 3. 2. Si opera merentur vitam æternam ex pacto & ordinatione Dei, non merentur eam extrinseca dignitate,nec amplius est meritum condigni. P.

E. *Ne quidem Oratio* , *Iejunium* , & *Eleemosyna sunt opera meritoria.* Non *oratio*, quia est actus peccatoris resipiscentis , & credentis, quo petit beneficia , secundùm gratuitam Dei promissionem. Nec *Iejunium* , quia a. ne quidem *per se bonum* opus est ; nec enim

regnum Dei consistit in cibo & potu. *Rom.14. vers.* 17. nec quovis tempore requiritur, *Matth.* 9. *vers.* 14. 15. b. *Adiaphorum*, & ad pauca utile. c. ἐθελοθρησκεία ut à Pontificiis observatur. Nec *eleemosyna*, quia est opus charitatis, & illius quidem charitatis, quæ manat ex fide remissionis peccatorum, justitiæ ac vitæ æternæ: proinde satisfactoria ac meritoria esse non potest. P.

F. *Imò jejunia certorum temporum ac ciborum ne quidem divinitùs sunt mandata, eóque nec servanda in Ecclesia.* Rationes 1. Iejunia certorum temporum sunt V. T. ceremonialia, *Levit.* 17. *v.* 31. 2. Nullum est discrimen ciborum in N. T. *Act.* 10. *v.* 14. 15. *Tit.* 1. *v.* 15. *Hebr.* 13. *v.* 9. 3. Iejunia illa sunt humanitùs excogitata & imperata. 4. Delectus ciborum repugnat ordinationi Christi, *Matth.* 15. *v.* 11. Apostolorum, *Col.* 2. *v.* 16. 21. habétque doctrinam Dæmoniorum, 1. *Tim.* 4. *v.* 1. 3. 5. Delectus ciborum est ἐθελοθρησκεία. 6. Leges istæ Iejuniorum partim ab hæreticis & nominatim à Montano, teste *Euseb. l.* 5. *c.* 18. partim à Pontificibus *Telesphoro*, *Calixto*, aliisque invectæ, conscientiisque impositæ sunt. P.

G. *Cùm ergo Iustificatio, salus, vita æterna, bonis operibus in Scriptura tribuitur, non illud propriè fit, sed per Metonymiam effecti.* Ratio 1. Scriptura opera propriè dicta è numero causa-

causarum efficientium justificationis excludit. 2. Justificatio & salus soli fidei ceu causæ organicæ tribuitur. *Illud* extat *Rom. 3. v. 20. Gal. 2. v. 16. Eph. 2. v. 8. 9. Hoc*, Marc. 16. v. 16. *Rom.* 1. v. 17. C. 3. v. 28.

SEDES hujus loci propria est in Vet. Test. *Psalm. 51. & 87. Ierem. 31. 32. Ezech. 36.* in N. T. *Ioh. 3. Rom. 6. 7. 8. 12. 13. Ephes. 4. 5. &* 1. *Pet.* 1. *capp.*

LOCUS XIX.

DE

Perseverantia.

I. Q*Vartus ac ultimus gradus est* [a] PERSEVERANTIA, *quâ* [b] *Deus fide justificatos ac sanctificatos invictâ constantiâ donat; ut certantes contra peccata & ærumnas hujus seculi, vel etiam à lapsibus per resipiscentiam resurgentes, persistant in gratia semel donata, usque in diem redemtionis suæ.*

a. *Rom. 8. vers. 30.* Quos justificavit eos etiam glorificavit, *videlicet, non minus consummatione quàm inchoatione gloriæ* 1. *Cor.* 1. *v.* 30. Christus factus est nobis sapientia à Deo, justitiaque, & sanctificatio, & redemtio.

b. *Ierem. 32. vers. 39. 40.* Indam illis cor unum, & viam unam, ad reverendum me omnibus diebus &c. Et pangam ipsis fœdus

perpetuum, fore, ut non avertam me à prosequendis ipsis, benefaciendo ipsis: & reverentiam mei indam animo ipsorum, ut non recedant à me. 1. *Pet.* 1. *v.* 5. Virtutis Dei præsidio custodimini per fidem ad salutem. *Psal.* 37. *v.* 24. Quum cadit *justus* non dejicitur, quia Iehova sustentat manum eius.

II. Efficiens *Perseverantiæ principalis est* [a] *Deus* [b] *Pater æterna dilectione*, [c] *Filius continuâ eâque efficacissimâ intercessione*, [d] *Spiritus S. perpetuâ gubernatione atque obsignatione. His subordinantur* [e] *causæ administræ & instrumentales, eadem quæ prius.*

a. *Phil.* 1. *vers.* 6. Deus, qui incepit in vobis opus bonum, perficiet usque ad diem Iesu Christi, 1. *Cor.* 1. *v.* 8. Deus confirmabit vos usque ad finem inculpatos, in diem Domini nostri Iesu Christi.

b. *Ierem.* 31. *vers.* 3. Dilectione perpetuâ diligo te. *Rom.* 8. *v.* 38. 39. Nihil potest nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

c. *Hebr.* 7. *vers.* 25. Servare perfectè potest eos, qui per ipsum accedunt ad Deum, semper vivens, ut interpellat pro eis. *Rom.* 5. *v.* 10. Si quum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem Filii eius, multò magis nunc reconciliati servabimus per vitam ipsius.

d. *Ioh.* 14. *v.* 16. 17. & *Cap.* 16. *v.* 13. Ego rogabo

rogabo Patrem, & alium advocatum dabit vobis, qui maneat vobiscum in æternum; nempe Spiritum illum veritatis, qui ducet vos in omnem veritatem. *Ephes. 1. vers. 13. 14.* Posteaquam credidistis, obsignati estis Spiritu illo, promissionis, Sancto; qui est arrhabo hæreditatis nostri.

e. *1. Petr. 1. v. 23.* Regeniti, non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, id est, per sermonem Dei vivi, & manentis in æternum. *Eph. 4. v. 13.* Donec perveniamus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei, in virum adultum, ad mensuram plenæ staturæ Christi. *Cap. 5. v. 26. 27.* ut eam, *scil. Ecclesiam*, sanctificaret, ab eo purificatam lavacro aquæ per verbum: ut sisteret eam sibi gloriosam non habentem maculam aut rugam aut quicquam eiusmodi. *Psalm. 119. v. 71.* Bonum mihi est, quod afflictus sum, ut discerem statuta tua.

III. Materia circa quam, *sive* objectum, est *gratia vocationis, justificationis & sanctificationis, semel donata.*

Act. 13. v. 43. Persuaserunt eis, ut permanerent in gratia Dei. *Iudæ vers. 3.* Decertetis pro fide, quæ semel tradita est sanctis. *Apocal. 22. v. 11.* Qui justus est, justificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc.

IV. Forma *est* [a] *permansio ac perduratio in hac ipsa gratia, ita quidem ut* [b] *firmo animi proposito,*

 ac

ac serio constantique studio, vel c *strenuè decertent contra peccata & ærumnas hujus seculi*; vel d *lapsi infirmitate per renovatam resipiscentiam resurgant ac* e *deinceps diligentius sibi caveant*; *sicque* f *ad vitæ usque finem, sive in diem redemtionis suæ, perseverent.*

a. *Act.* 13. *vers.* 43. Persuaserunt eis ut &c. *Cap.* 2. *v.* 42. Perdurabant in doctrina Apostolorum, & communicatione, & fractione panis, & precibus. *Gal.* 5. *v.* 1. In libertate, quâ Christus nos liberavit, perstate, & ne regredientes implicamini servitutis jugo.

b. *Act.* 11. *v.* 23. Hortatus est eos, ut proposito cordis permanerent cum Domino. *Psal.* 51. *v.* 12. Spiritum firmum renova intra me. 2. *Pet.* 1. *v.* 5. Omni præterea collato studio adjicite fidei vestræ virtutem.

c. *Iudæ. v.* 3. Decertetis pro fide, quæ semel tradita est sanctis. *Hebr.* 12. *v.* 4. Nondum ad sanguinem usque restitistis, adversus peccatum decertando. 1. *Pet.* 5. *v.* 9. Cui, *Diabolo*, obsistite firmi per fidem, ut qui noveritis, easdem afflictiones à vestra, quæ in mundo est, fraternitate peragi.

d. *Prov.* 24. *v.* 16. Vt septies cadat justus, exsurgit tamen. *Luc.* 17. *v.* 3. 4. Si peccaverit in te frater tuus, objurga eum, si resipuerit, & remitte ei. Et, si septies in die peccaverit

in

in te, & septies in die revertatur ad te, dicens; resipui, remitte ei.

e. *Psalm.18.v.22.23.24.* Custodivi vias Iehovæ, nec improbè averti me à Deo meo. Omnia jura eius è regione mei fuerunt, & statuta eius non removi à me. Denique integer fui coram eo; & cavi mihi, ne iniquè agerem. *Psalm. 39. v. 2.* Dixeram, observabo vias meas, ne peccem linguâ meâ, servabo circa os meum capistrum.

f. *Matth.* 10. *v.* 22. *Cap.* 24. *v.* 13. Qui sustinuerit ad finem usque, is servabitur. *Apoc.* 2. *v.* 10. Esto fidelis usque ad mortem; & dabo tibi coronam vitæ. *Eph.* 4. *v.* 30. Per Spiritum Sanctum obsignati estis, in diem redemtionis.

V. Finis Supremus *est* [a] *Dei gloria*; *Subalternus* [b] *Electorum salus*.

a. *Eph.* 1. *v.* 14. Qui, *sc. Spiritus Sanctus* est arrhabo hæreditatis nostræ, ad obtinendam redemtionem, ad laudem gloriæ ipsius. 1. *Pet.* 1. *v.* 3. 5. Benedictus esto Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui ex multa sua misericordia regenuit nos &c. qui virtutis Dei præsidio custodimini per fidem, ad salutem.

b. *Matth.* 24. *v.* 13. Qui sustinuerit &c. 2. *Tim.* 2. *vers.* 11. 12. Si cum eo mortui sumus, cum eo etiam vivemus. Si substiterimus; sive *toleraverimus*, etiam cum eo regnabimus.

Cap. 4. *v.* 7. 8. Certamen illud præclarum decertavi, cursum consummavi, fidem servavi. Quod reliquum est, reposita est mihi justitiæ corona; quam reddet mihi Dominus in illo die, justus ille Iudex.

VI. Effecta *communia sunt cum fide, justificatione, & sanctificatione; inprimis* [a] *securitas in Deo,* [b] *timor, &* [c] *invocatio nominis ipsius,* [d] *augmentum gratiæ,* [e] *demonstratio fidei nostræ,* [f] *confirmatio fratrum, &* [g] *id genus alia.*

a. *Rom.* 8. *verf.* 31. 33. 35. 38. 39. Si DEUS pro nobis, quis contra nos? Quis intentabit crimina adversus electos Dei? Quis nos separabit à charitate Christi? Mihi persuasum est, neque mortem, neque vitam &c. posse nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.

b. *Philip.* 2. *verf.* 12. Cum timore ac tremore vestram ipsorum salutem operamini. 2. *Cor.* 7. *verf.* 1. Ad finem producentes sanctimoniam in timore Dei.

c. *Eph.* 6. *v.* 18. Omni prece & deprecatione, orantes omni tempore per Spiritum, & illi ipsi rei excubantes, cum omni perseverantia.

d. *Matth.* 13. *v.* 12. Quisquis habet, dabitur ei, & amplius habebit. 2. *Pet.* 3. *verf.* 18. Augescite in gratia.

e. 1. *Pet.* 1. *verf.* 7. Ut exploratio fidei vestræ, *nempe per tentationes,* multo pretiosior

ſior exploratione auri, quod perit, & tamen per ignem exploratur, inveniatur vobis eſſe laudi, honori & gloriæ, quum revelabitur Ieſus Chriſtus.

f. *Luc.* 22. *verſ.* 32. Et tu converſus, confirma fratres tuos.

g. *Luc.* 8. *verſ.* 15. Fructum adferunt per tolerantiam.

VII. Subjectum recipiens *ſunt Homines* [a] *electi, vocati, juſtificati, & ſanctificati: cæterùm multis adhuc infirmitatibus & tentationibus obnoxii.*

a. *Matth.* 24. *v.* 24. Excitabuntur Pſeudo-Chriſti & Pſeudo-Prophetæ, & edent ſigna magna & prodigia, ita ut ſeducant (ſi fieri poſſit) etiam electos. *Rom.* 8. *verſ.* 30. Quos prædeſtinavit, eos etiam vocavit. Quos autem vocavit, eos etiam juſtificavit. Quos verò juſtificavit, eos etiam glorificavit.

b. *Rom.* 7. *v.* 23. 24. Cerno aliam legem in membris meis, belligerantem adverſus legem mentis meæ, & captivum reddentem me legi peccati, quæ eſt in membris meis. Miſer ego homo; quis me eripiet ex iſto corpore mortis? 2. *Tim.* 3. *v.* 12. Omnes qui volunt piè vivere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.

IX. Adjuncta *ſunt*: *quod eſt* [a] *patiens*, [b] *certa*, [c] *inæqualis quoad nos*, [d] *Apoſtaſiam tamen*

tamen, *sive* [e] *totalem*, *sive* [f] *finalem excludens.*

a. *Hebr.* 12. *v.* 1. Per tolerantiam propositum nobis stadium decurrimus. *Luc.* 21. *vers.* 19. Per tolerantiam vestram possidete animas vestras.

b. 2. *Tim.* 1. *v.* 12. Novi cui crediderim, & mihi persuasum est, eum posse depositum meum in illum diem custodire. *Rom.* 8. *v.* 38.39. Mihi persuasum est &c.

c. 1. *Cor.* 10. *v.* 12. Qui sibi videtur stare, videat ne cadat. *Rom.* 11. *vers.* 20. 22. Tu per fidem stas; ne effertor animo, sed time. Nisi permanseris in benignitate, & tu excideris.

d. 2. *Tim.* 2. *vers.* 18. 19. Circa veritatem aberrârunt à scopo &c. Solidum tamen fundamentum Dei stat, habens sigillum hoc, Novit Dominus eos qui sunt sui. *Hebr.* 10. *vers.* 39. Nos non ii sumus, qui nos subducamus ad exitium, sed qui credamus ad animæ salutem.

e. 1. *Ioh.* 3. *v.* 9. Quisquis natus est ex Deo, peccato non dat operam: quoniam semen ipsius in eo manet; nec potest peccare, eò quòd ex Deo natus est. *Esai.* 59. *vers.* 22. Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent ex ore tuo, aut ex ore seminis tui, aut ex ore seminis

semi-

ſeminis tui, ait Iehova, ex hoc tempore uſque in ſeculum.

f. 1. *Pet.* 1. *verſ.* 5. Virtutis Dei præſidio cuſtodimini &c. *Iohan.* 10. *v.* 28. 29. Ego vitam æternam do eis, *ſc. ovibus meis*, neque peribunt in æternum, neque rapiet eas quiſquam è manu mea. Pater ille meus, qui mihi eas dedit, major eſt omnibus: neque quiſquam poteſt eos rapere è manu Patris mei.

Canones.

A. *Perſeverantia Sanctorum adeò eſt certa, ut totaliter ac finaliter deficere à fide & ſalute Sancti non poſſint.* Rationes 1. A Gratia *Sanctificationis* ſive *Regenerationis*, quæ facta eſt ex ſemine incorruptibili & in ipſis manente, 1. *Pet.* 1. *v.* 23. 25. 2. A Gratia *Iuſtificationis*, quâ fit, ut nulla in iis amplius ſit condemnatio, nec Deus peccatorum recordaturus eſt. *Rom.* 8. *v.* 1. *Ierem.* 31. *v.* 34. *Mich.* 7. *verſ.* 18. 19. 3. A Gratia *vocationis efficacis*, quæ eſt ἀμεταμέλητος, *Rom.* 11. *v.* 24. 4. A Gratia *redemtionis*, quâ Chriſtus ſibi datos à Patre ita redemit, ut nullus ex iis pereat aut perire poſſit, *Ioh.* 17. *verſ.* 2. 12. 19. 20. *Cap.* 10. *verſ.* 28. 29. 5. A Gratia *electionis*, *Matth.* 24. *verſ.* 24. *Rom.* 11. *v.* 7. 6. Sancti ſemper manent in Eccleſia Dei & communione Sanctorum, 1. *Ioh.* 2. *v.* 19. 7. *Fides* ipſorum non deficit,

cit, nec deficere poteſt, idque tum in *hypotheſi* probatur exemplo Petri, *Luc.* 22. *verſ.* 32. tum in *theſi*, Ioh. 17. v. 20. 8. Sancti, virtutis Dei præſidio, cuſtodiuntur ad ſalutem, 1. *Pet.* 1. *verſ.* 5. 9. Arundo quaſſata non confringitur, nec linum fumigans extinguitur, i. e. fides quamvis languida propagatur & conſervatur. 10. Non poſſunt peccare ad mortem, 1. *Ioh.* 3. *verſ.* 9. *C.* 5. *v.* 18. *Pſalm.* 37. *v.* 24. *Prov.* 24. *verſ.* 16. S. P. A. N. L.

B. *Certitudo perſeverantiæ non conſiſtit cum ſecuritate carnis, aut peccatis contra conſcientiam.* Sancti enim *certi* & *perſuaſi* ſunt de ſua perſeverantia, quando credunt promiſſionibus Evangelii, & cum *timore* ac *tremore* ſalutem ſuam operantur, non, quando carni aut peccatis indulgent.

C. *Perſeverantia Sanctorum, graviſſima peccata non excludit.* Sancti enim per carnis infirmitatem ac Diaboli Mundique tentationes graviter labuntur, ita tamen, ut per reſipiſcentiam reſurgant.

D. *Sanctorum Apoſtaſia diverſo reſpectu vel eſt poſſibilis, vel impoſſibilis.* *Impoſſibilis* quoad Deum, & gratiam eius, *Matth.* 24. *verſ.* 24. *Ioh.* 10. *verſ.* 29. *Rom.* 9. *verſ.* 6. *Poſſibilis*, quoad ſanctos, quorum reſpectu eſt facilis, 1. *Cor.* 10. *verſ.* 2. *Rom.* 11. *verſ.* 20. Eſt ergo impoſſibilitas non abſoluta ſed conditionata.

E. *Pro-*

E. *Promissio perseverantiæ vel absoluta est, vel conditionata. Illa*, quatenus pendet ab immutabili gratia Electionis & vocationis ; *hæc*, respectu conditionum, per quas Deus eam in nobis operatur, pœnitentiæ, fidei &c.

SEDES *Loci hujus propria est in V. T.* Psalm. 1. 23. 27. 125. Esai. 54. Ier. 31.32. *In N. T.* Ioh. 10. 14. 15. 16. 17. Rom. 8. 9. 11. Eph. 1. Phil. 1. 1. Pet. 1. capp.

LOCUS XX.

DE

Glorificatione.

I. S*Vperest* modus Applicationis, *qui ad vitam futuram pertinet* ; & GLORIFICATIO *sive* REDEMPTIO FINALIS *usitatè appellatur.*

Rom. 8. *vers.*33. Quos justificavit, eos etiam glorificavit, 1. *Cor.* 1. *vers.* 30. Christus factus est nobis redemtio. *Luc.* 21. *v.* 28. Attollite capita vestra, quoniam appropinquat redemtio vestri.

II. *Ea pro subjecti recipientis conditione vel est* a *animæ separatim* ; *vel* b *totius hominis conjunctim.*

a. 2. *Corinth.* 5. *v.* 1. Scimus si terrestris huius domus nostræ tabernaculum dissolutum fuerit, ædifi-

ædificium ex Deo habituros nos, domicilium *videl.* non manu factum, æternum in cœlis.

b. 1. *Cor.* 15. *verſ.* 52. Mortui excitabuntur incorrupti, & nos mutabimur.

III. *Glorificatio* ANIMÆ *eſt, quâ Electi in fide mortui*, [a] *ſtatim à morte*, [b] *ſecundùm animam à corpore ſeparatam*, [c] *plenè ſanctificantur*, *ac* [d] *miniſterio Angelorum in cœlum transferuntur*, [e] *victuri iſtic uſque ad conſummationem ſeculi.*

a. *Luc.* 23. *verſ.* 43. Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo. *Apoc.* 14. *verſ.* 13. Beati ab hoc tempore mortui illi, qui in Domino moriuntur.

b. *Eccl.* 12. *verſ.* 9. Redeunte ipſo pulvere, *id eſt, corpore pulvereo*, in terram, quemadmodum fuerat; ſpiritu autem redeunte ad Deum, qui dederat illum. *Apoc.* 6. *v.* 9. Vidi ſub altari animas eorum, qui mactati fuerant propter verbum Dei.

c. *Heb.* 12. *v.* 23. Spiritus juſtorum conſummatorum; *qui videl. jam ad finem produxerunt ſanctimoniam*, *ex* 2. *Cor.* 7. *v.* 1. *depoſito corpore peccati*, *ex Col.* 2. *v.* 11. *& corpore mortis*, *ex Rom.* 7. *v.* 24. 1. *Cor.* 13. *v.* 10. Poſtquam advenerit quod perfectum eſt, tunc quod eſt aliquatenus ut inutile, tolletur.

d. *Luc.* 16. *verſ.* 22. Factum eſt, ut moreretur

retur mendicus, & asportaretur ab angelis in sinum Abrahami. *Act. 7. vers. 59.* Domine Jesu, recipe spiritum meum, *scil. in cœlum.*

c. *Apoc. 6. vers. 11.* Datæ sunt singulis *videl. animabus mactatorum*, stolæ albæ, & dictum est eis; ut requiescerent adhuc paululum temporis, usque quò compleantur etiam conservi eorum, & fratres eorum, qui occidendi sunt sicut & ipsi. *Cap. 14. vers. 13.* Beati mortui illi, qui in Domino moriuntur, ab hoc tempore: Etiam dicit Spiritus; ut requiescant à laboribus suis: & opera eorum sequuntur eos.

CANONES.

A. *Animæ fidelium à corporibus separatæ vivunt, vigilant, ac beatæ sunt in cœlis, ibique continuo laudibus Deum celebrant, ac Servatorem suum, donec itarum conjungantur cum corporibus suis in Resurrectione mortuorum.* Rationes 1. Animæ fidelium post mortem vivunt vita spirituali & immortali, *Matth. 10. vers. 28. Luc. 20. vers. 37. 38.* 2. Anima non pendet à corpore, ejusque organis. E. separata ab iis, nrturæ suæ congruenter aliquid agit, est enim *a.* diversæ originis à corpore, *Psal. 33. v. 15. l. Eccl. 12. vers. 9. b.* Actiones organicas e-

tiam extra corpus exercet, 1. *Cor. 13. v. 12. Apoc. 19. v. 2. 4.* 3. Anima fidelium perficitur per mortem corporis. E. anima multo minus dormit, à mole corporis libera, quâ tamen vestita, nunquam quiescit aut dormit. 4. Sunt felices felicitate æternâ, *Luc. 23. v. 43. c. 16. v. 24. 25.* 5. Laudant Deum, expectant resurrectionem mortuorum cum desiderio, *Apoc. 6. vers. 9. 10. cap. 19. vers. 24. Rom. 8. vers. 19.* 6. Angelis post mortem reddentur similes, primò animæ, deinde etiam corporis conformitate, pro vitæ Spiritualis ac cœlestis modo. S. A.

B. *Vanum proinde est figmentum, de Purgatorio, in quo animæ fidelium purgentur à culpis venialibus.* Rationes 1. Illud nec *totum*, nec secundùm *partes* tradit Scriptura, sed rejicit ac damnat. 2. Scriptura duo tantùm receptacula animarum separatarum ostendit. Nam a. duo tantùm sunt hominum ordines, *Matth. 25. v. 32. 33. Marc. 16. v. 16.* b. duæ viæ *Matth. 7. vers. 13. 14.* c. duplex eorundem post hanc vitam status, *Matth. 25. vers. 34. 41.* 3. Animæ fidelium post mortem sunt immunes ab omni culpa & pœna. *Culpa*, enim aut mortalis est aut venialis, illam superesse nolunt Pontificii, hanc ignorat Scriptura, *Deut. 27. v. 26. Matth. 5. vers. 19. Pœna* aut est temporalis aut æterna. *Illa* ultra vitam hanc non por-

porrigitur; hæc ad gehennam pertinet. 4. Ignis inferni est æternus. Purgatorii non est æternus: E. non est unus idemque ignis, quæ Pontificiorum est hypothesis. 5. In igne elementari non est condignum pretium satisfactionis pro peccato. *Ratio* a. quia nulla est satisfactio vel in auro & argento. *1.Pet.1.v.18.* vel sanguine hircorum, *Heb.10.v.4.5.* vel totius mundi gazis, *Matth.16.v.16.* 6. Præsentis temporis afflictiones non sunt pares æternæ gloriæ promerendæ. 6. Fideles immediatè purgantur ab omnibus peccatis suis passione solius Christi. *Act.4. Heb.1.v.3. 1.Ioh.1.vers.7.* 7. Fideles à morte statim recipiuntur in cœlum, ut probant a. dicta. *Apoc.14.v.13. 1.Thess.4.v13.* b. Desideria piorum *Luc.2.v.29. Act.7.v.56.* c. Exempla, *Luc.16.vers.22.25 cap.23.vers.43.* P.

C. *Momentum verò, quo absolvitur consummata animæ sanctificatio, definiri nequit.* Tacet enim Scriptura & de temporis & de loci puncto. Satis est tenere, quod manifestissimum est, cum ipso corpore mortis exui & deponi reliquias peccati omnes, *Rom.7.v.24.* & animas labis expertes, in cœlum recipi, *Apoc.21.vers.27.*

IV. Glorificatio TOTIUS HOMINIS est, *quâ delecti in fide mortui*, a *in consummatione seculi*, b. *secundùm animam & corpus*, c.

 per-

ac serio constantique studio, vel [c] *strenuè decertent contra peccata & ærumnas hujus seculi*; vel [d] *lapsi infirmitate per renovatam resipiscentiam resurgant ac* [e] *deinceps diligentius sibi caveant; sicque* [f] *ad vitæ usque finem, sive in diem redemtionis suæ, perseverent.*

a. *Act.* 13. *vers.* 43. Persuaserunt eis ut &c. *Cap.* 2. *v.* 42. Perdurabant in doctrina Apostolorum, & communicatione, & fractione panis, & precibus. *Gal.* 5. *v.* 1. In libertate, quâ Christus nos liberavit, perstate, & ne regredientes implicamini servitutis jugo.

b. *Act.* 11. *v.* 23. Hortatus est eos, ut proposito cordis permanerent cum Domino. *Psal.* 51. *v.* 12. Spiritum firmum renova intra me. 2. *Pet.* 1. *v.* 5. Omni præterea collato studio, adjicite fidei vestræ virtutem.

c. *Iudæ. v.* 3. Decertetis pro fide, quæ semel tradita est sanctis. *Hebr.* 12. *v.* 4. Nondum ad sanguinem usque restitistis, adversus peccatum decertando. 1. *Pet.* 5. *v.* 9. Cui, *Diabolo*, obsistite firmi per fidem, ut qui noveritis, easdem afflictiones à vestra, quæ in mundo est, fraternitate peragi.

d. *Prov.* 24. *v.* 16. Vt septies cadat justus, exsurgit tamen. *Luc.* 17. *v.* 3. 4. Si peccaverit in te frater tuus, objurga eum, si resipuerit, & remitte ei. Et, si septies in die peccaverit

in

in te, & septies in die revertatur ad te, dicens; resipui, remitte ei.

e. *Psalm.18.v.22.23.24.* Custodivi vias Iehovæ, nec improbè averti me à Deo meo. Omnia jura eius è regione mei fuerunt, & statuta eius non removi à me. Denique integer fui coram eo; & cavi mihi, ne iniquè agerem. *Psalm. 39.v.2.* Dixeram, observabo vias meas, ne peccem linguâ meâ, servabo circa os meum capistrum.

f. *Matth. 10. v. 22. Cap. 24. v. 13.* Qui sustinuerit ad finem usque, is servabitur. *Apoc. 2. v. 10.* Esto fidelis usque ad mortem; & dabo tibi coronam vitæ. *Eph. 4. v. 30.* Per Spiritum Sanctum obsignati estis, in diem redemtionis.

V. Finis Supremus *est* [a] *Dei gloria; Subalternus* [b] *Electorum salus.*

a. *Eph. 1. v. 14.* Qui, *sc. Spiritus Sanctus* est arrhabo hæreditatis nostræ, ad obtinendam redemtionem, ad laudem gloriæ ipsius. *1. Pet. 1. v. 3. 5.* Benedictus esto Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui ex multa sua misericordia regenuit nos &c. qui virtutis Dei præsidio custodimini per fidem, ad salutem.

b. *Matth. 24. v. 13.* Qui sustinuerit &c. *2. Tim. 2. vers. 11. 12.* Si cum eo mortui sumus, cum eo etiam vivemus. Si subsiterimus; sive *toleraverimus*, etiam cum eo regnabimus.

Cap. 4. *v.* 7. 8. Certamen illud præclarum decertavi, cursum consummavi, fidem servavi. Quod reliquum est, reposita est mihi justitiæ corona; quam reddet mihi Dominus in illo die, justus ille Iudex.

VI. Effecta *communia sunt cum fide, justificatione, & sanctificatione; inprimis* [a] *securitas in Deo,* [b] *timor, &* [c] *invocatio nominis ipsius,* [d] *augmentum gratiæ,* [e] *demonstratio fidei nostræ,* [f] *confirmatio fratrum, &* [g] *id genus alia.*

a. *Rom.* 8. *vers.* 31. 33. 35. 38. 39. Si DEUS pro nobis, quis contra nos? Quis intentabit crimina adversus electos Dei? Quis nos separabit à charitate Christi? Mihi persuasum est, neque mortem, neque vitam &c. posse nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.

b. *Philip.* 2. *vers.* 12. Cum timore ac tremore vestram ipsorum salutem operamini. 2. *Cor.* 7. *vers.* 1. Ad finem producentes sanctimoniam in timore Dei.

c. *Eph.* 6. *v.* 18. Omni prece & deprecatione, orantes omni tempore per Spiritum, & illi ipsi rei excubantes, cum omni perseverantia.

d. *Matth.* 13. *v.* 12. Quisquis habet, dabitur ei, & amplius habebit. 2. *Pet.* 3. *vers.* 18. Augescite in gratia.

e. 1. *Pet.* 1. *vers.* 7. Ut exploratio fidei vestræ, *nempe per tentationes,* multo pretiosior

ſior exploratione auri, quod perit, & tamen per ignem exploratur, inveniatur vobis eſſe laudi, honori & gloriæ, quum revelabitur Ieſus Chriſtus.

f. *Luc.* 22. *verſ.* 32. Et tu converſus, confirma fratres tuos.

g. *Luc.* 8. *verſ.* 15. Fructum adferunt per tolerantiam.

VII. Subjectum recipiens *ſunt Homines* a *electi, vocati, juſtificati, & ſanctificati: cæterùm multis adhuc infirmitatibus & tentationibus obnoxii.*

a. *Matth.* 24. *v.* 24. Excitabuntur Pſeudo-Chriſti & Pſeudo-Prophetæ, & edent ſigna magna & prodigia, ita ut ſeducant (ſi fieri poſſit) etiam electos. *Rom.* 8. *verſ.* 30. Quos prædeſtinavit, eos etiam vocavit. Quos autem vocavit, eos etiam juſtificavit. Quos verò juſtificavit, eos etiam glorificavit.

b. *Rom.* 7. *v.* 23. 24. Cerno aliam legem in membris meis, belligerantem adverſus legem mentis meæ, & captivum reddentem me legi peccati, quæ eſt in membris meis. Miſer ego homo; quis me eripiet ex iſto corpore mortis? 2. *Tim.* 3. *v.* 12. Omnes qui volunt piè vivere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.

IX. Adjuncta *ſunt*: *quod eſt* a *patiens*, b *certa*, c *inæqualis quoad nos*, d *Apoſtaſiam tamen*

tamen, *sive* [e] *totalem*, *sive* [f] *finalem excludens*.

a. *Hebr.* 12. *v.* 1. Per tolerantiam propositum nobis stadium decurrimus. *Luc.* 21. *verſ.* 19. Per tolerantiam veſtram poſſidete animas veſtras.

b. 2. *Tim.* 1. *v.* 12. Novi cui crediderim, & mihi perſuaſum eſt, eum poſſe depoſitum meum in illum diem cuſtodire. *Rom.* 8. *v.* 38. 39. Mihi perſuaſum eſt &c.

c. 1. *Cor.* 10. *v.* 12. Qui ſibi videtur ſtare, videat ne cadat. *Rom.* 11. *verſ.* 20. 22. Tu per fidem ſtas; ne effertor animo, ſed time. Niſi permanſeris in benignitate, & tu excideris.

d. 2. *Tim.* 2. *verſ.* 18. 19. Circa veritatem aberrârunt à ſcopo &c. Solidum tamen fundamentum Dei ſtat, habens ſigillum hoc, Novit Dominus eos qui ſunt ſui. *Hebr.* 10. *verſ.* 39. Nos non ii ſumus, qui nos ſubducamus ad exitium, ſed qui credamus ad animæ ſalutem.

e. 1. *Ioh.* 3. *v.* 9. Quiſquis natus eſt ex Deo, peccato non dat operam: quoniam ſemen ipſius in eo manet; nec poteſt peccare, eò quòd ex Deo natus eſt. *Eſai.* 59. *verſ.* 21. Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, non recedent ex ore tuo, aut ex ore ſeminis tui, aut ex ore ſeminis ſemi-

ſeminis tui, ait Iehova, ex hoc tempore uſque in ſeculum.

f. 1. *Pet.* 1. *verſ.* 5. Virtutis Dei præſidio cuſtodimini &c. *Iohan.* 10. *v.* 28. 29. Ego vitam æternam do eis, *ſc. ovibus meis*, neque peribunt in æternum, neque rapiet eas quiſquam è manu mea. Pater ille meus, qui mihi eas dedit, major eſt omnibus: neque quiſquam poteſt eos rapere è manu Patris mei.

Canones.

A. *Perſeverantia Sanctorum adeò eſt certa, ut totaliter ac finaliter deficere à fide & ſalute Sancti non poſſint.* Rationes 1. A Gratia *Sanctificationis* ſive *Regenerationis*, quæ facta eſt ex ſemine incorruptibili & in ipſis manente, 1. *Pet.* 1. *v.* 23. 25. 2. A Gratia *Iuſtificationis*, quâ fit, ut nulla in iis amplius ſit condemnatio, nec Deus peccatorum recordaturus eſt. *Rom.* 8. *v.* 1. *Ierem.* 31. *v.* 34. *Mich.* 7. *verſ.* 18. 19. 3. A Gratia *vocationis efficacis*, quæ eſt ἀμεταμέλητος, *Rom.* 11. *v.* 24. 4. A Gratia *redemtionis*, quâ Chriſtus ſibi datos à Patre ita redemit, ut nullus ex iis pereat aut perire poſſit, *Ioh.* 17. *verſ.* 2. 12. 19. 20. *Cap.* 10. *verſ.* 28. 29. 5. A Gratia *electionis*, *Matth.* 24. *verſ.* 24. *Rom.* 11. *v.* 7. 6. Sancti ſemper manent in Eccleſia Dei & communione Sanctorum, 1. *Ioh.* 2. *v.* 19. 7. *Fides* ipſorum non deficit,

cit, nec deficere poteſt, idque tum in *hypotheſi* probatur exemplo Petri, *Luc.* 22. *verſ.* 32. tum in *theſi*, Ioh. 17. v. 20. 8. Sancti, virtutis Dei præſidio, cuſtodiuntur ad ſalutem, 1. *Pet.* 1. *verſ.* 5. 9. Arundo quaſſata non confringitur, nec linum fumigans extinguitur, i. e. fides quamvis languida propagatur & conſervatur. 10. Non poſſunt peccare ad mortem, 1. *Ioh.* 3. *verſ.* 9. C. 5. *v.* 18. *Pſalm.* 37. *v.* 24. *Prov.* 24. *verſ.* 16. S. P. A. N. L.

B. *Certitudo perſeverantiæ non conſiſtit cum ſecuritate carnis, aut peccatis contra conſcientiam.* Sancti enim *certi* & *perſuaſi* ſunt de ſua perſeverantia, quando credunt promiſſionibus Evangelii, & cum *timore* ac *tremore* ſalutem ſuam operantur, non, quando carni aut peccatis indulgent.

C. *Perſeverantia Sanctorum, graviſſima peccata non excludit.* Sancti enim per carnis infirmitatem ac Diaboli Mundique tentationes graviter labuntur, ita tamen, ut per reſipiſcentiam reſurgant.

D. *Sanctorum Apoſtaſia diverſo reſpectu vel eſt poſſibilis, vel impoſſibilis. Impoſſibilis* quoad Deum, & gratiam eius, *Matth.* 24. *verſ.* 24. *Ioh.* 10. *verſ.* 29. *Rom.* 9. *verſ.* 6. *Poſſibilis*, quoad ſanctos, quorum reſpectu eſt facilis, 1. *Cor.* 10. *verſ.* 2. *Rom.* 11. *verſ.* 20. Eſt ergo impoſſibilitas non abſoluta ſed conditionata.

E. *Pro-*

E. *Promissio perseverantiæ vel absoluta est, vel conditionata. Illa*, quatenus pendet ab immutabili gratia Electionis & vocationis ; *hæc*, respectu conditionum, per quas Deus eam in nobis operatur, pœnitentiæ, fidei &c.

SEDES *Loci hujus propria est in V. T.* Psalm. 1. 23. 27. 125. Esai. 54. Ier. 31. 32. *In N. T.* Ioh. 10. 14. 15. 16. 17. Rom. 8. 9. 11. Eph. 1. Phil. 1. 1. Pet. 1. capp.

LOCUS XX.

DE

Glorificatione.

I. S*Vperest* modus Applicationis, *qui ad vitam futuram pertinet* ; & GLORIFICATIO *sive* REDEMPTIO FINALIS *usitatè appellatur*.

Rom. 8. *vers.* 33. Quos justificavit, eos etiam glorificavit, 1. *Cor.* 1. *vers.* 30. Christus factus est nobis redemtio. *Luc.* 21. *v.* 28. Attollite capita vestra, quoniam appropinquat redemtio vestri.

II. *Ea pro subjecti recipientis conditione vel est* a *animæ separatim* ; *vel* b *totius hominis conjunctim*.

a. 2. *Corinth.* 5. *v.* 1. Scimus si terrestris huius domus nostræ tabernaculum dissolutum fuerit, ædifi-

ædificium ex Deo habituros nos, domicilium *videl.* non manu factum, æternum in cœlis.

b. 1. *Cor.* 15. *verſ.* 52. Mortui excitabuntur incorrupti, & nos mutabimur.

III. *Glorificatio* ANIMÆ *eſt, quâ Electi in fide mortui*, [a] *ſtatim à morte*, [b] *ſecundùm animam à corpore ſeparatam*, [c] *plenè ſanctificantur*, *ac* [d] *miniſterio Angelorum in cœlum transferuntur*, [e] *victuri iſtic uſque ad conſummationem ſeculi.*

a. *Luc.* 23. *verſ.* 43. Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo. *Apoc.* 14. *verſ.* 13. Beati ab hoc tempore mortui illi, qui in Domino moriuntur.

b. *Eccl.* 12. *verſ.* 9. Redeunte ipſo pulvere, *id eſt, corpore pulvereo*, in terram, quemadmodum fuerat; ſpiritu autem redeunte ad Deum, qui dederat illum. *Apoc.* 6. *v.* 9. Vidi ſub altari animas eorum, qui mactati fuerant propter verbum Dei.

c. *Heb.* 12. *v.* 23. Spiritus juſtorum conſummatorum; *qui videl. jam ad finem produxerunt ſanctimoniam, ex* 2. *Cor.* 7. *v.* 1. *depoſito corpore peccati, ex Col.* 2. *v.* 11. *& corpore mortis, ex Rom.* 7. *v.* 24. 1. *Cor.* 13. *v.* 10. Poſtquam advenerit quod perfectum eſt, tunc quod eſt aliquatenus ut inutile, tolletur.

d. *Luc.* 16. *verſ.* 22. Factum eſt, ut moretur

retur mendicus, & asportaretur ab angelis in sinum Abrahami. *Act. 7. vers. 59.* Domine Jesu, recipe spiritum meum, *scil. in cælum.*

c. *Apoc. 6. vers. 11.* Datæ sunt singulis *videl. animabus mactatorum*, stolæ albæ, & dictum est eis; ut requiescerent adhuc paululum temporis, usque quò compleantur etiam conservi eorum, & fratres eorum, qui occidendi sunt sicut & ipsi. *Cap. 14. vers. 13.* Beati mortui illi, qui in Domino moriuntur, ab hoc tempore: Etiam dicit Spiritus; ut requiescant à laboribus suis: & opera eorum sequuntur eos.

CANONES.

A. *Animæ fidelium à corporibus separatæ vivunt, vigilant, ac beatæ sunt in cœlis, ibique continuis laudibus Deum celebrant, ac Servatorem suum, donec iterum conjungantur cum corporibus suis in Resurrectione mortuorum.* Rationes 1. Animæ fidelium post mortem vivunt vita spirituali & immortali, *Matth. 10. vers. 28. Luc. 20. vers. 37. 38.* 2. Anima non pendet à corpore, ejusque organis. E. separata ab iis, naturæ suæ congruenter aliquid agit, est enim *a.* diversæ originis à corpore, *Psal. 33. v. 15. 1. Eccl. 12. vers. 9. b.* Actiones organicas e-

Ii tiam

porrigitur; hæc ad gehennam pertinet. 4. Ignis inferni est æternus. Purgatorii non est æternus: E. non est unus idemque ignis, quæ Pontificiorum est hypothesis. 5. In igne elementari non est condignum pretium satisfactionis pro peccato. *Ratio* a. quia nulla est satisfactio vel in auro & argento. *1.Pet.1.v.18.* vel sanguine hircorum, *Heb.10.v. 4.5.* vel totius mundi gazis, *Matth.16.v.16.* 6. Præsentis temporis afflictiones non sunt pares æternæ gloriæ promerendæ. 6. Fideles immediatè purgantur ab omnibus peccatis suis passione solius Christi. *Act. 4. Heb.1.v.3. 1. Ioh.1.vers.7.* 7. Fideles à morte statim recipiuntur in cœlum, ut probant a. dicta. *Apoc.14.v.13.1. Thess. 4.v 13.* b. Desideria piorum *Luc.2.v.29.Act.7. v.56.* c. Exempla, *Luc.16.vers.22.25 cap.23. vers.43.* P.

C. *Momentum verò, quo absolvitur consummata animæ sanctificatio, definiri nequit.* Tacet enim Scriptura & de temporis & de loci puncto. Satis est tenere, quod manifestissimum est, cum ipso corpore mortis exui & deponi reliquias peccati omnes, *Rom.7.v.24.* & animas labis expertes, in cœlum recipi, *Apoc.21. vers.27.*

IV. Glorificatio TOTIUS HOMINIS est, *quâ delecti in fide mortui*, a. *in consummatione seculi*, b. *secundùm animam & corpus*, c.

eorum è terra restitutis, & e rursum animabus suis conjunctis, ac f glorioso corpori Christi conformatis.

a. *Ezech. 37. vers. 12. 14.* Sic ait Dominus Jehovi: Ecce ego aperiens sepulcra vestra, deducam vos è sepulcris vestris, popule mi &c. Et indam Spiritum meum vobis, ut reviviscatis. *Iohann. 5. vs. 21.* Sicut pater suscitat mortuos, & vivificat, Sic & Filius quos vult vivificat, *& vers. 28. 29.* Qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & prodibunt.

b. *Matth. 22. vers. 29.* Erratis, neque Scripturas scientes, neque potentiam Dei, *Ioh. 5. vers. 28. 29.* Qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & prodibunt: *Nempè* pro vi illâ efficace, quâ potest sibi subjicere omnia; ut est *Phil. 3. v. 21.*

c. *Iohan. 6. vers. 39.* Hæc est voluntas Patris, qui misit me, ut quicquid mihi dederit, non perdam ex eo, sed suscitem illud in ultimo illo die. *Et v. 40.* Hæc est voluntas eius, qui misit me, ut omnis qui conspicit Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam; Ego verò suscitabo illum ultimo illo die.

d. *Dan. 12. v. 2.* Multi ex dormientibus in pulverulenta terra expergiscentur *1. Thess. 4. v. 16.* Dominus cum hortationis clamore descendet è cœlo; & qui mortui fuerint in Christo re-

ſto reſurgent primùm. 1. *Cor.* 15. *verſ.* 53. Oportet corruptibile iſtud induere incorruptibilitatem,& mortale iſtud induere immortalitatem.

e. *Ezech.* 37. *verſ.* 5. 6. Sic ait Jehova oſſibus iſtis; Ecce ego inducturus ſum in vos Spiritum, *id eſt*, *animam*, ut vivatis. Nam addam vobis nervos, & obducam vobis carnem, & ſuperindam vobis cutem, ponam in vobis ſpiritum & vivetis; ut cognoſcatis me eſſe Jehovam. 1. *Reg.* 17. *verſ.* 21. 22. Jehova, Deus mi, revertatur quæſo anima pueri hujus in medium ejus. Et auſcultavit Jehova voci Eliæ: ita ut reverſâ animâ pueri in medium ejus, revixerit.

f. *Phil.* 3. *verſ.* 21. Chriſtus transfigurabit corpus noſtrum humile, ut conforme fiat, ejus corpori glorioſo. 1. *Cor.* 15. *verſ.* 43. 44. Seritur corpus fœdum, ſuſcitatur cum gloria; ſeritur virium omnium expers, ſuſcitatur potens; ſeritur animale, ſuſcitatur ſpirituale.

C A N O N E S.

A. *Eadem numero corpora, quæ hic geſtârunt ſinguli, & in morte depoſuerunt, reſuſcitabuntur.* Id quod probant 1. *Scriptura*, diſertis verbis, *Iob.* 19. *verſ.* 25. 26. 27. 1. *Cor.* 15. *verſ.* 53. 54. 2. *Rationes*

Rationes variæ *a*. Idem corpus reſurget quod cecidit, ſunt enim hæc relata. *b*, Chriſti corpus idem numero ſurrexit, *Luc. 24. verſ. 39. Ioh. 20. verſ. 27.* E. & noſtra: quia Chriſtus noſtræ Reſurrectionis & cauſa efficiens eſt & exemplaris. *c*. Eadem corpora debent præmiis vel pœnis affici, quæ in vita benè vel malè egerunt, *Rom. 2. verſ. 6. 2. Cor. 5. verſ. 10. Eph. 6. verſ. 8.* *d*. Regeneratio non abolet animæ ſubſtantiam; ergo nec Reſurrectio, quia regeneratio corporis in Reſurrectione certâ analogiâ reſpondet regenerationi animæ. *e*. Nihil objici poteſt, quod hanc ejuſdem numero corporis reſurrectionem poſſit impedire. Difficilimus ſcrupulus eſt, quomodo idem corpus ab aliis hominibus conſumtum poſſit reſurgere; qui tamen veritate verbi Dei, ejuſdemque omnipotentia facilè poteſt tolli. Jlluſtrat hoc ſimili *Auguſtinus*, & ex eo *Lud. Vives* ac alii. *Si diligens ac ſolers paterfamiliâs probè novit, ubi quidque reconditum in ædibus ſuis etiam ampliſſimis, quantò magis Deus, cujus infinita eſt potentia, novit, ubi repoſita ſit materia ſingulorum corporum. Et ſi peritus aurifex novit ſecernere metalla, & ſeparare, quantò magis Deus materias corporum, etiam confuſas.* A.

B. *Falſum proinde, Corpora fidelium in reſurrectione futura ſpiritualia, carnis ſanguinisque*

prorsus expertia. Rationes 1. Idem numero corpus resurget. 2. Christi corpus non fuit post resurrectionem Spirituale. Nam *a.* professus est Christus se carnem & ossa habere, quorum expers est Spiritus; *Luc.24.v.39.40.* *b.* Visu & tactu sensibusque externis percipi potuit; *Luc. 24. vers. 38.39.* 3. Corpora fidelium, tantùm secundùm qualitates, erunt spiritualia. 1. *Cor.15.* S. A.

C. *Vt non improbabilis est eorum sententia, qui statuunt, ex æquo omnes resurrecturos staturâ virili & adultâ; ita dubitandum non est, quin qualitates eorum sint potissimùm futuræ incorruptibilitas, gloria, potentia, & spiritualitas, quæ corporis tamen veritatem non abolent.* *Prius* lemma, quod *Buceri*, & aliorum est, probatur 1. A πρωτοπλαστίᾳ Adami & Evæ, quorum perfecta fuit statura. *Ratio*, quia resurrectio est instar novæ creationis. 2. Corpora resuscitabuntur gloriosa. E. perfectâ staturâ. 3. Absurdum est infantes infantilem, senes senilem retenturos staturam. *Posterius* lem̃a, paulò aliter proponitur à Scholasticis, qui glorificato corpori tribuunt *claritatem*, *impassibilitatem*, *subtilitatem*, & *agilitatem*: sed simplicius, ex Paulo 1. *Cor. 15. vers. 42.43.44.* eruimus, A. *Incorruptibilitatem*, quæ consistit tum in *impassibilitate*, quòd nulli passioni obnoxia erunt, tum etiam *immortalitate*, quod neque

que ſecundùm partes corrumpi,neque ſecundùm totum diſſolvi poſſunt. B. *Gloriam.* Erunt enim corpora reſuſcitatorum pulchra, fulgida, coruſcantia inſtar ſtellarum & Solis. C. *Potentiam*, quæ eſt *tum robur*, corporum glorificatorum, quod erunt valida,robuſta,ad quidvis efficiendum, quod quidem à creatura perfici poteſt: tum etiam *agilitas & velocitas*, quâ ſe vel momento movere poſſuntde loco in locum, aſcendere & deſcendere, ut vel Chriſti glorificati exemplo planum eſt. D. *Spiritualitatem*, quæ in tribus potiſſimùm conſiſtit 1. Corpora ab omnibus terrenis fecibus ac ſordibus perpurgabuntur, omnes ſenſus puriores, omnes motus & actus perfectiores reddentur. 2. Nec cibi, nec potus, nec quietis, nec ſomni, nec ullius alius rei indiga, verùm ἰσάγγελα futura ſunt, *Matth. 22.v.30.* 3. Nunquam ſe opponent, ſed ſemperſubiicient ſe Sp.S & animæ per eum regeneratæ; ſicque Spiritualibus tantùm actionibus vacabunt.

VII. *Reſuſcitationi mortuorum analoga erit vivorum ſuperſtitum* IMMUTATIO, *quâ momento oculi ad ultimam tubam renovati, pro corruptione ac mortalitate, incorruptibilitatem ac immortalitatem in Chriſto conſequentur.*

1. *Cor. 15. verſ. 51. 52. 53.* Ecce myſterium vobis dico: Non omnes quidem obdomie-

mus, ſed omnes immutabimur; momento & jactu oculi ad ultimam tubam (canet enim tuba,) & mortui excitabuntur incorrupti, & nos mutabimur. Oportet enim corruptibile iſtud induere incorruptibilitatem, & mortale iſtud induere immortalitatem. *1. Theſſ. 4. verſ. 16. 17.* Qui mortui fuerint in Chriſto, reſurgent primum; deinde nos vivi, qui reliqui erimus, rapiemur ſimul cum eis in nubes, in occurſum Domini, in aëra.

CANON.

Immutatio ſive transformatio ſuperſtitum mors propriè dici nequit. Ratio 1. Quia non erit ſeparatio animæ à corpore. 2. Non ſequetur eam deſtructio & reductio corporis in cinerem. Analogicè tamen mors cenſeri poteſt, quia eſt translatio ex ſtatu mortali in immortalitatem, tranſitus de hac vita in alteram, qui abſque morte nemini contingit, ſaltem ordinariè.

VIII. ULTIMUM JUDICIUM *eſt*, a *quo Chriſtus* b *Iudex univerſorum*, c *electos reſuſcitatos colliget* d *per Angelos ſuos ex toto mundo*, e *eoſdemque ſeparabit à reprobis infidelibus*, & f *publicâ ac ſolenni ſententiâ vitæ æternæ*, g *mox adeundæ, hæredes declarabit.*

a. *Job.* 5. v. 22. Pater non judicat quenquam, ſed

ſed omne judicium Filio dedit. & *v.27.* Poteſtatem ei dedit, etiam judicium exercendi: quia filius hominis eſt.

b. *Act.* 10. *v.* 42. Chriſtus Judex vivorum & mortuorum.

c. Et d. *Matth.* 24. *v.* 31. Mittet Angelos ſuos cum tubæ voce magna, & cogent electos ejus à quatuor ventis, à cœlorum extremo ad eorum extremum. *Cap. 25. verſ. 31. 32.* Quùm venerit Filius hominis cum gloria ſua, & omnes ſancti Angeli cum eo, tunc ſedebit in throno gloriæ ſuæ, & congregabuntur coram eo omnes gentes.

e. *Matth.* 25. *v.* 32. Separabit eos, alteros ab alteris, ut paſtor ſeparat oves ab hœdis. *Cap. 13. v. 41. 42. 43.* Mittet filius hominis Angelos ſuos, qui colligent ex ipſius regno omnia offendicula, & eos qui dant operam iniquitati, proiicientque eos in fornacem ignis. Tunc juſti effulgebunt ut ſol, in regno Patris ſui.

f. *Matth.* 25. *verſ.* 34. Tunc dicet Rex eis, qui ad dextram eius erunt: Adeſte benedicti Patris mei, poſſidete regnum, paratum vobis à jacto mundi fundamento. *Apoc.* 20. *v.* 12. Vidi mortuos parvos & magnos, ſtantes in conſpectu Dei; & libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt liber vitæ, judicatique ſunt mortui ex iis, quæ ſcripta erant in libris, ſecundùm opera ipſorum.

g. *Matth.*

g. *Matth. 25. v. 46.* Et abibunt justi ad vitam æternam. *cap. 13. v. 43.* Tunc, justi effulgebunt ut sol, in regno Patris sui.

IX. VITA ÆTERNA *est consummata beatitudo Electorum resuscitatorum in cœlis, fruentium pleno sensu favoris Dei, nec non perfecta communione imaginis ipsius, in secula seculorum.*

Psal. 16. v. 11. Notam facis mihi semitam vitæ, satietas gaudiorum est coram facie tua; amœnitates sunt ad dexteram tuam in æternum. *Psal. 36. v. 9. 10.* Penes te est fons vitæ: in luce tua fruemur luce: uberrimè explentur pinguedine domus tuæ, & de torrente deliciarum tuarum bibendum das eis. *1. Corinth. 13. v. 10. 12.* Postquam advenerit quod perfectum est, tunc quod est aliquatenus tolletur: tunc coràm cernemus à facie ad faciem, tunc amplius cognoscam prout amplius edoctus fuero.

X. Efficiens *vitæ æternæ est* a *Deus Pater*, b *Filius*, *&* c *Spiritus S.* d *immediatâ virtute eam conferens ac donans omnibus beatis.*

a. *1. Joh. 5. v. 11.* Vitam æternam dedit nobis Deus: & hæc vita in Filio eius est. *Luc. 12. v. 32.* Placuit Patri, dare vobis regnum illud.

b. *Joh. 10. v. 28.* Ego vitam æternam do eis. *cap. 11. v. 28.* Ego sum resurrectio & vita; *Unde* princeps vitæ, *Act. 3. v. 15.* & autor salutis æternæ *vocatur. Heb. 5. v. 9.*

c. *Rom.*

c. *Rom.8.v.11.* Vivificabit mortalia corpora vestra, per inhabitantem ipsius Spiritum in vobis, *qui* vitæ Spiritus *dicitur v. 2.*

d. 1.*Cor.15. verſ.* 28. Deus erit omnia in omnibus. *Apoc. 21. v.* 22. 23. Nec templum vidi in ea, Dominus enim Deus Omnipotens templum illius eſt, & Agnus. Neque civitas iſta eget Sole & Luna, ut luceant in ea: nam gloria Dei illuſtrat eam, & lucerna ejus eſt Agnus.

XI. Materia, ſive ſubjectum Recipiens *ſunt* a *omnes electi*, b *reſuſcitati, ac admiſſi ad vitam: idque ſecundùm* c *animam &* d *corpus, omnesque* e *tum illius potentias, tum hujus partes & membra.*

a. *Matth.*20.v.16. Multi vocati, pauci electi. *ſcil. ad vitam æternam. v. 23.* Dabitur eis, quibus paratum eſt à patre meo. *cap.25.*v.34. Adeſte benedicti patris mei.

b. *Joh.5.* v. 28.29. Omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem eius; & prodibunt, qui bona fecerit, in reſurrectionem vitæ. *Matth. 25. verſ.* 46. Juſti abibunt ad vitam æternam.

c. *Heb.* 10. *verſ.* 39. Credimus ad animæ ſalutem. 1. *Pet.* 1. *v.* 9. Reportantes mercedem fidei veſtræ, ſalutem animarum.

d. *Phil.* 3. v.21. Chriſtus transfigurabit corpus noſtrum humile, ut &c. 2.*Corinth.5.v.* 1.Sci-

1. Scimus, si terrestris huius domus nostræ habitaculum &c.

e. 1. *Thess.* 5. v. 23. Deus pacis sanctificet vos totos, & integer vester Spiritus, & anima & corpus inculpatè in adventum Domini nostri Jesu Christi conversentur. *Rom* 6. v. 19. 22. Sistite membra vestra serva justitiæ ad sanctimoniam &c. cujus finis vita æterna.

XII. Forma *constat* a *partim pleno sensu favoris Dei, conjuncto* b *cum acquiescentia in ipso &* c *gaudio ineffabili; partim* d *perfecta communione imaginis ipsius*, e *pro subjecti modo; unde* f *cœlestis gloria beatorum refulget.*

a *Psal.* 16. v. 11. Satietas gaudiorum est coram te. & *Psal.* 36. v. 10. 9. penes te est fons vitæ &c. *Matth.* 5. *vers.* 3. 4. 6. 8. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati qui lugent; quoniam ipsi consolationem accipient. Beati qui esuriunt ac sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati qui sunt mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt. *Rom.* 5. v. 5. Charitas Dei effusa est in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis

b. *Psal.* 73. *vers.* 25. Quis est mihi in cœlis præter te? Et præter te non delector quoquam in terra. *Joh.* 6. *vers.* 48. Domine, ad quem abibimus? Verba vitæ æternæ habes.

c. *Esai.* 65. v. 18. Gaudete, & exultate in æter-

ternum, quos ego recreo. *Apoc* 19.v.7.Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ Agni, & uxor eius paravit se.

d.. *Psal.* 17. v.15. Quum evigilavero, *scil. à somno mortis*, saturabor similitudine tua 2. *Pet.* 1.v.4. Vt efficeremini divinæ consortes naturæ 1. *Ioh.* 3.v.2. Scimus fore, ut quum ipse Christus factus fuerit manifestus, similes ei simus, quoniam videbimus eum sicuti est.

e. *Rom.*8.v.29. Prædestinavit conformandos imagini Filii sui, ut is sit primogenitus inter multos fratres; & inter omnes primas teneat. *ut est Col.* 1.v.18.

f. *Matth.*13. v.43. Tunc justi effulgebunt ut Sol, in regno Patris sui. *Eph.*5. v.27. Vt sisteret eam sibi gloriosam, id est: Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut quicquam eiusmodi, sed ut sit sancta & in culpata.

XIII. Finis *est Dei patris, Filii & Spiritus Sancti sempiterna laus ac gloria.*

Apoc. 7. *v.* 11. 12. Procubuerunt ante thronum in facies suas, & acorârunt Deum, dicentes: Amen, benedictio, & gloria, & sapientia, & gratiarum actio, & honor, & potestas, & vires, Deo nostro in secula seculorum, Amen. *Cap.* 19. v.1.2. Halleluiah; salus, & gloria, & honor, & virtus Domino Deo nostro: quia vera & justa sunt judicia eius. v.5. Laudate Deum nostrum omnes servi &c. Sic passim toto libro.

XIV.

XIV. Effecta *sunt* a *actiones Beatorum, relatæ ad illum finem eæque* b *tum continuæ sine interruptione*, c *tum perpetuæ absque fine.*

a. *Apoc. 7. v. 15.* Sunt ante thronum Dei, & serviunt ei die ac nocte in templo eius. *Et c. 22. v. 3.* Sedes Dei & Agni in ea erit, & servi eius colent eum.

b. Apoc. 4. *vers.* 8. Die ac nocte sine intermissione dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus ille omnipotens, qui erat, & est, & venturus est.

c. *Esai. 66. vers. 23.* Eritque de novilunio in novilunium alterum, & de Sabbato in Sabbatum alterum, ut veniat omnis caro ad incurvandum se coram me, ait Jehova.

XV. Subjectum *Loci est* a *cælum illud supremum sive tertium, quod Christus* b *domum Patris sui, itemque* c *Paradisum nuncupat.*

a. *Esai. 66. vs.* 1. Cœlum ipsum (*nempè cælorum, sive summum, ex* 1. *Reg.* 8. *v.* 27.) solium meum est. 2. *Cor.* 12. v. 2. Raptus in tertium usque cœlum.

b. *Joh.* 14. v. 2. 3. In domo Patris mei habitationes multæ sunt, & proficiscor paraturus vobis locum, & ubi paravero vobis locum rursum veniam, & assumam vos ad me ipsum; ut ubi ero ego, & vos sitis.

c. *Luc. 23. v. 43* Hodie mecum eris in Paradiso

XVI. Adjuncta *sunt; quod vita est* a *æterna, finis expers*, b *perfecta*, c *socialis, sed in ipsis beatis* d *gradu inæqualis.* a. 1. Ioh.

a. *Ioh*.8. *v*.51. Si quis ſermonem meum ſervaverit,non conſpiciet mortem in æternum. 1.*Pet*. 1. v.3.4. Regenuit nos ad hæreditatem,quæ nec corrumpi poteſt, nec contaminari, nec marceſcere,vobis in cœlis ſervatam.

b. 1.*Cor*. 13. *v*. 10. Poſtquam advenerit quod perfectum eſt &c. *Hebr*. 12. *v*. 23. Spiritus juſtorum conſummatorum.

c. *Matth*.8.*v*.11. Dico vobis,multos ab Oriente & Occidente venturos, & diſcubituros cum Abrahamo , Iſaaco & Jacobo in regno cœlorum.*Heb*.12.*v*.22.23. Acceſſiſtis ad myriadas Angelorum , conventum univerſalem & concionem primogenitorum , qui conſcripti ſunt in cœlis,& ſpiritus juſtorum conſummatorum.

d. 1.*Cor*.15.*v*.41.42. Alius decor ſolis, & alius decor lunæ,& alius decor ſtellarum, ſtella enim ſtellæ præſtat decore. Ita erit & reſurrectio mortuorum.*Dan*.12.*v*.3.Erudientes ſplendebunt quaſi ſplendore expanſi, & juſtificantes multos, ut ſtellæ ,in ſempiterna ſecula.

CANON.

Probabilior eſt ſententia eorum,qui ſtatuunt, imparem & inæqualem fore beatorum in cœlis gloriam, quàm qui eam parem, æqualem, futuram aſſerunt. Rationes 1. Scriptura hanc differentiam ipſa ſtatuit.*Dan*.12.*v*.3.Doctoribus promittitur peculiaris gloria ſupra reliquos ſalvandos. 1.*Cor*.15. *v*.41. 42. Sicut gradus lucis ſtatuuntur in ſtellis,

 ita

INDEX I.

Exhibet

Ideam totius Operis hac serie.

INDEX II.

Canones in quæstiones resolvit, Methodo, quæ Examinibus Theologicis potissimùm potest inservire

LOCVS I.

De Theologia.

 VI *An*

Locus II.

De Principio Theologiæ Sacrâ Scripturâ.

V B. De

XVII

Locus III.
De Deo.

L. An

Locus

Locus IV.

De Decretis Dei in genere, deque Prædestinatione in Specie.

XXIV.

Locus V.

De Creatione.

XV *An*

Locus VI.
De Providentiâ.

XI *Qui-*

Locus VII.

De Peccato in Genere & in Specie.

XX An

Locus VIII.

De Libero arbitrio in Statu Peccati.

Locus IX.
De Pœna Peccati.

Locus

Locus X.

De Lege Dei.

XX Quo

Locus

Locus XI.

De Evangelio, & Fœdere Evangelico.

Locus XII.

De Personâ & Officio Christi.

II. An

XII An

XXIII.

XXXVI

Locus XIII.

De Ecclesiâ.

Locus XIV.

De Vocatione Ecclesiæ Militantis per Verbum & Sacramenta.

VIII An

XXX An

Locus XV.

De Gubernatione Ecclesiæ, tum Ecclesiastica, tum Civili.

IV An

Locus

Locus XVI.

De Donatione Resipiscentiæ ac Fidei per Vocationem efficacem.

XI D. De

Locus

Locus XVII.

De Justificatione.

XII *Sint-*

XXIV.

Locus XVIII.

De Sanctificatione.

VI An

Locus XIX.

De Perſeverantia.

INDEX III.

Privatis potissimum Collegiis destinatus.

DIstinctè hic, quibus singuli Canones sint oppositi, explicat. Sunt autem alii communes multis contradicentibus, alii singulis proprii, quæ distinctio cumprimis in Collegiis privatis observari debet. Cùm enim non semper expediat, omnes simul pertractare Controversias, communes semper præmittantur singularibus: ex singularibus illæ priores occupabunt, quarum in Ecclesia maximus est usus. Nobis sequentem observare placet methodum.

Communes quædam sunt

PROPRIÆ CONTROVERSIÆ sunt

18. Scriptu-

5. *Vota*

INDEX III.

13. Cle-

e. LOC.

Corrigenda.

PAg. 43. l. 9. Dominium. l. 23. vocabuli P. 44. l. antepen. VI. Hæc de nominibus; Proprietates sequuntur, quæ duorum generum: Negativæ & Affirmativæ. P. 61. l. 9. del. P. P. 70. l. 8. Ratio. P. 76. l. penult. præcedit. Hæc aliàs, &c. P. 77. l. 2. Illa etiam intuitiva. P. 84. l. 23. Præservare à lapsu. P. 85. l. 24. Redemtore [quia &c. l. 26. dicitur] P. 92. l. 17. v. 22. Sic asseritur. P. 95. l. 20. non Naturâ. P. 97. l. 6. vasa. P. 138. l. 3. quà tales, speciatim. P. 145. l. 13. Permisi eos. P. 154. l. antepen. Ezech. P. 159. l. 17. Protoplastum. P. 160. l. 17. ipsi autem proprio. P. 167. l. 9. Cæterarum. P. 208. l. 18. Peculiariter. P. 211. l. 8. dissolveret. P. 214. l. 5. Prohibet. l. 8. Vnde dicuntur Eruditio &c. P. 253. l. 10. Patri est P. 279. l. 22 Ex mortuis. P. 280. l. 15. ἀποτετελέσμαται. P. 282. l. 21. non exuent. P. 285. l. 8. Nazareth. P. 292. l. 19. ministret. P. 295. l. ult. H. Phrasis &c. P. 298. l. 5. Hoc etsi quidam. P. 301. l. 6. subalternus. P. 300. l. ult. imperfectioribus. P. 306. l. 16. ad resipiscentiam. P. 321. l. 6. laboriosum. l. penult. in species. P. 329. l. 5. del. nec. P. 341. l. 9. Cuiusmodi. P. 343. l. 6. Sacramentum. P. 347. l. antepen. quæ creditur, alia, *quâ* creditur. P. 352. l. 17. quæ fit. P. 353. l. 15. sed rei. P. 355. l. 11. Gen. 17. P. 357 l. 20. propriè dicta. P. 358. l. 22. character. P. 360. l. 17. nos adhibita. P. 391. l. 22. ablutionem. P. 371. l. penult. utrobique. P. 372. l. 4. Effectis. P. 377. l 3. verò; l. 4. del. P. p. 381. l. 21. obtigit. P. P. 382 l. 2. me ipsum. P. 395. l. 9. inferioribus. P. 408. l. 11. Sanctificatione. P. 410. l. 11. Regeneratio. l. 18. effectus. P. 426. l. 16. Forma fidei. P. 428. l. 16. υἱοθεσία. P. 429. l. 25. πληροφορία. P. 430. l. 12. quædam. l. 15. H. Licèt πληροφορίας. P. 441. l. 1. notat. P. 445. l. penult. C. *Iustificatio* &c. P. 447. l. 2. Nov. l. 16. inchoando.: Rationes sunt. P. 448. l. 13. Justificant. l. 25. Rom. P. 453. l. 23. *Illi*, &c. P. 456. l. 6. *Philem.* P. 466. l. 3. Iob. c. 19. P. 468. l. 24. Regeneratio. P. 469. l. 12. renovationis. P. 481. l. 9. Psal. 51. v. 13. 14. l. ult. Psal. 51. v. 7. 8. P. 489. l. penult. servabimur per vitam. P. 487. l. 7. hæreditatis nostræ. P. 488. l. ult. Et, si septies. P. 497. l. 18. continuis. l. 19. iterum. l. 25. Naturæ. P. 499. l. penult. quâ electi. P. 514. l. 16. Ergò &c.

NB. *Litera A. (in Canonibus expressa) Anabaptistas notat; S. Socinianos; L. Lutheranos; P. Pontificios. N. Novatores.*